BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
50
NAPOLI

XXI
C
50

NIC. CHRISTOPHORI
LYNCKERI, JC.

DE

GRAVAMINE
EXTRAJUDICIALI

ET

QVATENUS AB ILLO PROVOCARE LICEAT:

TRACTATUS:

In quo præcipuè

Quicquid Remediorum eſt contrà Sententias & Auſus Judicum aliarumque
Perſonarum Publicarum,
tam Secularium quàm Eccleſiaſticarum,
ad
Genuinam Fori faciem, ex Uſu Imperii,
Ejusque, & cumprimis Summorum, Tribunalium,
juxtà noviſſimas
Imperii Conſtitutiones & Præjudicia,
ſparſis hinc inde
utiliſſimis ad Jus Privatum & Publicum,
ex Canonico etiam & Feudali Jure, Obſervationibus,
exponitur:
cum Uberrimo Indice.

JENÆ,
Apud JOH. BIELKIUM, Bibliopol.
Typis JOH. DAV. WERTHERI.
CIↃ IↃC XCVII.

Digitized by Google

MAGNIFICIS,
MAXIME REVERENDIS
ATQVE NOBILISSIMIS
INCLYTÆ ACADEMIÆ
HASSO-GIESSENÆ
PROCERIBUS;
DOMINIS
RECTORI,
CANCELLARIO,
OMNIUMQVE FA-
CULTATUM DECANIS
ET PROFESSORIBUS;
Viris Celeberrimis:
Dominis Fautoribus,
Collegis & Amicis meis,
plurimùm honorandis:
SACRUM ESSE VOLO!

ET oportebat ſanè, ut quicquid heîc exaratum cernitis, à Veſtris Nominibus, PATRES CONSCRIPTI, qui vel ſolâ Judicii Veſtri famâ attollere aut deprimere poteſtis, Splendorem ſibi pariter ac Tutelam mutuaretur. Jubebat etiam mea, quam lubens & meritò Academiæ noſtræ debeo, Pie-

tas,

tas, ut quem felicibus Aſtris è gremio Matris exeuntem, in conſpectu Ejus educavi partum, eundem Membris ejus præfulgentibus remanciparem; vel unicô eô gratitudinem oſtendiſſe mihi viſus, ſi me Eidem hæc omnia debere palam & ingenuè profiterer. Ex quo enim me Cœtui Veſtro miſceri benigna Fata voluerunt, nihil omninò habui antiquius, quàm ut hanc mei Altricem, hoc Seminarium bonæ frugis, inte-

riùs amplexarer, & ſi quid in me virium eſſet ingeniique, illud verò omne culturæ ejus ac emolumento promtè & hilariter contribuerem. Quâ quidem in re Veſtrum mihi Exemplum, Viri Ampliſſimi, unicè reſpiciendum fuit; qui dum rerum divinarum humanarumque egregia complexi, ſinguli Veſtras Symbolas conferendô, Orbem Scientiarum perfectè abſolvitis, atque Nominis immortalitati, in hâc Sapientiæ palæſtrâ, indeſinenter

nenter operamini; me quoque docuiſtis, ut à celsâ mentis arce errantes deſpicerem, & ex veris rerum argumentis internóſcerem, quantis jaceret tenebris dies mortalium. Videlicet intima rerum Vos perquiritis, eôque laboratis quotidiè, ne Sacris Literarum ſtrenuè peractis, quidquam incompertum maneat. Hinc nullibi Sanctiores Literæ puriùs ſe vindicant, nullibi Superum mens, & ſermo rectiùs innoteſcit hominibus;

nullibi religioſius Aſtræa colitur, Saluſque mortales nullibi benigniùs, quàm ſub Veſtrâ curâ, PROCERES OPTUMI, reſpicit. Planè ceu Vos Sapientiam è latebris producitis, eam ab humilibus aridisque ſcitis ad genuinum Decus revocantes, Notitiam Temporum fulcitis, Vetuſtati ſqualorē detergitis, Linguasque reconditas, pari fide ac elegantiâ, evulgatis: undecunque, velut ex Oceano, lymphas diffundentes, quêis irrigatus

tus

tus Orbis Literarum fœcunditati excolatur. Tantô cum ſucceſſu, poſtquam NUTRITIUS ACADEM. Benigniſſimus, cui Vita ac Salus! nutantes Muſas, velut Jupiter Stator, ſuſtinuit: Tantâque cum perſeverantiâ, ut quoadusque tot Virtutum Cardines ſuperfuerint, machinam illam Literariam immortalem fore augurer. Igitur, quàm limen Veſtrum non adiiſſe ſolùm, ſed & propiùs Vobis adſtitiſſe, inque Veſtro Ordine vi-

tam degere juvat; innocentiſſimo, & nullis colliſionibus, nullis miſerorum jurgiis ac ruina horrido. Etenim heic vera Animi Tranquillitas! heic nulli turbines! heic ſerenum Pacis! nec Bellorum quicquam eſt! niſi quod debellandis ignorantiæ monſtris geritur. Heîc ſemper triumphamus! non clamosâ Fori rabie, fortunarumque vexatione; aut multô minùs hominum lanienâ, fusôque cruore inclareſcentes; ſed oppreſſis in-

ingruentium errorum vestigiis: Qui, dum alii litibus ac contentione Adverſantium, per gementia clientum ſuſpiria lancinantur, Milesve nuperus ſubtimida manu mortiferam ſicam in pallentium vix hoſtium ora intendit, atque dira mortis carmina in exangui ſcribit corpore: nos erectô ac pacatò animô, rationum & auctoritatis mucrone, iniquè obluctantium jugula haurimus, mentisque noſtræ ſenſa, non niſi ſuavem Integri-

tegritatis odorem ſpirantia, innoxiis ceris inſculpimus: miti Ingeniorum certamine! quò ex amico vibrantium ſententiarum diſſidio duraturum ſeculis Literarum fœdus exſurgat. In quo Fœdere pangendo dum Veſtrô Studiô Operâve pretioſiſſimâ fungimini, PROCERES: permittite, rogo, per Favorem Humanitatemque Veſtram, quâ me usque proſequi ſoletis,

tis, ut hanc quoque Tabulam Animi Veſtri Monumentis inſertam, inque hoc humani generis Conventu ſtationem mihi concreditam utcunque me Veſtrô Annutu ſuſtinuiſſe, Poſteritatique vacâſſe, appareat. Quanquam enim hæc quæ, Vobis offertur, Scriptio, laboribus continuò interceptis, nec eâ, quâ poterat fortaſſis, accuratione, concinnata ſit; atque

pauca ſubinde horum interſtitia, manu quaſi injectâ, avidôque complexu, eidem aſſerenda fuerint: de quo Vos omnium optimè noveritis, quàm ætas mihi diviſa, quàmque exercitatæ mihi pariter hyemes ac duræ æſtates ſint, (niſi verô dulce pariter atque eximium fuerit, nil planè diſtricti temporis, quô publicæ rei & exorantium votis operaremur, prætermittere:)

Veſtra

Veſtra tamen in Me Benevolentia ſpem mihi eam ac fiduciam addit, fore, ut ſive Argumenti præſtantiâ, quod impeditum utique eſt ac percelebre; ſive etiam novi in eô Conatûs honeſtate illud fiat, fœtus hic noſter, ſi non oſculis, ſaltim non ſago, excipiatur. Et omninò ingens gloriæ pretium mihi aſſecutus eſſe videbor, ſi Veſtrô calculô me Fatis non minùs oſtendi

poſſe,

poſſe, ac in Conſeſſu Literatorum non indignè aut perfunctoriè me verſatum eſſe, comprobaveritis: tuncque ad Veſtra in me Merita, quod fieri non poſſe videbatur, maximum hôc factô cumulum acceſſiſſe profitebor.

Suſcipite ergò, PATRES CONSCRIPTI, hunc qualemcunque Obſervantiæ meæ & Affectûs ſimpliciſſimi cenſum,

ſum, veſtrôque aſpectu Eum ſerenate; & citiùs lucem ferre audebit. Defendite eum contrà ſeculi livorem ac indignantes ſententias: & ſic Decus Veſtri Nominis huic fronti præſcripſiſſe, Libro meo ſalutare exiſtet. Fovete Authorem ejus, ùt ſoletis, Animis Veſtris, Illumque eâ Propenſione & Amore porrò dignemini, quô Eundem in conſortium Veſtrum celeberrimum cooptâſtis,

Veſtrisque adytis eum intereſſe ſuſtinetis: Et faciam egò, ut, quàm in famigeratiſſimo Literarum mercatu Vobiſcum Sapientiæ me negotiatum eſſe glorioſum mihi reputem, omnes intelligant. Pergite columen illud & Decus Patriæ noſtræ, Academiam puto, ſuſtentare. Et, ſiquidem res Veſtræ ſtant & æternùm ſtabunt Concordiâ; Ideò Univerſitatem Veſtrûm quaſi peculium

eſt ac Patrimonium. Ita enim Nomen Veſtrum extenſum manebit, quacunque Literatis ſuus conſtat Honos: Ita perdurabit intrepida Academia adverſus lapſum, nec ullo fortunæ vulnere terrebitur: Ita nullis damnis, nullique Fatorum invidiæ, ſuccumbet. Sicque tandem PRINCIPIS noſtri Providentia, (QUEM velut Gloriæ noſtræ culmen tot Heroum Albo dudum radiantem vidimus,)

mus,) ut ſplendido Famæ curru per celebres Mundi plagas ſubvecta eſt: ita in animis hominum, Ejus Auſpiciis, ſubductu Veſtro, cultum ingenii capientium, gratam & non intermorituram Devotionem relinquet. Vivat Ejus SERENITAS cum DOMO Sereniſſimâ, & innumeris Bonis ſuccincta æternùm floreat! Vigeat inclyta Academia! Nulli eam inquietent turbines, nullus

lus armorum ſtrepitus concutiat, nulla Bellonæ incommoda Tranquillitati Ejus officiant! Cuſtodiat ſingula ejus Membra, eaque omni Corporis ac Animi incolumitate inſtruat, ac Sorte ſalutari reſpiciat, Divina Clementia! quò Voluntati Ejus hominum mentibus rectè communicandæ, Juſtitiæ item ac Sanitati Mortalibus fideliter impertiendæ, animisque genuinâ cœleſtium hu-

manarumque Rerum cognitione imbuendis, diu ſupereſſe poſſint. Ita intimis ſenſibus voveo! Ita Majeſtatem Divinam ſupplex oro!

MAGNIFF. ET EXCELL. EXCELL. VESTRIS

Scribebam in Academ. Haſſo-Gieſſenâ, die 9. Sept. 1672.

Omni Obſervantiâ & Cultu

Addictiſſimus,

NIC. CHRISTOPHORUS LYNCKER.

INDEX CAPITUM ET RUBRICARUM.

Introitus. p. 1. ſeqq.

Cap. I. De Appellationis Extrajudicial. Definitione & Diviſione. p. 4. *Sect.* 1. p. 5. *Sect.* 2. p. 13.

Cap. II. Quonam Jure nitatur Extraj. Appellatio; ſive de causâ ejus Effic. Remotâ.

Sect. I. d. Jure Naturali. p. 15.

Sect. II. d. Jure Canonum. p. 21.

Sect. III. d. Jure Juſtinianéo. p. 29.

Sect. IV. d. Juribus Recentioribus & Topicis. p. 35.

Cap. III. De Gravamine Extrajudiciali, ejusque variis Speciebus, (tanquam de causâ Appellat. Extraj. Efficiente Propinquâ.)

Tractatio Præliminaris, de Interlocutionum Gravaminibus. p. 37.

Tractationis Principalis Pars I. de Gravaminibus à Patre proficiſcentibus. p. 64.

Pars II. de Gravaminibus, quæ à Judice procedunt. p. 76.

Sect. I. de Cauſis ſecularibus. p. 85.

Membr. I. de cc. Privatornm. p. 85.

Membr. II. de cc. Reipublicæ. p. 210.

Sect. II. de Cauſis Eccleſiaſticis. p. 229.

Pars III. de Gravamine Futuro. p. 271.

Pars IV. de Gravaminibus, quæ idonea non ſunt. p. 291.

Cap. IV. Quis adverſus quem extrajudicialiter provocet; (ſeu de Subjecto Partium.) p. 315.

Cap.

Cap. V. Quis à Quo provocetur; ſeu de Subjecto Judicum.) p. 159. *Sect.* I. à Quonam provocetur. p. 359. *Sect.* II. ad quem provocetur. p. 446.

Cap. VI. Quibus in cauſis obtineat Extrajudicialis Appellatio; (& ſic de ejusdem Objecto.) p. 487.

Cap. VII. De Forma Appellationis Extrajudicialis; (ſeu de Modo ejus & Tempore.) p. 558.

Pars I. De Modo: Membr. I. de Scriptur. p. 559 Membr. II. de Expreſſ. p. 579.

Pars II. De Temporibus, & intrà eadem peragendis. p. 593.

Cap. VIII. De His, quæ Appellationem Extrajud. conſequuntur; ſeu de *variis* ejus Effectibus: p. 660. tum Primis, & vel Præcipuis, vel Secundariis; p. 740. Tum Ortis. p. 754.

Cap. IX. *& Ult.* De Appellationis Extraj. Contrariis, (P. Priori. p. 761.) & Affinibus, (P. Poſter. p. 777.)

PERORATIO.

Τόλμη δικαία καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.
Conatum juſtum etiam Deus adjuvat.

INTROITUS.

Quandoquidem * *nihil injuriæ aut contemtûs* in judicem per ſe habet *Appellatio*, (*l. 20. C. d. Appellat.*) eamque Principes, ſi vel *Reſcripti* eorum *authoritas intercesſiſſet*, indulgent; (*l. 2. C. eod.*) * *Facilitatem verò* judicum, *ad quos* provocatur, *dum* ſcilic. *ea omnia* protinùs *amplectuntur, quibus litium modus creſcit, earumq; vita procuditur*, (Cujacius *in π. C. quor. appell. non recip.*) ipſorum certis vinculis adſtricta religio ſufflaminat: Non immeritò *in Edicti ſui Cap. LV.* (*quod ex parte* Dn. Bœclerus *in judice uno & multis, ad III. Ann. Tacit. c. X. exhibet,*) Rex Gothorum prudentisſimus *Theodoricus* ſalutiferum illud provocandi arbitrium ampliavit: *Ut omnes appellat. ſuſcipiant ii Provinciarum judices, à quibus provocari poteſt: quando optimæ conſcientiæ conveniat, etiam ſuperfluam appellationem ſinè dubitatione ſuſcipere, dum*

I

2

3

de Appellationis merito ſacer poſſit perpenſis
4 *Legibus cognitor judicare. &c.* * Quod cùm
de Appellationibus poſt diſceptatam à judice
cauſam interpoſitis, tanquam potiori
ſpecie Juris Romani, (quod in ſequentibus
etiam imitatur Theodoricus,) accipiendum
ſit. Quid non de gravaminibus absque judi-
5 cii figurâ illatis dicendum eſt? * Sanè cùm, ex
Tiberii ſententiâ, *Magiſtratus nil niſi cogni-
ta priùs cauſa dijudicare debeat;* (Tacitus *II.
Ann. 66. n. 1.*) tantòque citiùs Pars altera læ-
datur, quantò, ſi neglectus fuerit omnis ju-
diciorum modus facilior libidini Magiſtra-
tuum Partisque unius corruptelæ patet oc-
6 caſio. * Hinc utiliter, juxta alia contrà *Ini-
quitatem Extrajudicialem* comparata reme-
dia, APPELLATIO, ceu ἴαμα quoddam ſa-
lutare ad gravamina ejusmodi extenſa fuit?
7 * Nuncque prout *gliſcentibus periculis ſubſi-
diis laus augetur:* (Tac. *XV. Annal. c. X. n. 7.*)
ita ſuavis eſt Appellationis Extrajudicialis
8 atque celebris in Foro mentio. * Et tamen
nemo, qui ex inſtitutô quid de eâ diſſereret,
ut ne dicam juſtam ejus ſuſcepiſſet tracta-
tionem, aut omnium minimè ad plenum &
καθ' ἕκαστα quid in eô Articulô præſtitiſſet, in
tantâ Authorum farragine mihi viſus eſt.
9 * Tantum videlicet ex immensô reſtat O-
pere,

pere, ut nec Capita, quæ forenſes in ore habent, excuſſa ſint: an quòd illis qui Fori ambulacra terunt, non vacet? vel etiam fas non ſit, quicquam ſcribere? an quòd elegantiori & ſolidâ Literaturâ inſtructis ea omnia, vulgari Literarum malô, ſpernantur, quæ in uſum quotidianum valent? Et tamen *non priùs amœnitati quàm uſui conſulendum* fuerat. (Tacit. *XIV. Ann. 31. n. 6.*) * Igitur incho- 10
andi Operis gloria adhuc dum ſupereſt; & peſſimè, non melior effato ſuo, Cæſar Caligula, apud Suetonium jactavit: *Se effecturum, ne quid præter eum JConſulti reſponderent.* * Complementi verò laudem inge- 11
nuô gratôque pectore illis, qui nos ſecuturi ſunt, tranſcribimus: nil interim ullis Mortalium magis dictum eſſe reputantes, illud Senecæ, (*in Epiſtol. LXIV.*) *Faciamus ampliora quæ accepimus?* quàm his, qui Themidis ſacra colunt. *Equidem ſubvereor, ut idem 12
me cum Helvidio Priſco *ap.* Tacitum *in IV. Hiſtor. V.* fatum excipiat, qui *nonnullus appetentior famæ videbatur.* Satis tamen innocentiam noſtram tuebuntur *periti*, quos unicè de hâc ſcriptione judicare velim, elegantiſſimo *ap.* Baſilium (*in Epiſt. 75.*) loco me præmuniens.

CAPUT PRIMUM.

DE

APPELLATIONIS EXTRAJUDICIALIS DEFINITIONE ET DIVISIONE.

QUamvis autem Jo. Jacobus à Canibus, JC. *in fin. Præfat. Tractat. d. Execut. ultim. volunt.* ut ne ea, quæ animo conceperat, Lectori velut *ἀμέθοδον ὕλην* apponeret, *Ordinem* eum tractandi convenientem arbitratus ſit, quando 1) de Ortu, Nomine, Diviſione ac Conſtitutione rei 2.) de Officio, Poteſtate, Modo & Facultate. 3.) de Exitu ejus ac fine, Commodo & Damno ageretur. Tamen in præſenti Commentatione, ne quidem de Ortu rei, citrà Nominis evolutionem, quid dici poteſt; & quæ tunc ſubvenient capita, longè commodiùs ad celebrem *Cauſarum*, quam dicunt, ſeriem diſponentur. Utique enim *Membra ſuô quaque locô locata, ſuam & vim & dignitatem tenent*, quod Cicero *in Bruto* ait, ſicuti ab ſuâ ſede dejectis gratiæ multùm decorisque deperire neceſſe eſt.

SECTIO

SECTIO I.
De
DEFINITIONE.

§. I. Enimverò **Extrajudicialis Appellatio*, ne *vocem* deinceps inconditè efferamus, variè dicitur. 1.) quæ fit à pronunciatione, poſt cognitionem cauſæ, ab *aliô quàm judice* factam: veluti quando ab Arbitrio boni viri intrà 30. annos provocari ad judicem Ordinarium poſſe Dd. ſtatuunt. Clezel. *cap. IV. de Appell. n. 59.* *2.) quam intentat *Tertius*, qui, dum ſententia ſibi etiam præjudicans ferretur, *in judicio non ſtetit*. Licèt aliàs iſta Appellatio, cùm appellans per judicium gravatus fuerit, non minùs judicialis ſit. *l. 5. pr. ff. d. Appell. j.* Panormitan. *ad c. cum ſuper. d. Offic. Deleg.* Gail. *1. Obſ. 122. &* Bocer. *Claſſ. VI. Diſp. V. th. 28.* *3) quæ datâ quidem judiciali diſceptatione, ſed tamen ab illis gravaminibus interponitur, quæ vel ante judicium, & per ea fiunt, quæ litis conteſtationem antecedunt; *cap. 34. & ſeq. x. d. Reſcript.* vel quæ per executionem inferuntur. Illam *antejudicialem*, ſed hanc *poſtjudicialem* dicunt: quarum quidem utraque ad noſtrum ſenſum ſæpè judicialis nuncupanda eſt. *4.) quæ extrà *locum* judicii, (ſicuti jura-

Margin numbers: 1 2 3 4

mentum Voluntarium Extrajudiciale dicimus,) vel aliter, quàm judice pro Tribunali ſedente, inſtituitur: quâ ratione quælibet Appellatio extrajudicialis eſt, quia nulla eſt propriè *actus judiciarius*. Bartol. *in l. ſi expreſſim.19.n.5. & in l. creditor.28. n.1 ff. d. Appell.* Ph. Franch *omnium penè, qui de Appellationib. ad Decretal. ſcripſerunt, poſtremus & ſatis accuratus, in c. ult. ſi juſtus. quæſt. 28. ſub n. 29. d. Appell. item* Cothmann. *vol. 1. Reſp. 33. n. 6.* quippe quòd judici etiam pro tribunali non ſedenti, itemque Actuario, & die etiam feriatâ, (*v.* Guid. Pap. *Conſ. CLXXVIII. n. 5.*) inſinuari quælibet Appellatio, ſimiliter coram Notario & teſtibus, perfici poſſit. *conf.* Eund. Papæ *Conſ. CXXXVIII.* ubi, cùm quis à ſententiâ quoad Prioratum latâ, extrà judicii locum, coram Notario, appellâſſet, atque Adverſario appellationem intimaſſet, poſſeſſionem intereà ab hoc apprehenſam, velut attentatum, poſt Appellationem ab actu judiciali, retractandam eſſe, reſpondet.

5 *5.) quæ à quovis *Decreto, extrà ullum judicii Proceſſum* lato, aut à *facto* judicis, ſinè omni citatione aut cauſæ cognitione procedentis, ob *præſens* vel probabiliter *futurum* gravamen intentatur: Von Beſchwerden / die nicht gerichtlich geſchehen / und da kein Pro-

ceß

ceß gehalten iſt/(vel etiam *durante* licèt *Proceſſu*, ut tamen quis in unô alterôve articulô, citrà modum judiciarium, gravatus ſit,) als Hülffen und dergleichen. Nicolai *in Part. II Proceſſ. Judiciar. p. 12.* Hæc acceptio ad noſtram tractationem pertinet, eſtque *ſtricta* ac magis propria *6.) enim, ſi *analogicè* vocem accipias, unà provocationem non tantùm eam complectitur, quæ fit ab *actibus verè extrajudicialibus*, qui nec fiunt aut fieri ſolent in judicio: ùt cùm quis à diſcordiâ cognatorum ſuper puellâ elocandâ, vel à transactione hæredum ſuper teſtamentô interpoſitâ, appellaret: item ab illis, qui ne quidem in judicio fieri debent; veluti Electionibus, Poſtulationibus, & ſimilibus. Sed illam quoq; deſignat Appellationem, quam *Pars à Parte, vel Magiſtratu* etiam, *tanquam Parte*, extra judicium ſe gravante, apud judicem Ordinarium, ſeu primæ inſtantiæ, interponit. * Quamvis autem *quintus* ſignificatus ad naturam Appellationis judicialis propiùs congruat: Cùm tamen ex *ſexto* illo *genuina* Appellationis noſtræ *facies* exſculpatur, isque totam ejus rationem unicè exhaurire poſſit. Hinc etiam ille nobis, ubique nihilominùs analogiam ſpecierum obſervaturis, objectum Tractationis conficiet. 6 7

§. II. *EST Appellatio Extrajudicialis à gravamine per judicem vel Partem extrà judicium illato vel inferendo Provocatio.*

1 §. III. Dico 1.) *Provocatio.* Tum ut Genus definito, ubi ad Appellationem judicialem hæc noſtra accedit, (quod etiam ſit quadantenus, ſi quando ab actibus extrà judicium perficiendis, velut Electione, interponitur.) rectè conveniat. * Nam *Provocatio*,
2 (quæ tamen Appellatione omni reverà latior eſt,) cum eâ promiſcuè uſurpatur: *l. 10. §. 4. l. 17. l. 20. §. 2. ff. d. Appell. l. 1. 2. 10. C. eod. &*
3 *l. 3. & 6. C. de Excuſ. Tutor. & Curat.* * quanquam Provocationem ad ſuperiorem, ſed Appellationem ad æqualem fieri notet Glareanus *ad Livium Dec. 1. Lib. 1.* & ſanè, quòd Conſul contrà Conſulis, itemque Cenſor contrà Cenſoris decretum appellatus fuerit, *ex DD. ad l. 1. ff. junct. l. 26. §. 4. ex quib. cc. major.* colligitur: Id quod ad Ordinem gradumve procedendi, non etiam ad ipſam de gravamine conquerendi rationē pertinet.
4 * Tum deinde, ut vox ea Provocationis illam quoque ſpeciem, quæ à Parte gravante intenditur, comprehendat: quâ ratione nil impedit, ut τὸ *provocare* ex *l. 13. ſeq. ff. de judic. l. 29. eod. & l. 16. §. fid. d. Fidejuſſ.* in genere pro: vocare ad judicium, & præcipuè quidem

quidem id, quod ſuperius eſt, quocunque etiam modô, ſaltim ob gravamen lege probatum, id fiat, (Bartol. *ad l. ſi minoris. ff. d. adminiſtr. tut,*) accipiamus.

§. IV. Ex quo patet,* quàm plerique alteram Appellationis Extrajudicialis ſpeciem planè prætermiſerint: quando Gravamen quodlibet *à ſuperiore judice* emendandum eſſe tradiderunt, (*v.* Dn. Strauch. *Exerc. Iuſt. XXVII. n. 4.* & Dn. Vultejum, *Lib. IV. de Iudic. c. II. n. 10.*) propriô ſcil. Appellationis in genere, vel ſtrictô potiùs ſignificatu, præſuppoſitô. * Utcuuq; enim Extrajudicialis Appellatio, quæ à Parte gravante ad judicem inſtituitur, eô ipsô quòd ad Ordinarium fiat, appellationis ſtrictè dictæ nomen non mereatur: (Bachovius *ad Tr. Diſp. XXXIII. vol. II. th. 1. lit. b.*) prout Idem ipſi denegat Pontifex *in c. concertationi. de Appellat. in 6.** indeque in Odioſis eam ſpeciem nomine Appellationis non venire Dd. perhibeant. *v.* Decium *in c. cùm ſit Romana. d. Appell. n. 25.* & *in cap. Bonæ memoriæ. eod. n. 21. item* Lancellot. *Part. II. d. Attent. n. 195.* * Quia tamen & hæc Provocatio, velut illa quoque, quæ ab Actu quodam publico, ſed tamen ab aliô quàm judice peracto, inſtituitur,) cùm propriè dictà Appellatione, ſaltim in ſolennibus, ut ne

1 (margin, beside "§. IV.") · 2 (beside "poſitô") · 3 (beside "in c. concertationi") · 4 (beside "Part. II.")

de cæteris nunc dicam, multa communia habet: * Inde ſub unâ Appellationis Extra-
5 judicialis definitione continenda, & Appellatio in genere, antequam in duas ſpecies, judicialem & extrajudicialem, abiret, vel
6 Provocatio potiùs, * (Nam Appellatio ſtrictè & propriè ſolùm *Judicialem* notat: Sigism. Scaccia *quæſt.1.d. Appell n.8. junct.* Bachov. *d. l. Lit. b.*) à Rennemanno latiùs deſcribenda fuerat *in Part. IV. jurisprud Rom.*
7 *Sax.D.XLVII.th.4.* *cùm & ipſa, quæ à Parte extrà judicium, & quidem tanquam privatò gravante, inſtituitur Provocatio, in quamplurimis à Simplicis Querelæ intentatione recedat, ipſique Appellationi judiciali aſſimiletur.

1 § V. Propiùs * accedit *Seldeni* definitio in *Libr.III. de Synedr.Vet.Ebr.c.2.* cui Appellatio eſt, *qualiſcunque ab alio ad alium*, velut *ſuperiorem ſeu Dignitatis amplioris, ad controverſias ac difficultates ſolvendas Arbi-*
2 *trum, Provocatio.* *Vel ſimplicior hæc: *Appellatio eſt* ad ſuperiorem, ratione ſententiæ vel gravaminis, gradatim riteque facta Pro-
3 vocatio. *Nunc enim ſi Appellationem aliam judicialem, aliam extrajudicialem, eſſe ſubjungas: (invito etiam Giphanio: qui no-

vam

vam & diſtinctam ſpeciem appellationis conſtituere non putat eam, quæ à Decretis & actibus interponitur; *de Diviſ. Jur. th. 170*) hujus, nempe *Extrajudicialis*, definitio exacta erit illa, quam ſuprà conſtituimus *Judicialis* autem deſcribi poteſt: quæ à ſententiis & actibus in judicio diſceptatis interponitur. * Ambiguè *d. l.* Vultejus, *eſt Appellatio* 4
ab opinione judicis facta. Nam 1.) genus *ſtri- 5
ctius eſt, & vix oppoſitæ ſpeciei Extrajudicialis Appellationis ſatis congruit. Plus videlicet eſt in Provocatione, quàm in Appellatione. 2.) Opinio judicis * etiam extrajudi- 6
cialiter procedenti conveniet. Niſi τὸ opinari, cum Dn. Vultejo, ad Decretum reſtringas, & hoc ipſum ſtrictè capias: quaſi Decretum nullum ſit, nſ. quod cognitâ causâ fertur. 3.) Actùs * inter citationem & cauſæ ex- 7
ecutionem medios tantùm habet pro judicialibus. Atqui citatio ipſa ſuô modô actus eſt judicialis, & ab Executione ſententiam inſequente quæ fit appellatio, judicialis dicenda eſt. 4.) ipſe ſubjungit * à judice re- 8
quiſito juſtitiam denegante appellari poſſe. At verò hæc non eſt opinio, & imò appellatio illa Extrajudicialis foret. * Wiſenbach *in* 9
Diſp. XXXVIII. ad Digeſt. de Appellat, Cujacium ſecutus, univerſam Appellationis natu-

ram

ram delineaturus: *Appellatio*, inquit, *eſt querela non acquieſcentis iniquæ ſententiæ inferioris judicis vel nominationi ad honorem
10 munusve publicum.* *Sed disjunctiva omni ex parte eſt definitio, & quatenùs Extrajudicialem tangit Appellationem, etiam de Civili jure anguſtior: ſiquidem plura in eo exempla ejus Provocationis extare, contrà quàm vulgò creditum eſt, ex inferiùs dicen-
11 dis conſtabit. * Eòdem vitiô laborat A. Perezii definitio *in Prælect. Cod. ad Tit. d. Appell. n. 2.* quando ad *actûs voluntariæ jurisdictionis* Extrajudicialem Appellationem re-
12 ſtringit. * Itaque quid ſani in ipsâ, cùm eò perveneris, Tractatione reperire liceat, ubi in limine & Rei adeò Definitione toties impingimus, conjectu non eſt difficile.
1 §. VI. Dico 2.) *à Gravamine*, * ſive jubeat quid vel interdicat *judex*, aut mulctam injungat, manum intentet, agatve quid *ut talis*, citrà judiciar. c. cognit. Partisve citatio-
2 nem. * ſive *Pars mera* vel *judex inſtar Partis*, als ein Wiederſacher und nicht Richterli-
3 cher Weiſe / gravet. * Aut *Perſona publica, una vel plures*, in *Actu* publico, extrà judicium peragendo, iniquè & cum gravamine provocantis verſentur, * v. c. ſi beneficium alteri
4 cuidam in præjudicium meum collatum ſit,

ſit, vel ego,ne electio itemque collatio fiat, metuam. *cap.19. & 29.x.d.Elect.* Sic enim ab *inferendo* etiã gravamine provocari poſſet.

§.VII. Dico 3. (*Extrà judicium.* * Abinde 1
ſcilicet Appellatio Extrajudicialis dijudicatur, ſi *gravamen*, ob quod quis provocaturus eſt, *extrajudiciale* fuerit * Malè aliqui 2
ſubſtituunt: *Ante litis ingreſſum.* Quanquam enim, nullâ etiam lite exiſtente appellari poſſe, verum ſit. *l.1.§.3.ff quand.app. l.3.C.de Excuſ.Tut. c.cùm ſit Romana. verſ. ſi verò.x.d.Appell.& c.8.eod.in 6.**Tamen non 2
ſolùm *lis extrajudicialis* aliqua datur; *v.* Ludovic. Poſthium *Deciſ.DXCIX. de Manutenend.* * verùm etiam dicta verba litem inſe- 4
cuturam promittunt. Quod quidem, cùm gravamen quodlibet non protinus litem inferat,aut per ſe vel ſemper controverſiam inducat; ſicq; extra judicium,ubi vel lis nulla ſperatur,vel intenditur,& imò ubi voluntariæ tantùm cognitioni locus eſſe poſſet, appellari queat, agnoſcendum non eſt.

SECTIO II.
De
DIVISIONE.

DIVIDITUR * Appellatio Extrajudi- 1
cialis in eam, quæ fit *à judice v.* R.A.*d anno 1594.*§.darum ſeȝen.*94.& Conc.*der E.G.O.

Part.

Part. 2. Tit. 31. § *16.* Et quæ fit *à Parte. c. bonæ memoriæ. 51. x. d. Appell.* Marant. *Part. VI.*
2 *Ord. jud. n. 267.* * Hæc *poſterior* vim penè conventionis habet. *d. c. 5.* §. *ſi verò. X. eod.*
3 Eſtque * nil aliud, quàm *Provocatio ad cauſam*, quæ ad judicem proximum ſeu Ordinarium, & qui per viam ſimplicis Querelæ
4 adiri poteſt, dirigitur. * Et quamvis de utrâque ſpecie initiò dubitatum fuerit, an ad *naturam* Appellationis *judicialis* redigenda eſſet; poſteà tamen, ut in fatalibus, attentatis, cæteriſq; regulariter eidem æquipararetur, *Canonibus*, (*v. d. cap. 5. X. d. App. & c. 8. in VI.*) & eos ampliante *Uſu Forenſi* introdu-
5 ctum eſt. * maximè ſi à Magiſtratu, ſive ùt tali, ſive etiam tanquam parte gravante, procederet. Nam ita meliùs ſecunda inſtantia
6 concipi poterat: * cùm econtrà (ſaltim *judicis intuitu*,) in provocatione, quæ à privato gravante interponitur, de ſecundâ inſtantiâ non adeò appareat. Dico: judicis intuitu il-
7 lud non apparere: * Nam aliàs, quod infrà oſtendetur, hæc quoque Provocationis ſpecies cum Appellatione judiciali multa habet
8 communia. * Imò in ipſa Appellatione judiciali ſæpiùs evenit, ut *inſtantia Appellationis*, ratione provocantis, *prima ſit:* (etiam in effectu, ne quis à novis probationibus,

tan-

tanquam tertiùm appellans, arceatur:) * 9
Quid enim ſi cum mandatario meo, me ignorante, egiſſes, ego autem denique, poſt hujus condemnationem, provocaſſem? Tunc licèt ad ſupremum judicem deveniam, à ſententiâ contrà Mandatarium latâ; tamen hæc eadem & prima & non minus ſecunda Appellationis erit inſtentia, v. Ant. Fabr. *in Cod. Sabaud. Tit. de Probat. & Præſumpt. def. 53.*

CAPUT SECUNDUM.

QUONAM JURE NITATUR EXTRAJUDICIALIS APPELLATIO.

(ſeu de Causâ ejus Effic. Remotâ.)

SECTIO I.

DE JUR. NATURAL.

§. I. XPœna quoddam * & colorem proterviæ ſuæ in provocando obducturi rapaces, & *quibus (ex C. Silii apud* Tacitum *ſententia, in XI. Ann. VI. 3.) fori tabes pecuniam adfert*, Cauſarum Patroni, ſubinde Appellationem *Juris* eſſe *Naturalis* prætendunt, quam adimere vel extorquere Parti non liceat; *Eſtque communis ea labes, ut ſi 1 2

tot

tot mæandri jurisCivilis,tot in eô tantâ prudẽtiâ accuratiſſimè diſcuſſæ difficultates ingeniis delicatis patere non poſſint,protinùs quicquid primâ manu prehendunt,illud Ju-
2 risNaturalis eſſe vociferentur: *quos tamen ſi quis*Romano*Juri,h e fragrantiſſimo tantorum Cæſarum, eorumq; Conſiſtoriorum & Magnatum prudentiæ theſauro, innutritus excutiat,eos quidnam juris Naturæ ſit,juxta cum ignariſſimis ſcire, ſuâque pertinaciâ ne in milleſimò quidem caſu pertranſire poſſe
3 deprehendet. * Candidè Don Diego de Saavedra Faxardo: *(en Empreſa Polit. XXI. p. 177.) La luz natural, (quando fueſe libre de afectos y paſſiones,) no ſeria baſtante por ſi miſma à juzgar rectamente en tanta varie-*
4 *dad de caſos, como ſe ofrezen.* * Nec ullus de jure Naturali,quàmJurisC.Romanus,aptiùs judicaverit, quippe qui ad prima principia omnia reducit: eòque, tanquam ad clariſſimos & immotos Septentriones ſemper reſpicit,in totius Orbis ambitum ſe inſinuans,
5 * De *vulgatis* non loquor & quibus tanta ingenii vis non ineſt: Nam illis tantùm inferiora ſpectare ſatis eſt, iisq, intrà Parvæ cujusd. regiunculæ fines verſantibus ſuperiorum unicè authoritas pro Duce ſervit: veluti ad Pharos aliaq; ſigna in mari poſita de proxi-

mo

mo intuemur. * Et hi tamen non adeò in publicum nocent, quantum cæteri, qui, dum omne jus ignorant, ejusque accurationem, ſine omni morâ reperiri neſciam, averſantur, naturalium præceptorum religione, ejus loci, quem nacti ſunt, dignitatem, præfractè tueri ſatagunt. * Proximi illis ſunt 7
Doctores *medii*, in jus Naturale illotis manibus irruentes. * Quot enim non turbas 8
in ſaniori jurisprudentiâ dedit ab his inſinuata illa *Defenſionis* Naturalis in Appellatione perſuaſio: ita ut Appellationem in Criminalibus excludi non poſſe putarent, quòusque defenſio ſupereſſet: quæ quidem in cauſis ſanguinem humanum provocantibus maximè eſt favorabilis. (*v. Magnif. Dn. Taborem, Tr. de Defenſ. Rei abſent.*)

§. II. Utique * Appellatio Defenſionis 1
quædam eſt ſpecies; Sed non niſi Civilis: ùt rectè Anton. Matthæi *ad libr.* XLVIII. *de Criminib. Tit.* XVII. *c.* V. *n.* XI. * non niſi ju- 2
dicialis: quod ante ipſum Covarruvias, *Pr. Qu.* XXIII. *n.6. itemque* Jacobat. *de Conc. lib.* 10. *art.1. n.57.* & H. Cævallos, *d. Cognit. per viam violent. in Cauſis Eccl. gl.* VI. *in Lect. n.* 27. advertit. * Nam quòd pars adverſus 3
iniquitatem Judicantis ſe tueri per modum Appellationis poſſit, ex forenſi procedendi

4 ratione pendet: * cùm & aliàs, ne iteratò, & imò ut planè non provocetur, vel aliter quàm per eam, quæ ad Superiorem dirigitur, provocationem, læſo conſulatur, Princeps conſtituere poſſit: quam *Principis poteſtatem* latè exponit P. Cornel. Brederodius
5 *Part. I. d. Appellat. Tit. XI. col. 24. ſeqq.* * Uti verò non tantùm ea, quæ *juris Gentium (ſecundarii)* ſunt, ad Jus *Naturale*, ſaltim *reductivè*, pertrahuntur; Sed & omnia, quæ Juris poſitivi Civilis ſunt, eò referri queunt: quanquam ſaporem juris Naturalis, quantò remotiùs quælibet ab eo per Concluſiones eliciuntur, (ùt rivuli è mari longiùs abducti
6 ſalſedinem,) amittant. * ita etiam ſuo modô quævis, & ſic noſtra quoque *Extrajudicialis Appellatio*, juris *Naturalis* eſſe dici pot-
7 eſt. * Interim nec quod *reductivè*, nec omnium minimè quod *negativè* ad jus Naturale pertinet, illud aptè juris Naturalis eſſe dixeris.

1 §. III. Nam * ſi *judicem ad quem* provocatur reſpicias, ſaltim in eâ litis ſpecie, *Legis ferendæ* Poteſtatem Majeſtaticam infert ea, quæ per eminentiam ſic dicitur, *ſumma* Provocatio: Lampad. *de Republ. Rom. Germ. art.*
2 *I. §. 51.* * ut frequentiores eſſe oportuerit Provocationes, cùm adhuc dum nullis Legibus

bus, vel ſaltim non idoneis, in tam variis hominum rerumque caſibus, *Arbitria judicum* conſtringerentur. * Tunc enim velut o- 3
mnis provocati Principis ſententia Legem quandam repræſentavit: *v. l. 2. ff. de Orig. jur.* §. *1.* * & nunc quoque ſententias ſuas *ſu-* 4
periora Tribunalia pro Lege obſervari cupiunt. *l. 34. ff. d. Legibus*, Cabedo, *Deciſ. CCXII.* Pinell. *lib. II. P. 2. c. 4. n. 2. d Reſc. Vend.* * (Sanè 5
non aliunde tanta *Deciſionum* ejusmodi *Compilatoribus* acceſſit authoritas:) * ita 6
licentiam provocandi incertitudo juris, & facilis in judicem ex cerebro conjectantem ſuſpicio, excitare potuit. * Quà quidem in re 7
penitus regat illuſtris Livii locus, *L. II. c. 3. Regem hominem eſſe, à quo impetres, ubi jus ubi injuria opus ſit: eſſe gratiæ locum, eſſe beneficio; & iraſci poſſe & ignoſcere, inter amicum atque inimicum diſcrimen noſſe. Leges verò ſurdam rem eſſe & inexorabilem, ſalubriorem melioremque inopi quàm potenti, nihil laxamenti nec veniæ ſubeſſe, ſi modum exceſſeris*: * adeò vel inculpati judices non- 8
nunquam affectibus abripiuntur, quod eleganter demonſtrat Michel Sieur de Montagne *aux Eſſais, Livr. II. chap. 12. pag. 535.*
* nullô ne quidem adverſus corruptelas 9
haſce in juramenti religione, quâ ſine judex

nullus eſt; (Khraiſer, *Tit.1. ad Ordin. Bavar.*
10 *Leg* III. *n.3.ſeqq.*) * nec multò minùs in Le-
gibus exiſtente remedio: quarum cùm ex
Thucydidis ſententiâ (*Lib.* III.) *nulla* ſit, *quæ*
11 *ſatis validè vetet aut modum capiat.* *hinc
Viros prudentiæ Legum cupidos & religio-
ſos, judiciis, maximè *inappellabilibus*, (*v.*
R.A. *1654.* §. *108.* & *109.*) præeſſe Conſti-
tutiones volunt. *confer præter* LL. Rom.
in Nov. 60. in f. Nov. 82. ubi Cujac. Or-
din. Crim. Ordin. item Haſſiac. Würten-
12 berg. *&c.* * *& præprimis* Ord. Camer. *p.1. Tit.*
3. pr. §. *1. cujus ſummam hiſce verbis expreſſit*
Denaiſius. *l. Cam. Tit.* XVI. *Non ex propriô*
nudôque arbitriô ſive conſcientiâ, ſed Legibus
Conſtitutionibusque publicis, & probatis con-
ſuetudinibus, jus dicunto: idque æqualiter in-
ter omnes, ſinè affectu vel ſordibus, diſperti-
13 *untor.* *Graphice die Reichs-Hof R. Ordn.
Imp. Ferdin. III *Tit. 1.* von Erſetzung des
Reichs-Hofrahts. §. Und weil dann allein
uns. junge Vultejum, *Lib 1. Diſcept. 8. item*
14 *Diſſertationem* Chriſt. Forſtneri *ad Tacit.*
libr. prior. p 190. ſeqq. & Jac Gothofred. *in*
c.XIII. *ad l. Quisquis. de L. Jul. Majeſt.* * *ubi in*
68 non aliunde καχεξίαν Politicæ Rei pro-
cedere, ait, quàm ſi potiſſimæ Dignitates
in immerentes aut injuſtos conferantur.

* Quo-

* Quorum ſeriem claudat Parens facundiæ, 15
Cicero, *in Rabirianâ, cap. V. Quid deceat vos, judices, non quantum liceat vobis, ſpectare debetis: ſi enim quid liceât, quæritis! poteſtis tollere è Civitate, quem vultis. Tabella eſt, quæ dat poteſtatem, occultat eadem libidinem, cujus conſcientia nihil eſt, quod quisquam timeat, ſi non pertimeſcat ſuam.*

SECTIO II.
De
J. CANONUM.

1 § I. Igitur * ad *jura Poſitiva*, & primùm quidem ad JUS CANONICUM, transeamus: cui ùt pleraque moderni *Proceſſus* alia; ſic etiam magnâ ex parte Appellationem noſtram debemus. * Neque verò eò 2
addduci poſſumus, ut nullum *uſum* juris Canonici *in terris Proteſtantium*, niſi ne illud ignoraretur, ſupereſſe credamus. (*v. l.* Dn. Zieglerum *in Diſſert. d. Orig. & inc*[illegible]*em. Jur. Can.* § *67.*) cùm (1) eàdem ratio [illegible]e, ſal- 3
tim ante expreſſam poſteriorum C[illegible]arum confirmationem, *jus Feudale* quis no[illegible]is extorqueret: quod perinde ùt *Decretum* magnam partem, *privatorum* prudentiæ [illegible] obſervationibus debetur. * Idq; tantò fa[illegible]iliùs, 4
ſi cum illis diſputaremus, qui de *Fri*[illegible]*erico*-

ram Impp. Confirmatione eliminandâ ſolli-
citi ſunt: (*v. Dn.* Eiben, *cap. 1. Elect. Feudal.*
5 §. *6.)* * cùm quidem, quod non fieri ſæpè
miratus ſum *confirmationem* Imperatoriam
juris Feudiſtici è propinquo, & vel à proxi-
6 mis Cæſaribus arceſſere liceat.*Imò major,
ſi originem attendas, (*reſectis* illis, quæ nunc
à Dd noſtris notata, vel publicis Imperii ju-
ribus adverſa ſunt [v.R.A.1576.§. derhalben.
& R.A. 1555 §. wir befehlen. add. R.A. 1566.
§ Und nachdem. Ipſos Dillingenſes *in c. XI.*
Compoſ. Pac. qu.88. n.53.] *Dogmatibus*,) De-
creti eſſe poterat, quàm Feudalium Placito-
7 rum authoritas. * Ad *fontes* autem illius nul-
libi recurrimus, niſi ubi fidei, vel apertæ ra-
tioni, Canones adverſantur: *conf. Nov. 131. c.1.*
quale quid tamen in Jure Juſtinianêo ſi dare-
8 tur, non minùs ejiciendum foret. *Unde vel
ejus, quòd *per conſuetudinē* apud nos Cano-
nes valeant, hic effectus eſt: ut ubi probabilē
rationē præferunt, iisdem contradicere tam
fas non ſit, ut nec ſcripto juri, quod rationi
probabili neceſſitatem Conſtitutionis cir-
9 cumponit. *Quanta (2.) non quotidie ex *De-*
cretalibus &c. petimus? quæ utcunq; Gloſſis
Veterum Dd., vel hæ Decretalib. etiam inni-
tantur; tamen præcipuè ſi, (quod huc perti-
net,) Proceſſum ævi recentioris attendas, ef-
ficiunt

ficiunt: ut beneficiò iſtius juris tantoperè fluctuare non liceat; ceu quidem evenire neceſſe fuerat in *Gloſſis* ſolùm & *Commentis* verſanti: * quæ nempe vel deficiunt alicubi, 10
vel etiam excedunt: amplæ item ſunt, obſcuræ, contradicentes, & nullâ ne quidem conſuetudinis, [ſaltim cujus robur, (ùt quidem ex ſcripturâ in jure Canonicô,) oſtendi poſſet,] efficaciâ munitæ. * De cæteris, quæ ad 11
Capita à Noſtratibus maximam partem *probata*, veluti juramenta, matrimonia, bona Eccleſ. & alia *ap.* Reinkingium *L. II. d. Reg. Sec. & Eccl. Cl. 2. c. 7.* ſpectant, non dixerim: in quibus fallam, ſi absque juris Canonici ſubſidio viceſimam ſpeciem ad effectum juris reſolvere conceſſum eſt. * Quòd verò 12
Proceſſui judicario, per *Ordinationes Proceſſuum* ſatis amplas, ſubventum eſſe obvertitur, illud rem non conficit: neque Ordinationibus hiſce ſubeſt, niſi Principatus, cui promulgatæ ſunt: * & ſi alicubi deficiant, 13
num non ad *Jus commune*, & ipſum adeò ex parte Canonicum, tranſeundum eſt?
* Videmus nec prudentiam juris Romani, 14
(quam in arctum velut ἀποτέλεσμα quoddam conjectam miramur nonnullos breviorem ſibi fingere, ſi quosdam Epilogos reſecare queant:) * Videmus, eam tot Con- 15

ſtitutionibus Regum exterorum, tot deinde Ordinationibus Provincialibus Principum, & Civitatum Reformationibus, exhauriri
16 non potuiſſe: * ſaltim haud unquam, prout nunc quidē res noſtræ ſe habent, Jus Juſtin. & Canonicum, Jura *Communia* & ad quæ tq. ad ſacram anchoram, poſt Dei verbum, con-
17 fugiatur, eſſe ceſſabunt: * neque ſinè Canonum ac Canoniſtarum doctrinâ magnus quisquam evaſit aut evadet. *confer* Wieſenbach *in Cod. d. Adv. div. jud. n. 1. ipſum Contrad. Canonic. Compilatorem*, & Sam. Mareſium
18 *Diſſ. Theol. de J. Canon.* * Quæ quæſo Regum Exterorum authoritatem Pontificis, in Regno ſuo, acriùs inſectatus eſt *Henrico VIII. Angliæ?* (*de quo v. Tres libros Hiſtor. ſchiſmat.*
19 *Anglicani* Nicol. Sanderi:) * Et tamen etiam poſt Eum per Legem publicam à Parlamento conſtitutam, juri Canon., quatenus illud Legibus & Conſuetudinibus Regni non repugnat, pleniſſima eſt authoritas: donec aliter provideatur; quod quidem in hodier-
20 num usque diem non contigit. * Adeò ut qui *in Anglia* de Authoritate & Origine Canonis recepti disquirere vellet, idem facere mihi videatur; ac qui ad vetera JCtorum fundamenta, tot Cæſaribus probata,
21 reverteretur. * Imò ne *ex Belgio* quidem, teıra

terra Pontificio nomini tam infeſtâ, omnem ejus-juris authoritatẽ ejicere potuit Paulus Voetius, *C.V. d. Authbor. jur. Civ. & Can. &c.* §. *5. 6. 7.* quam & hôc *Ipsô cordatiùs* adſtruit Cypr. Regner. *in Orat. pecul. poſt Cenſ. I. Can.*

1 §. II. *Sacros* autem * *Canones paſſim Appellationes permittere extrà judicium*; ſed *Leges ſeculares* (ſeu Juſtinianeas, unicè videlicet ſincerum juris ἔδαφος & ſacrariũ, quô ſinè fruſtrà Ictus Principibus aut Rebuspublicis ſuccurrerit: v. Ludolph. Hugon. *Cap. VI. de ſtat. Region. German. § VII. usq; ad fin.*) *non niſi in caſibus*, (expreſſis,) Author eſt Pontifex *c. cùm ſit Romana. x. d. Appellat. junct. c. Concertation. eod. in 6. & c. bonæ memoriæ. item c. ſuper eo. 12. x. eod.* * An verò 2 *jus civile* ad caſus in eô *verbotenùs* expreſſos reſtringi debeat? deinceps disquiremus: * cùm quidem Principes etiam unius casûs 3 occaſione arreptâ, providentiam ſuam latiùs *extendere*, atque adeò generaliora jam Præcepta Reſcriptis quoq; ſuis particularibus complecti adſoleant: * haud ſecùs atque 4 ab aliis νομοθέταις, inque aliis ſubinde νομοθεσίας ſpeciebus fieri amat. Jacob. Gothofr. *de Imper. Maris cap. II. pag. 12.* * Illud certum 5 eſt, quòd *Canones* facultatem extrà judicium appellandi generalem, dictis locis, promulgent: * indeque malè Brandmyllerus eos 6

probet, qui, quod in *d. c.12. x. d. Appellat. ab omni gravamine* appellare licere dicitur, de interlocutoriâ exponentes, illi Provocationi, quæ extrà judicium fit, vocem Appellationis indiſtinctè abrogant. * Utcunque e-
7 nim negari non poſſit, *dictum cap.* de eâ appellatione, quæ à gravamine, durante Proceſſu, ante litis conteſtat. vel etiam ſententiam, illato, (quod & extrajudiciale eſſe pot-
8 eſt,) inſtituitur, maximè diſponere. *Tamen & ratio ejus Appellationem extrajudicialem adſtruit, indeque differentiam utriusque juris ſatis indicat; & cæteri textus, Pontificem à jure Civili quid diverſum ſtatuere vo-
9 luiſſe, liquidò inſinuant. *Ita ut non tantùm quid juris ſeparati à Civili jure, ſed & adverſi, fuerit: ab omni gravamine extrajudiciali licere appellare: (quod Pontifex permittit:) & tantùm à quibusdam ſpecialiter deſignatis appellari poſſe, (quod, quamvis imperitè, Pontifex Civili juri imputat:) quocunque etiam nomine Provocationem hanc inſigniveris.

1 §. III. Cæterùm * in eô *jus Canonicum* benignius eſt, quòd, ſecùs atque jus Civile, *à qualibet interlocutoriâ appellari* concedat.
2 *c. 11. d. Appell. in 6.* * Quæ quidem indulgentia, cùm lites immortales reddere, & enormem

mem Papæ Dictaturam fulcire; ſubditos verò cum magnoReipubl.malo facultatibus exhaurire & emungere videretur: * quô de 3
abuſu Appellationum Fori *Eccleſiaſt.* eruditè *in Concilio Tridentino* diſſeruit Johannes Gropperus, *ap.* Petr. Suavem *Lib. IV. Hiſtor. Concil. Tr. p. 372.* * ſuosque Canones ſatis in- 4
feliciter tuitus eſt Scaccia *qu. XVII. d. Appellat. Limit. 47. n. 74. ſeqq.* * Inde jam ab 5
initio *Seculi XV. anno 1414.* in *Concilio Conſtantienſi*, juxta quòd Papæ authoritas ſuprà Concilium publicè damnaretur, etiam in eô multum eminentiæ Ejus detractum eſt: ut ſe quibusvis cauſarum diſceptationibus non adeò immittere poſſet *Id quod non minus 6
anno 1431. ad inſtantiam Imperii Statuum, *Moguntiæ* tum congregatorum, fremente quamvis Pontifice, in *Concilio Baſileenſi* repetitum, & ad denuò abolendam appellandi illam libidinem deductum fuit. *Tan- 7
dem *Concilium* quoque *Tridentinum, in c. XX. Seſſ. XXIV. d. Reform.* conſtituit, ut, perinde ac in jure Civili, non niſi in *paucis caſibus*, ab Interlocutoriis appellare permiſſum eſſet. *conf.* Petr. Gregor. *Lib. II. d. Appell. c. VII.* Græven. *Lib. 1. Concl. 129. n. 2.* & Roding. *JC. Haſſiac. in Lib. 1. Pand. Cam. Tit. 25. §. 4.*

§. IV. Nec * tamen per hæc Concilia 1

Cano-

Canonibus aliter, quàm in Appellatione ab
2 interlocutoriâ,derogatum eſt: *manentibus*
adhuc dum *integris* omnibus illis, queîs
Appellatio *Extrajudicialis* comprehendi-
tur,ſive à Parte ſive à Judice ea intentari ve-
3 lit: * cujus quidem poſterioris par ferè cum
hâç Appellatione, quæ *à definitivâ* proce-
dit,eſt ratio; prioris autem abrogandæ con-
ſilium initium fuiſſe ne quidem eſt credibi-
4 le. * Hinc etiamnum *utraque ſpecies* in judi-
ciis uſurpatur,& frequentes ſunt appellatio-
nes, quæ à cæteris actibus extrajudicialibus,
5 velut Electionibus, interponuntur: * Licèt
per has quoque,poſtquam *atate Ivonis Car-
notenſis* cœpiſſent,magnam vim illatam eſſe
vetuſtisCanonibus,obſervet *Vir*,*ex*Theoph.
Raynaudi *encomio*, (*de Bon. & Mal. Libbr.
Partit.I.Erotem.X.n.184.in fin.qui Tractatus
in Vol. XI. operum ejus Lugd. in XIX. voll. in
fol. editorum legitur;) magnæ judicii acritu-
dinis & doctrinæ*,Petrus de Marca, *Lib.VI.de
Concordia Sacerdotii & Imperii*, C.III.*n.9.&
12. quem quidem Librum perperam adſcri-
ptum Petro de Marca,exque retractatis ejus-
dem ſcriptis, aliorumque erroneis ſententiis,
operâBaluzii(1663.) editum eſſe,ſacra Judicis
Congregatio Romana 1664. cenſuit, eumque
Libris prohibitis annumeravit.*

SE-

SECTIO III.
De
J. JUSTINIANEO.

§. I. Leges ROMANAS * ſi reſpicia- 1
us, exemplis fortaſſis illis, quæ de Appel-
tione Extrajudiciali adferuntur, præcisè
hærendum non eſt, ut non ad ſimilia pro-
di poſſe debeat. * Etenim heic quoque 2
nalogia valorem exſeret: quâ ex uno al-
rôve caſu expreſsô, maximè cùm in Con-
itutionibus Cæſarum non tam Regulas
uàm Exempla habeamus, ſimiles Deciſio-
es elicere jubemur; * modò religionem il- 3
us Facultatis abuſus non temeret: ceu nec
iàs Analogia in his admittenda foret, quæ
b neceſſitatem, vel jure ſingulari, introdu-
ta ſunt. * Ita Analogia vera non eſt, cùm ex 4
militudine rei novum quid, quod nec erat
lanè, nec regulari ratione, citrà volunta-
em Majeſtatis, eſſe poterat, conſtituere
uriſconſultus præſumeret: ne ſcilicet huic
ondendi juris poteſtatem largiamur; inde-
ue incertum jus & infinitum habeamus. * 5
Aultò minus *Ratiocinationem* cum Analo-
ia confundi velim: quippe quæ tantùm per
roximas quàm maximè & evidentes con-
luſiones, è principiis elicitas, munere ſuo
fungi-

6 fungitur. * Nam Analogia etiam novi quid, ſaltim ſi facti ſimilitudinem reſpicias, adducit: neque Concluſiones nectit; ſed eas, quæ jam ſcriptæ vel elicitæ ſunt, æquè ac ipſa principia, factis ſimilem æquitatem po-
7 ſcentibus, applicat. *Aliàs miſeros diceres *Juriſconſultos*, qui non audeant, ut quicquam ſinè litera eloquantur: exhinc κατ'
8 ἐξοχὴν dicti *Literati.* * *v. ingenium* Huarti *in Scrutinio Ingenior. c. XIV. p. 368. ſeq. junct. p. 377. collato inſuper M.* Dn. Tabore, *in Tr. d. Confront. p. 63. ubi legem 12. & 13. ff. d. Legibus*
9 *explicat.* * Et anguſtam adeò nonnulli Analogiam ſibi fingunt: quaſi tantùm per eam jus illud, quod aderat, nec intelligi poterat; cum eo quod itidē aderat, & intelligebatur, conferamus: indeque prius illud dextram
10 explicationē recipiat. *Profectò ſi ullâ in re quid Analogia poteſt? poterit in Momento Appellationis maximè cùm in certam formam initiò *per Conſuetudinem* redacta, & è doctrinâ Juriſconſultorum (quæ Populi moribus recepta fuerat,) adaucta Appella-
11 tionum jura videantur *v. l. 1. ff. d. Appell.* * Ita Cunrad. Rittershuſius, *in Comment. ad Novell. Part. X. Proœm. n. 2. Fuerunt quidem*, ait, *ap. Romanos LL. Valeriæ de Provocationibus; (de quibꝰ v.* Lipſium *ad XIV. Annal. Tac.* Scip.

Gen.

ntil. *Diſſ. III. de Jure Publ.* §.26. ubi & *Lex*
rtia de Provocando, quam in *Nummo*, qui
ap. Patinum eſt, Dn. Mylerus exhibet, *in*
. d. Statibus Imper. c.3. p.17 nov. Ed.) * *ſed eæ* 12
ntùm erant in Publicis Judiciis: de privato-
m autem judiciorũ ſive cauſarum civilium
ppellationibus nulla certa Lex lata fuit, ſed
nſuetudine eæ potiùs ſunt receptæ. Imò &
nſuetudine, poſtquam receptæ fuerunt,
uotidiè incrementum nactæ ſunt.* Quin i- 13
aque nòn in eo tantùm cum plerisq; ſubſ-
amus, ut de jure Civ. ab illis ſolùm *actibus*
ppellari poſſe aſſeveremus, qui *per modum*
iris dictionis fiunt: * vel qui à pluribus, *ut* 14
niverſis, peragantur: *l.4. & ſimil. C.d. Appell.*
elut à privilegio Exemptionis, quo cæteri
on exemti graventur: Pariſ. *in c. accedentes.*
.240. d. Præſcription. ut aliàs nulla, quæ non
ub hiſce ſchematibus contenta ſit, admit-
atur Provocatio; * ſed potiùs cum Gude- 15
ino, *in Lib. IV. de Jur. Noviſſ. c. XIV. p. 191.*
quovis Gravamine Publico provocari poſſe
egulariter aſſeramus. * Similiter, quòd à 16
ualibet judicis injuriâ, Civili etiam jure,
ppelletur, cum Salyceto, *ad l.3. C.d. Appell.*
*atque in omnibus caſibus iſtud remedium, 17
illô quoque jure, admitti enunciemus,
quibus adiri judex & *implorari* ejus *officium*
poſſit;

18 poſſit; * ſive *pars* à Judice *per modum juris-dictionis*, ùt in officiis publicis, item in impedimentis *perſecutioni juris* noſtri injectis; ſive etiam ab eo, *tanquam à parte*, vel *à privato* quodã, gravata fuerit: (qui tamen provocandi modus ex Canonum Jure potiſſima trahit;) aut denique, ſi actus à multis, ùt universis, adverſum nos perficiatur. Contardus *in l. un. C. ſi de mom. poſſ. app. Limit. 25. n. 20.*
19 *& 21.* * Neque enim ulla eſt conſequentia: Jus Civil. ab *interlocutione* tantùm in caſibus *expreſſis* appellari permittit: Ergo non licet ab illis ſpeciebus, quæ *extrà judicium* provocationem recipiunt, ad alias ſimiles,
20 ex paritate rationis, deſcendere: * cumprimis quòd ea Judicis extrà Judicium *procedendi ratio* tam *exoſa* ſit, etiam *in ſummo Principe*, & qui in propriâ causâ procedere poteſt, (Roſenth. *c. X. d. Feud. concl. XLI. n. 87.*
21 *&* Chr. Beſold. *Conſ. 179. n. 2. ſeqq.* *) ut nunquam pro ſententiâ ſ. juſſu ejus ad unius inſtantiam, & multò minus propriô motu, præbitô præſumatur. Menoch. *II. d. Præſumt.*
22 *LXI.* * Imò Pars, etiamſi non conqueratur, à ſuperiori *ex officio*, contra taliter procedentem reſtitui, (Grammat. *Dec. CIV. n. 15* Coler. *Conſ. 1 n. 241.*) & vel eidem, tanquam privato, ſi modò inſtar privati, & non ut Judex, procedat,

edat, (Jul. Clarus *qu. Crim. XXIX.*) reſiſti
npunè poſſit; *l. prohibitum 5. C. d. jur. Fiſc.*
. Peckius *c. VII. d. Jure ſiſtend. n. 10. & 11. &*
XXXI. n. 4. 5. & latè Cæſ. Contard. *d. Comm.*
u. IX. * tantùm quòd, cùm defenſio facilè 23
n injuriam vergere queat, illam reſiſten-
iam omitti tutius pariter & civilius ſit: Ant.
abr. *Libr.* VII. *Cod. Tit. XX. def. XV.* * eam- 24
ue in eo qui ſimul ſubditus aut Landſaſſius
ſt, rectè temperet D. Leiſer. *Diſſ. d. Landſ.*
ſchriffiſaſſ. & Amtſaſſ. §. 33. 34. * Videlicet, 25
iti regulariter *ab executione* Proceſſus *in-*
boari non debet: *l. 3. C. de Execut. rei jud.*
uod quidem, ubi cauſa non cognoſcitur,
ieri neceſſe eſt: Weſenbec. *Part. 5. Conſ. 213.*
. 32. ſeq. * ita nulla cognitio, nullum judi- 26
ium tam eſt *ſummarium*, in quo Pars non ci-
anda audiendave ſit. *l. 47. ff. de re jud. & l.*
9. ff. d. Adopt. * Adeò ut nec in ſummariiſſi- 27
no omitti poſſit citatio, ſi non metuen-
lum fuerit, ne ex morâ ſcandalum oriretur,
ut partes ad arma procederent. Menoch.
le Retin. poſſ. remed. ult. n. 31. * Quô qui- 28
em caſu, velut aliàs quoque, ubi in morâ
ericulum eſt, judex, omiſsâ citatione, à
ræcepto incipere non poteſt tantùm, ſed
tiam debet; ceu Caroccius tradit, *Deciſ. c.*
IX. n. 97.

Google

1 § II. Equidem * Jus *Canonicum*, quippe
poſterius, illud provocationis Extrajudi-
cialis remedium uberiùs illuſtravit, mo-
2 dumque ei exactiorem impoſuit. * Interim
ex Jure *Civili* non tantùm in eâ illius ſpe-
cie, quæ *à judice*, extra judicium gravan-
te, interponitur, Exempla quoad actus, juſ-
ſa, manuum injectiones, pignorationes,&c.
è quibus regula, juris Canon. exempla ex-
3 hauriens, extrui poſſit, deſumere licet *:
Veluti ſunt aliqua *in l. pen. C. quor. App. non
recip. ubi* Gothofr. *nonnulla indicat. item. l. 4.
l. 7. C. d. Appell. conf. & l. 10 §. 1. C. d. bon. Auth.
4 jud. poſſ.* * ſed etiam extrajudicialis *à parte*
provocatio juris Civilis eſt: quod partim,
quà Appellationi propiùs accedit, *ex l. 1. §. ſo-
lent. 3. ff. quando app. ſit. l. à ſententia. 5. §. ſi
hæres. ff. d. Appell. j. l. ſi ſuſpectâ. 19. §. quam-
5 vis. 2. d. inoff. Teſtam.* * partim verò ex Con-
ventionibus innumeris, ob gravamen et-
iam futurum intentatis, in eô jure ſatis ap-
paret. *v. l. de pupillo. 5. § ſi quis. 4. ff. d. N O. N.
l. 3. C. qui bon. ced. poſſ. l. Majorem 8. ff. d. pa-
ctis. l. 1. C. d. Nupt. l. reſiduum. 5. & l.
ſeq. C. d. Diſtract. Pi-
gnor.*

SE-

SECTIO IV.
DE
JJ. RECENTIORIBUS & TOPICIS.

§. I. Intereà ùt jus Civile, (& quod iſtud 1
ɔſteriori ævo per *Concilia* ſecutum eſt, Pon-
ificium,) in Appellationibus ab interlo-
utoriis, in ipſà quoque *Camerà Imperiali*
ttenditur. Gail. I. *Obſ. 129.* de Benign. *in*
Paral. Conſt. Cam. P. II. T. 28. p. 18. Klock.
ɔot. Cam. Rel. 82. n. 3. * Ac utrique Juri, 2
juoad appellationem Extrajudicialem, ſua
ıunc etiam conſtat authoritas * : quippe 3
ĮUòd, ubi quid Jus Canonicum in materià
avorabili, qualis eſt Appellatio, ſupplet,
llud in foro ſeculari meritò recipiatur. *v.*
Weſenbec. *conſ. 266. n. 47. & Conſ. 308. n. 12.*
& 16. * Ita *in quibusd. judiciis*, etiam *poſt*
Tridentinum Concilium, promiſcua illa, pro- 4
t anteriori Decretalium jure obtinuit,
ppellandi licentia remanſit *. Non enim 5
Jure tantùm *Saxonico* à qualibet interlocu-
orià, (*& à quolibet gravamine*,) provocare
cet. Weſenbec. *π. ff. d. Appellation. num. 8.*
auchbar. *part. II. qu. LXVI. n. 55. ſeqq.* Carp-
ov. *I. Conſt. XII. 10. & XX. def. 12. & I. Conſt.*
IX. def. 23. * (niſi quòd inter Saxones Extra- 6
ıdicialibus Appellationibus ita deferatur,

 ſi

ſi oppoſitæ à parte gravatâ, coram inferiori judice, gravaminum cauſæ, ibidem aut rejectæ aut non perpenſæ fuerint. *Text. expr.* in der Churfürſtl. Sächſ. *Appellation.*
7 O.dn. *Tit.* von *Appell & c.* § Sonderlich. * *In judiciis* autem *Curialibus* planè non admittantur. Berlich. *Part. 1. Concl. L. n. 46. &*
8 Carpzov. *d. def.* XII. *n. 4.*) * Verùm etiam in Iudiciis *Inferioris Auſtriæ*, à quovis ſimplici Decreto, quod gravamen in ſe continet, Appellatio permiſſa eſt. *vid. Cancell. Au-*
9 *ſtriac.* D. Süttinger. *Obſ.* LXXXIII. *n. 3.* * Quale quid etiam alibi in *multis Germaniæ tribunalibus* obſervari Brunnemannus *in. C.*
10 XXVIII. *Proceſſ. civil. n. 7.* author eſt. * Sanè *in Galliæ Regno* omni appellationi, ob reverentiam Superioris, defertur; niſi ſententia ex Conſtitutione Regiâ, *cum cl. Non obſt. provocatione*, executioni mandari poſſet. Bugnyou. *d. LL. abrogat. Lib. II. Tit. 129.*
11 * Adeò ut Io. de Laet. *in Comment. de Regno Gall.* ipſa etiam *Parlamenta* non niſi in ſpeciem inappellabilia eſſe recenſeat: cùm quidem ſæpiſſimè ſub erroris prætextu *Arreſta* illorum in Regis diſquiſitionem venire
12 ſoleant. * Quapropter dubitandum non eſt, tantò faciliùs in hiice locis extrajudicialem Appellationem admitti: quando-

qui-

by Google

quidem in aliis, ubi non tanta ab interlocutione appellandi facultas eſt, ab extrajudiciali tamen gravamine provocatur.

CAPUT TERTIUM.

De

GRAVAMINE EXTRAJUDICIALI EJUSQUE VARIIS SPECIEBUS.

(tanquam de causâ App. Extraj. Efficiente propinquâ.)

TRACTATIO PRÆLIMINARIS, DE INTERLOCUTIONUM GRAVAMINIBUS.

ENimverò * cum Appellatio *ab Interlocutoriâ*, quæ quidem in ſe *judicialis* eſt, magnam cum Appellatione extrajudiciali *affinitatem* habeat, ita ut in utraque pares ſolennitates, in expreſſione v. gr. cauſæ, &c. regulariter obſervandas eſſe doceat Scaccia *de Appellat. qu. IV. n. 58.* * Ideò antequam ad Gravamina Appellationi noſtræ propria deveniamus, *de naturâ Appellationis ab Interlocutoriâ* quædam prælibabimus: ut habeant Viri deinceps veri amantes, in quo pedem figant, ὅδεν περιφερόμενοι.

1
2

1 §. I. Poteſt autem * intuitu Appellationis diſtingui *INTERLOCUTORIA* in *Meram*
2 & Mixtam. * *MERA* eſt, quæ per ſe nil tale continet, ob quod Leges appellandi facul-
3 tatem conceſſam voluerint: * quò non tantum *Actoria* pertinet, dadurch Handlung
4 aufferlegt wird/ cum ſimilibus; * Sed & eò juſſum *captura* referunt: (Sig Scaccia. *d. L. qu. XVII. Limit. 47. memb. 1. n. 156. ſeqq.*) * &
5 præceptum *de ſolvendo* cum Cl. juſtificatoriâ. Ruginell §. *1. d. Appellat. c. 2. n. 184.* &
6 Gailius *l. O. XIX. n. 7.* * *Per accidens* tamen & hic admittendam Appellationem volunt: ùt ſi interlocutio in ipsâ causâ contra abſentem lata ſit: ſi judex in causâ principali probationes admittere noluerit: ſi interlocuto-
7 ria ex ipſius adverſarii facto deſcendat. * Verùm hæc & ſimilia *Socini* ſunt, talium hamaxarii, qui cùm *Brocardicis*, ùt Veteres ſolebant, jurisprudentiam includere satageret, nil niſi πρώτας confuſionis ἀρχὰς, (nam *Protarchica* rectiùs dicuntur,) nobis re-
8 liquit: * de quibus Heros ille Cujacius, *in Dedicat. Conſultationum: Ne ſorderent mea Doctorum dictis vulgaribus, vel, ut loquuntur, Burcardicis, quæ ſibi, ut eſſent ſuæ prudentiæ, quam juris ſcientia venditant falsò nomine, fundamenta, fabrefecerunt, me reperies caviſſe*

aviſſe ſummoperè. * Videlicet tantum po- 9
uêre *Pragmatici*, ut exactas Juris doctrinas
ot paſſim inſtantiis, fallentiis, limitationi-
ous, exceptionibus, velut multâ ſaburrâ one-
arent, aut enantiophanis percellerent. * At- 10
que ſicuti jam adductæ reſtrictiones *à d. Au-
tore in Regulâ XXII.* promiſcuè congeſtæ
unt, & vel ad extr. judicialia gravamina, vel
ad interlocutiones mixtas pertinent: * ita 11
quod tradit Gloſſa, *in c. Romana. §. ſin autem.
t. Appellat. in 6. &* Covarruv. *Pract. Quæſt.
XXIII. n. 2.* quòd, utcunque ab interlocutio-
ne, Civili Jure, non admittatur provocatio;
udex tamen à quo eam rejicere non debeat,
cùm juſta provocandi cauſa expreſſa eſſet:
ſtud cum eodem temperamento capien-
dum eſt. * Tam in his talibus vigilare, & 12
ne quid gangræna ex ſincero trahat, ubique
providere convenit. *Neque* enim, quod ali-
cubi *Vellejus* ait, *Lib. II. c. 3. in fin. ibi exiſtunt
exempla unde cœperunt; Sed quamlibet in
tenuem recepta tramitem latiſſimè evagandi
ſibi viam faciunt, & ubi ſemel recto deerra-
tum eſt, in præceps pervenitur.* * Nec jam 13
ſubtiliſſimi *Antonii Fabri*, aut *Everhardi Cal-
deræ, Hiſpani*, laboribus ei contagio ſatis
conſultum eſt.

§. II *Mixta Interlocutio* * Appellatio- 1

 nem

nem unicè recipit, iterumque duplex eſt, tum quæ *vim definitivæ* habet: tum quæ gravamen aliud infert, quod poſteà *reparari*, ſive per appellationem à Definitivâ, ſive e-
2 tiam per ipſam *Definitivam*, non poteſt. *Ita Ord. Cam. *P.* II. *T.* XVII. §. *fin. ibi:* So ſoll hinfüro das Cammergericht die Appellation von ſolchen interlocutorien mit annehmen/ wo die Beſchwerung in der Appellation beſtimmt / durch die Appellation und von der Endurtheil der Haupt-Sach möcht erſtatt und herwieder gebracht werden: wie das in Käyſerl. Rechten geordnet und begriffen iſt.
3 *Pronunciârit v. c. judex *Minorem* aliquem *læſum* eſſe, injunxerit item alicui *juramentum*, parte reclamante: utrobique gravamen *per Definitivam*, quâ ibi pro Minore, hic pro jurante, judicabitur, *irreparabile* eſt:
4 etiamſi per Appellationem à Definitivâ reparari poſſet. * *E contrario* per Definitivam aliquando gravamen eſt reparabile, quod
5 *per Appellationem* abinde *emendari nequit*:* cujus ſpeciei exemplum eſt in illis caſibus, in quibus Appellatio effectum *ſuſpenſivum*
6 non habet. *Nunquid igitur & hic appellare non poſſem? quando cùm meâ intereſſet, ne *ſtatim* quid efficerem aut præſtarem, judex teſtem meum alterum, per interlocutio-

utionem, rejiceret: * Etiamſi enim per 7
Definitivam tolli poſſet hoc Gravamen, ſi
Judex aliis quoque teſtibus fidem non habe-
ret; tamen per Appellationem à Definitivâ
idipſum foret irreparabile.

§. III. Quæ autem * *vim definitivæ* habet 1
Interlocutio, illam dicimus, per quam ex-
pirat judicis officium, aut per quam non
quidem integrè cauſa principalis definitur;
ſed tamen per indirectum tangitur & defi-
nitur articulus, qui ad definitivam ſpectat:
* item, quæ in effectu tantum præjudicium 2
importat, quantum definitiva, licèt for-
maliter poſt ſe definitivam expectet: imò,
quæ vel cauſæ definitivæ fundamentum eſt.
*Breviter & ne particulari deſcriptione fati- 3
gemur, eſt Decretum quod præjudicium
definitivo ſimile impingit. * Illud autem 4
vel *ante ſententiam definitivam*, vel *poſt
eam*, eique ſimilem, fertur. * Nam ita aliàs 5
etiam in genere omnem illam Interlocuto-
riam eſſe ſententiam, opinatur Guido Papæ,
Conſ. 205. n. 8. quæcunque definitivam præ-
cedit vel ſequitur. * Ad *banc* ſpeciem, *de* 6
Exequendo interlocutio pertinet, & imò o-
mnia Decreta poſt definitivam vim defini-
tivarum, ſaltem quoad Appellationem, ha-
bere, communiter aſſerunt.

1 §. IV. *Illa* iterum * vel negotio aut *cauſæ*
principali præjudicium quoddam adfert; vel
aliam poſt ſe ſententiam, ſaltim in eâdem in-
2 ſtantiâ,non ſecuturam eſſe,indicat. * *Prioris*
exemplum eſt in eâ, quæ *Exceptiones perem*
3 *torias rejicit*: Mynſing. *Cent. 3. O. 88. n. 3.* * ad
quam rejectionem, ſi admiſſurus exceptio-
nes eas eſſe non putetur judex, eum adigen-
dum vel urgendum ſuadent: quò de grava-
mine liquidiùs appareat. *ex C. interpoſita. X.*
4 *de Appell.* * Eſt etiam ſpecies quædam *ap.* An-
ton. Fabrum, *in L. VII. Cod. Tit. XXVII. def. 3.*
quando judex per interlocutionem prohi-
buiſſet, *nè* poſtquam ad juſſum ejus partes
inſtrumenta ediderunt, *ulteriùs quid propo-*
5 *nant.* * Cùm enim ipſe ſibi per hoc omnem
ulterioris dilationis concedendæ faculta-
tem præcipiat, ſicque vim quaſi definitivæ
habeat hæc interlocutio, quam niſi ex novâ
causâ ſuperveniente, aut ſi clauſulam juſtifi-
catoriam appoſuiſſet,revocare non licet: in-
de ab eâ juſte appellabitur.

1 § V. *Poſterioris*, * quæ *ſuô* etiam *modô ir-
reparabilis* eſſe dicitur,exempla plura addu-
2 ci poſſunt. * Eſt enim ejusmod. in Decreto,
quod in crimine *ſuper indiciis* fertur: in ſen-
tentiâ *jurisjurandi delatoriâ*: Cacheran.
Dec. 8. n. 4. 5. in eâ, quâ *Apocha erronea* eſſe
pro-

onunciatur: item, per quam *ab obſerva-ne judicii* quis abſolvitur: de quâ tamen *de* Cæſ. Contard. *ad L. un. C. ſi de mom. poſſ. mit. XXVI.* & Creſcent. *Dec.* VI. *de appell. g.76.* ubi ſententiam ab obſervatione ju-cii, ob libellum ineptum, abſolventem, m definitivæ habere: & hinc ab eâ vivâ ɔce adpellari poſſe docet, item Gailium II. CIII. *n. fin. & l. O. CXXX. n. 8. & CXXXII.* ɔi de ſententia impoſitionis perpetui ſi-:ntii. * Porrò etiam huc Interlocutio *in-* 3
mpetentiæ referri debet: (Hodierna *ad eciſ.* XXXVI. P. Surdi, *n. 3.*) * eamque malè 4
achovius *Vol. 2. ad Tr. D. 33. θ. 5. lit. e.* meram ıterlocutoriam eſſe tradit: à qua idcircò ulla Appellatio admitti debeat. * Quem 5
acbovium, æquè infirmis rationibus nixum, uare Wieſenbachius *in Diſp.* XXVIII. *θ.* 2. mplectatur, mirandum eſt: *Neq; enim ſe- 6
uitur: ſi judex mandet, ut coram ſe cauſa in-ɔmpetentiæ allegetur, de quâ eidem, etiam elegato, cognitio, & tam ſuper ipsâ excep-tione, quàm damnis & expenſis, permitten-a eſt, (Gailius *l. O.* XXXIV.) non admittitur ppellatio: ergò poſtquam de ea judicavit, amq; rejecit, appellare à pronunciato non cet. *Deinde huc Præceptum judicis *dere-* 7
:indendo referendũ eſt. Abbas Panormitan.

in

in c. pervenit. 2. d. Appell. n. 7. *item interlocutio, quâ *deſertam* eſſe *appellationem*, præcipuè eam, quæ *à definitiva* intentata fuit,) pronunciatur. Gail. *1 Obſ 138. ubi* Græven,
9 & Mynſ. *3. Obſ 36. & 88.* * Quamvis ſi de contumaciâ aut deſertione liquidò, velut ex Actis. (Maſc. *concl. CXVII.*) conſtet, (ceu Gail. *d. l. n. 4.* ex ſeipſo, in *l. O CXXXII.* temperandus eſt,) ne quidem dicta interlocutio appellabilis ſit: *C. 39. X. d. Appell.* & Carpzov. *in Proc. Tit. XVIII. art. 2. n. 29. item P. I. Conſt. XX. def. 14. ubi c. 39. X. d. Appell. ex-*
10 *plicat.* & Berlich. *1. Concl. 50. n 105.* * non aliter atque aliàs quoque *Contumacia*, niſi ficta (Cruſius *L. IV. de indic. c. 48. n. 32.*) aut tantùm Procuratoris, & non Principalis, fuerit, de quo ſummatim cognoſci debet, (Sebaſt. Khraiſſer *Tit.* III. *Ord. Bavar. Leg. XV. n. 2.*) appellationem excludit; (*conf. omn.*
11 Gail. *d. l.*) * Ut tamen judex nullibi prohibeatur, in litigio de Officio publico, de Rationibus reddendis, in Cc. Matrim. Tributorum, in Poſſeſſione Beneficii Eccleſiaſt. in Crimin. publ. aliisque cum *favore publico*, aut intereſſe *Principis*, conjunctis caſibus, *ex officio* in *merita* cauſæ adhuc *inquirere*:
12 *per c. 45. X. d. Appell.* * Illud ſolùm notari debet, quòd *Deſertoris gravior*, quàm contumacis

cis ſoleat eſſe *conditio*, ſi ſimpliciter, & n unà in ſecunda inſtantiâ, idque quoad rmalia Appellationis, conferantur. * Nam 13
nc quidem omnis deſertor contumax t, omniſque contumax deſertor, ſicue pariter damno litis & expenſis coërentur: * cùm tamen non item eum, qui 14
oſt devolutionem Appellationis in proſequendo contumax eſt, deſertorem appelemus, indeque nec pro tali habendus ſit, quando ad ſententiam def. ferendam devenitur. * Etenim deſertor, etiamſi bo- 15
nam cauſam habere deprehendatur; tamen cùm per deſertionem ſententiam prioris inſtantiæ in rem judicatam abire paſſus fuerit, causâ cadit, & in expenſas condemnandus eſt: * Cùm quidem contumax, 16
ſive res in primâ ſive in ſecundâ inſtantiâ nondum judicata ſit, (quod indiſtinctè, contrà quàm Anton. Faber. *in Lib. VIII. Cod. Tit.* XVII. *def. 56.* aſſerere malim,) ſolùm in expenſas condemnari; ſed ſi probam cauſam foveat, pro eo ſententia ferri debeat.
* Quod autem de Decreto deſertionis ad- 17
ſeruimus, idem de ipsâ *non admiſſione Appellationis ab interlocutoria* ſimiliter dicendum eſt: cùm enim & hæc præjudicium inferat irreparabile, abinde appellari poſſe debe-

18 debebit. * Quid tamen ſi *cum cauſa cogni-*
tione denegata ſit appellatio, quòdque ap-
pellari non juſtè potuerit pronuncietur?
Tum verò abinde appellari poſſe negat
19 Natta, *conſ. 259. n. 30* * Ego autem multò
magis hoc etiam caſu appellationem ad-
mittendam eſſe cenſuerim.
1 §. VI. Ulteriùs ſi interlocutio *totam cau-*
ſam determinet, quin ab eâ appellari queat,
dubitandū non eſt. C.G.O. *Part. 2. Tit. 29.*
§. Und ſo von. & *P. 3. Tit. 81.* §. Und ſo fern.
Carpzov. *Lib. III. Reſponſ. Elect. Tit. V. reſp.*
XLVIII. *n. 8. ſeqq.* * Quid verò de ſententiâ
2 *in Momentaneô poſſeſſoriô* latâ? cùm enim
hæc, ſaltim quoad temporariam poſſeſſio-
nem, poſt ſe aliam ſententiam non habeat,
quibusdam ad *definitivas* refertur. v. Carpz.
3 *Tit.* XXIII. *Proc. Art. 1. n. 48. & 49.* * Ve-
rùm quia potiùs præparatoria, vel pars quæ-
dam eſt, judicii plenarii, illa Momentanea
4 diſceptatio. * (Quanquam, cùm *nulla* ſit
inter hæc *Jure Civ. differentia*, etiam ne ab
his quidem quæ ad *plenarium* Poſſeſſorium
ſpectant, v. c. Interd. Quor. Bon. appelle-
5 letur. *l. f. ff. d. recip. appell.*) * Hinc nec ab ea,
quæ finit illam, ſententiâ, regulariter appel-
lari poteſt. Gail. *l. 1. Obſ.* VII. Carpzov. *p. 1.*
Conſt. XIX. *def. 24. latè* Brederod. *Lib. 1. d. Ap-*
pell.

pell. Tit. XIX. *col. 260. ſeqq.* * Aut cùm ab 6
Ordinario Poſſeſſ., quamvis recuperandæ fuerit, ad utrumque effectum detur Appellatio. *c. 10. x. d. reſtit. ſpoliat. c. 1. d. ſequeſtr. fruct.* Contard. *ad L. un. ſi d. Mom. poſſ. Lim.* III. *n. 2. & n. 27. ſeqq.* Cancerius, I. *Reſol. c. 17. n. 17. ſeqq. & P.* III. *c.* XIV. *n. 37.* *
Ideò à poſſeſſorio *ſummariiſſimo-* ſaltim ex 7
Canonico jure, ad effectum *devolutivũ* fortaſſis appellabitur? * Sed verius eſt, in ſum- 8
mariiſſimo, & quæ eò pertinent, ùt eſt judiciũ interverſæ poſſeſſionis, per eos, qui noſtrô nomine detinent, *in l. fin. C. d. acquir. & retin. poſſ.* (*v.* Scacc. *qu.* XVII. *d. Appell. Lim.* VI. *membr.* VI. *n. 42. ſeqq.*) nec quoad ſuſpenſivum, nec quoad devolutivum effectum, provocari poſſe Contard. *in intellect. d. l. fol. 39. ſeqq.* Hondedæus *vol. 2. Conſil. 22. n. 10.* Bened. Carpzovius *Lib.* I. *Reſp. El. Tit. 2. R.* XIII. *n. 24.* (*Quibus conf. ea quæ habet* Merenda III. *Contr.* XX. & quæ Romani JCti ad *Ægidianam* commentantur: quæ conſtitutio, unde ſic dicta ſit, & quod per eandem, poſtquam illa à Pontifice confirmata eſt, ad hunc ipſum directæ Appellationes excludantur, Card. Creſcentius exponit *Dec. 1. d. Conſtit. n. 1. 2.*) * IdqueJure etiam Ca- 9
nonico: Bender. *de Reviſ. concl.* XXXV. *n. 46.*

*Cum

10 *Cùm gravamen, quod per mandatum de
manutenendo infertur, leve & reparabile
habeatur. *v.* Ludov. Poſthium *Obſ. CVI. n.*
11 *55. ſeqq.* * De quô tamen quòd veram &
perpetuam rationem inhibitæ Appellatio-
nis in ſummariiſſimo faciat, ambigit; (in
plenariô autem falſum eſſe, quòd poſſeſſio
ſit modici præjudicii, docet) Cæſar Contar-
dus *d. tr. in Ration. dub. & decid. primâ. n. 7.*
ſeqq. & n. 31, conf. & Græven. *concl.* VII. *conſid.*
12 *1.* * Atque de fructibus, eorumve in eod.
condemnatione, cum Creſcentio *in Deciſ.*
V. Rot. Rom. Tit. d. Appell. obſervandum eſt,
quòd ſaltem abinde, cùm eorum præjudi-
cium in ſententia petitorii reparabile non
fuerit, appellari poſſe debeat. Junge & Gail.
l. O. LXIII. *in fin.* (ubi de fructuum adjudica-
tione in judicio poſſeſſorio, quod cum peti-
13 torio cumulatum fuit.) * Interim *Uſus foren-
ſis* Appellationem, quoad devolutivum ef-
fectum, non admitrit, ſed *l. un. C. ſi de mom.*
14 *poſſ. app.* præciſè ſequitur. * Unde in ſum-
mariis poſſeſſ. *ad Cameram* quoque planè
appellari non poteſt: C. G. O. *P. 2. Tit. 29.*
15 *junct.* Klockio *in Relat. Cam. IV. n. 10.* * Ceu
eâ de ſpecie præjudicium exhibet notabile
D. Lud. Hugo, *in Tr. d. Statu Region. Germ.
c. III. §. 38.* ubi cùm in c. H. contrà S. cauſa
non

non devoluta pronunciaretur, ita rem Actor reparavit, ut ſtatim Petitorium in Cam. Imper., omiſsô judice inferiori, quem ſuſpectum & cauſæ participem eſſe dicebat, inſtituerit, & actionem rejectis exceptionib. incompet. impetraverit. *d. 8.* Mart. 1659. * Quanquam à plenariis ſive 16
Ordinariis utique Appellationes in eâdem recipiantur: * & quidem in adipiſcendæ & 17
recuperandæ judiciis, ad effectum quoque ſuſpenſivum; in retinendæ autem cauſis, cùm uterque ſe poſſidere prætendat, quoad devolutivum, ad Cameram appelletur; * 18
quæ tamen *inhibitiones*, (niſi appellans in continenti ſe in poſſeſſione eſſe docuerit, vel quod Gailius *l. O. 145. n. f.* obſervat, dilapidationis interveniat ſuſpicio,) decernere non ſolet. R. A. 1594. §. die *inhibitiones*. * Interim Contardus *d. Comm. per* 19
XXVII. *Limitationes*, quomodo in ſummariis, & ab illis, appellare liceat, evolvit: quales etiam ſunt: ſi de notoriâ injuſtitiâ appareat: *Limit. IX.* (quomodo non admitti Appellationem ſuſpenſivam à poſſeſſorio, de ſententiâ tantùm validâ verum eſſe perhibet Salgado de Somoza. *Deciſ. XLXVII. n. 2. poſt Labyr. credit.*) ſi poſſeſſorium cum petitorio cumulatum fuerit, Cacheran.

Deciſ. XXV. ſi proceſſum inordinatum fuiſ-
ſe arguatur, v. c. ſi de Tenutâ ne quidem
conſtet, neque ex actis ea juſtificari queat;
aut ſi aliquem manutenendum, & poſteà
20 immittendum eſſe, decerneretur. * Nam ita
etiam ad ſuſpenſivum effectum à decreto
Manutentionis appellari, Contard. *Limit.*
XVIII. & imò inhibitionem fieri quibusd.
caſibus poſſe, Scaccia perhibet *qu.* XVII.
21 *Lim. 6. d. Appell. membr.* VII. * Quòd ſi etiam
in eo tanquam in ordinario proceſſum fue-
rit: Tum verò quoad devolutivum effectum
abinde appellari poſſe ne quidem dubitan-
dum eſt. Poſthius *d. Obſ. 106. n 68. & 77.*
22 * Cur autem *in ſummariis* judiciis, (*l. 1. C.
d. Appellat.*) & non in poſſeſſoriis appel-
letur? ejus ratio in hoc potiſſimùm ſita eſt:
quòd in ſummariis, (ſi poſt ſe Ordinarium
non deſiderent,) gravamen non niſi cum
difficultate magnâ aliter ac in poſſeſſoriô,
23 reparari queat: * Quòd enim non tanta ſit
probationis Dominii difficultas, (ſi de or-
dinario poſſeſſorio loquamur,) ùt quidem
vulgò prætenditur; illud Cæſar Contardus
d. Tr. in Oppoſ. primâ fol. 30. ſeq. common-
24 ſtrare annisus eſt. * De appellatione *à parte*
ſi quæras, in poſſeſſorio? etiam ob futurum
gravamen illam admittendam eſſe *Dd. ad*

c. 51

. 51. x. d. Appell. tradunt, idemque Con-
tardus innuit *Limit. XXIV. n. 3. 4.*

§. VII. Poſt * ſententiam definitivam, 1
(eive ſimilem,) non tantùm *Expenſarum*
axationis Decretum, quod & ipſum defini-
ivis accenſet Guido Papæ *conſ. LXIX. n. 6.*
. & Berlichius I. *Concl.* LIV. *n. 29. ſeqq.*
quanquam eò non minùs expenſæ *Interlo-*
utoriarum, quæ ad cauſæ principalis deci-
ionem reſervantur, definiri ſoleant: Nam
uod expenſas *contumaciæ* aut retardatæ
tis attinet, de illis protinùs agi debet, cùm
ontumax, antequam eas ſolvat, non audia-
ır. O.Cam. *P. III. Tit.* XLVI. *in pr.* Khraiſ-
r *ad Ord. Bav. Tit.* XII. *Leg. 2. n. 3.* Mynſing,
O. XXIII. & Gail. I. *O.* CLI. *n. 15.*) * Sed & 2
ntentia *de exequendo* tunc ferri ſolet: à quâ
ppellari poſſe, tanquam ab Interlocutoriâ
m definitivæ habente, tradunt Capycius
c. I. n. 21. Romanus *Conſ. XLI. n. 1.* Cœpol-
Cautel. LXXI. * (ubi expedire ait, ut pro- 3
ınciari non faciamus; ſed *re ipſâ* & per
nplicem juſſum *fieri* executionem procu-
mus: id quod etiam ingerit Angelus *conſ.*
XII. Eſtque hoc Imolæ Eurematicum *in*
ıb Executore, quem & Felinus *ad c. quod ad*
nſultationem. n. 14. ſequitur.) * Utique 4
mmunis eſt traditio, quòd ſi *pravià ſen-*

tentiâ aut Inſtrumentô guarentigiatô decreta immiſſio fuerit, appellare liceat. Marant. *Tit. de Appell. n. 259. ſeqq.* Anton. Faber. *Lib. VIII. Cod. Tit.* XX. *def. 13. n. 2. & def. 27.* Ummius *Diſp. ad Proc. Vlt. θ.* VII. *n. 31. &*
5 Dn. Struvius *Exerc. L. θ. 4.* * Quæ quidem doctrina, non minùs quàm alia forenſia,
6 modum ſuum patitur. * Nonne enim fruſtrà ad cognitionem plenariam provocaret, in quem, poſtquam recognitô inſtrumentô debitum confeſſus eſſe videretur, decernebatur executio? Carpzov. *p. 1. Conſt.* XX.
7 *def. XIII.* * Ab ipsâ tamen Executione fruſtrà non minùs appellatur: niſi quòd tum quoque illud liceat, quando modus in exequendo exceditur. *v. quæ infrà docemus &* Jul. Cæſar, Ruginell. *d. Appell.* §. *2. c. 2. n. 58. ſeqq. & c. 3. n. 310. item* Scacc. *d. Appell. qu.*
8 *XVII. Lim. I. O. n. 3. ſeqq.* * Cujus recens *in jud. Imperiali Aulico* exemplum extat, *in C.* Lichtenſtein *contrà* Oſtfrießland: Cùm enim in commiſsâ à Cæſar. Majeſt. *Reverendiſſimo Monaſt. Epiſcopo*, executione, Hic per expugnationem der Dyhler Schantze/ modum exceſſiſſe diceretur: à parte Oſtfrießland *die 10. Jan. anno 1664.* coram Notario & „ Teſtibus appellatum fuit, *conf.* den Abdruck Memorials von denen FF. Oſtfrieß.

Räh-

Räthen und Abgeſanden dem hochlöblichen„
Chur = Mäyntziſchen Reichs = Directorio ü=
bergeben. *pag. 60. & 61.* * Per ſe videlicet nec 9
à ſententiâ de exequendo datur appellatio,
ut litium finis ſit: (quomodo reſtringendus
eſt Arumæus *Diſputat. ult. n.* xv.) * Sed ſi illa 10
quid præter ſententiam definitivam a. con-
feſſionem contineat; nec adeò ab Executio-
ne. * Et profectò vana eſt *Cœpollæ Cautela*, 11
ex ineptâ applicatione ſcaturiens. Vidit bo-
nus Cœpolla ab Excommunicatione non
appellari, & tamen appellari à pronunciato,
quô quis excommunicatus eſſe dicitur.* Sed 12
non advertit, quòd exemplum impertinens
ſit, cùm excommunicatio cenſuram conti-
neat, nec ſimplex ſit actus, velut eſt Execu-
tio; præceptum verò de excommunicando
formam ſententiæ habeat.

§. VIII. *Altera* * *Mixtæ* quam dicunt 1
Interlocutionis ſpecies erat, quæ *gravamen*
infert *irreparabile:* eamque Dd. interlocu-
tionem *ſimplicem*, ad diſtinctionem vim
definitivæ habentis, vocant; *Sed Appellabi-
lem* (*Diſſ.* Roding. *L.* I. *Tit.* XIX. *p.* 251. *vid.*
R. A. 1654. §. 58. *ibi*: Und ſo fern von einer
BeyUrthel/die nicht Krafft einer EndUrthel
hette/ appellirt worden were/ꝛc.) Unde à me-
râ interlocutione facilè ſecernitur. * Ne- 2

quæ de nihilo eſt poſterioris illius ſpeciei à priori,eâ ſc. quæ eſt vim definitivæ habentis, diſtinctio: Sic enim v. c. àpriori tantùm; (non etiam poſteriori, *vid. d.* § *58.* ubi: ſein Inſtrument oder Schedulam Appellationis, &c) *vivâ voce* appellari, (Gylmann. *Tom. 1. Symph. P. 2. T.* XIV. *ſuppl. 2.*) itemque ab eâ ſolùm *inhibitione* cum effectu decerni poſſe, Mynſingerus notat. *III. Obſ. 35. & 88. conf. eund. IV. Cent. O. 43. &* R. A. *1594.* §. die
3 *inhibitiones.* * Huc pertinet Decretum,quô *fidejuſſores idonei* pronunciantur. *l. 9. ff. qui*
4 *ſatisd. cog.* *Item interlocutio,quâ judex *appellationem ab interlocutoriâ* tanquam frivolam *rejicit:* niſi enim ab hâc appelletur, prior appellatio pro deſertâ habenda foret; per ſe autem gravamen ejusm. per appellationem à Definitivâ reparari non poſſet. *I-*
5 *dem* Mynſ. II. *Obſ. 49.* * Secùs ſe quoad hoc habente cum rejectione ejus, quæ *à definitiva* ſuſcipitur,Appellationis. Tilem. de Benignis *ſynt. 1. Dec. II. vot. II. n. 3.* cùm ſatis jam
6 prior appellatio ſuſpendat; Utcunq; hîc utilem quoque Appellationem eſſe putet Klockius *vol. II. conſ. 88. n. 28. ſeqq.* & imò ei quoque qui Apoſtolos adhuc petierat, neceſſariam, eleganti præjudiciô, Richterus *P.* III:
7 *Deciſ. 124. n. 35.* * Porrò gravamen irreparabile

ile continet Decretum, quô *unicus teſtis ejicitur. c.32.* X. *d. Elect.* item quô *Probaiones excluduntur.* * Nam hoc gravamen, 8
icèt aliàs ſententia ſinè probationibus lata, n ſuo genere valida eſſe poſſit, (*v.* Bachov. *ad Tr. Tit. de re judicat.*) rectè tamen irreparabile nuncupatur. Surd *Deciſ.* XXXVI *n. 6.*
*Sic & Decretum ſe habet, quo *probatio præjudicialis* injungitur: à quô multùm differt 9
Decretum, quô *Articulos ad probandum admittit* Judex. * Nam hæc admiſſio, ſalvô impertinentium jure, facta eſſe cenſetur, ut ſi quid ex impertinentibus admiſſum probatumve fuerit, præjudicare parti non poſſit. 10
* Quòd ſi verò definita fuerit admiſſio, vel 11
injunctio probationis, ſicq; non minùs illud definitum eſſe appareat, in quo cauſa ejusq; victoria conſiſtere debeat, v.c. würde Kläger oder Beklagter dieſes oder jenes erweiſen: Tunc quidem non vim tantùm ſententiæ definitivæ; ſed & irreparabile gravamen interlocutio contineret, adeóq; abinde appellandū foret. * Illud verò gravamen, quando 12
judex *neceſſitatem ad reſpondendum libello* alicui injunxerit, (exceptionibus, quæ altiorem indaginem requirebant, poſt litis conteſtationem rejectis,) pro irreparabili, aut ullà etiam ratione appellabili, habendū non

 eſt:

13 eſt: * maximè quòd per reſervationem ſatis parti conſultum ſit. Ruginellus *c.* III. *d. Appellat. n.* 303. *&* Giurba *Deciſ. Sicul.* XXI.
14 * Non etiam Decretum hoc irreparabile eſt, quando cuidam Adverſarius ad *edendum Documenta* communia, ſeu quæ ut ipſe introſpiciat, ſua intereſſe docet, condemnatur: ſive editionem illam *unicè* deſideraverit; (à *vindicatione* enim hæc petitio maximè differt,) quâ ratione *definitiva* appellabilis videri poterat ſententia; ſive eam zu Behuf
15 der Haupt-Sache ſibi fieri petierit. * Illis quoque Doctoribus non magis aſſurgo, qui eam ad hoc membrum poſterius, imò vel ad prius, (ùt Guido Papæ *conſ.* LXIX. *n.* 6, 7. & poſt Marantam, Gailiùs *l. O.* CXXX. *n.* 6. atq; ſic ad interlocutiones appellabiles, *interlocutionem* præcisè referunt, quæ *ad faciendum quid* partem cogit: qualis eſt, quæ ad conſignandam in judicio pecuniam quem impellit) Ant. Fab. *Lib.* VII. *Cod. Tit.* XVI. *def.* 2. Graviter enim eâ traditione hallucinan-
16 tur: * Cùm ſæpiùs per ejusmod. interlocutionem dilatoria quædam exceptio non magni præjudicii excludatur, ob quod gravamen profectò quis appellare poſſe non
17 debet. * Illud autem fortaſſis admittetur faciliùs, quòd non tantùm gravamen, quod

non

non niſi cum maximâ difficultate aut partis præjudicio reperari poteſt, cum Contardo *in Lim. l. n. 7. 8. ſeqq. d. Tract. &*. Hodiernâ *ad Deciſ.* XXXVI Surdi *n. 3.* * ſed etiam quod 18
non niſi ex parte reparari poſſit, quoad effectum Appellationis, pro irreparabili haberi debeat: *ex doctr.* Ant. Fabri *Lib.* I. *Cod. Tit.* X. *def.* XIII.

§. VIII. Quòd ſi * ex *Criminalium* cenſu 1
exemplum à nobis petatur, quod irreparabile gravamen præferat, *Decretum Torturæ* præ cæteris ſe offert: * quippe à quo non 2
tantùm ad Judicia Imperii Statuum, ſed & ad Cameram eſt provocatio. * Nam & 3
Gylmannus *Tom.* II. *ſymph. p. 319. ſeq. & p. 193. inhibitionem* in causâ beneficii à Camerâ decretam eſſe meminit, ne mulier ſinè legitimis indiciis, iisque probatis, torqueretur. * Nec quicquam officit, quòd à definitivâ in Criminalibus ad Cameram provocari 4
non poſſit. * Non quia definitiva non niſi in 5
confitentem aut convictum feratur, ut cùm in Interlocutoriâ ſecus habeat, etiam abhinc citiùs admittatur Appellatio. In totum enim Ordinatio Appellationem repellit in Cc. Criminalibus; * Sed quòd tantùm *ex capite Nullitatis*, & quidem principaliter 6
deducendæ, eò provocari debeat, ſicque

Decreti petatur reſciſſio, nullâ Appellatio-
7 nis factâ mentione. Mynſ. *V. O. 9.* * Interim
tamen hæc etiam, quæ ex capite Nullitatis
inſtituitur, provocatio, *ad Appellationis fa-*
talia adſtringenda eſt. Mindanus *Lib. 1. d.*
8 *Proceſſ. c.* IX. *n. 5.* * Et ſic ergò Decretum re-
ſcinditur, *remiſsâ* ad judicem à quo causâ, ut
coram eô de novo procedatur. Gail. 1. *Obſ.*
42. Nullâ tamen factâ remiſſione, ſi quando
Nullitas de judicis inferioris *incompetentia*
9 mota fuiſſet. Fr. Mindan. *d. l. n. 8.* * Quan-
quam cum *Mindano* aſſerere non poſſim,
quòd h. c. Camera totam cauſam retineat.
10 * Nam & παράδοξον iſtud eſt, nec publici ſa-
poris, & non eſt novum iu Camera, ut arti-
culum ad ſe ſpectantem illa decidat, reliqua
11 verò judicio Ordinario remittantur. * Sed
hæc quidem omnia adCameræ tantum judi-
cium referenda ſunt : cujus intuitu cur in
Criminalibus liberior Ordinibus ſit pote-
ſtas, quàm in Civilibus, (quippe quæ Provo-
catione emendari poſſunt,) diverſô planè à
Romanorum Moribus inſtitutô, exponit D.
Ludolph. Hugo *d. S. R. Germ. c. III. §. 41. ſeqq.*
Quotidiè enim ab inferiori judice *ad Prin-*
cipum Dicaſteria ex capite *iniquitatis*, in
12 punctò Torturæ, appellari videmus: * cùm
non tantùm ſtrictè ſit accipienda Cameræ
Ordi-

Ordinatio; ſed & ratio prohibitionis in inferioribus Principum judiciis ceſſet: *Im- 13
probata aliàs Aretini *Conſ. 46. & 188. item* Marantæ doctrinâ *in Tit. d. Appellat. n. 366.* quòd in cauſis etiam non appellabilibus, quamvis non à definitivâ, tamen ab interlocutoriâ, quæ irreparabile gravamen continet, appellari poſſe debeat. *Etenim eô mo- 14
dô per indirectum admitteretur, quod per directum prohibitum eſt. *Adeoque licèt 15
eorum traditio, quæ etiam ap. Hodiernam *ad Surdum Deciſ.* XXXVI. *item* Ruginell §. *12. gl. 2. c. 5. col. 2.* & Merlin. *Lib. 1. Controv. c.* XV. reperitur, in theſi procedere poſſet.
*(Nam & Beſoldus eam probat *c.* VII. *d. Ap-* 16
pell §. *4. p. 213.* ubi exemplum converſum proponit, quòd ab interlocutoria juramentum calumniæ imponente appellari non debeat) *Tamen ubi par utrobique ap- 17
pellationis eſt ratio, tam ab interlocutoriâ, quàm etiam à definitivâ appellari poſſe non debeat. *Quid ſi *jam tormenta inflicta* fue- 18
rint? Adhuc à ſententiâ quâ tormenta indicta ſunt, appellari poſſe, vult Antonius Faber *Lib. VII. Cod. Tit. 26. def. 16. n. 4.* *eò quòd 19
innocentiæ argumenta ad abſolutoriam definitivam prodeſſe queant. *Sanè non tam 20
à torturâ aut ſententiâ torturæ, ùt tali ſic

ap-

appellabitur, cùm effectum non habeat appellatio reſpectu ipſius, aut habere poſſit; quàm in genere ab iniquâ procedendi ratione, & quòd in poſterum quis ulteriùs gravari metuat, quò tortura ſemel impacta ipſi non ſit præjudicio, & judici à quo inhibeatur. *conf.* Gylmann. *T.* IV *Part. 21.* ubi ſupplic. wieder eine Stadt / die eine Perſon unverſchuldter Sachen peinlich gemartert. *in n.* LXXXI. conſignata eſt.

1 §. IX. Quanquam verò * plura *Interlocutionum* vel definitivæ vim, vel irreparabile gravamen, habentium *exempla* recenſeant *Camerales, ùt* Gylmannus *p. 318. in præjud. & p. ſeq. junct. p. 25. ſeq.* Gilhauſ. Roding. *Lib. 1. Tit.* XIX. *& ex illis* Cruſius *Lib.* IV. *de Indiciis Delict. c.* XLVIII. *n. 41.* (*conf. &* Ruginell. §. *1. & 2. d. Appell. c. 2. & latè* P. Cornel. Brederodium *Lib. 1. de Appell. Tit.* XX. *concl. 430. ſeqq.*) Tamen ut ea omnia excutiamus, non

2 eſt hujus inſtituti: * præterquam quòd notari debeat, unam quandoq; & eandem ſententiam mox pro interlocutoriâ ſimplici, mox pro eâ quæ vim definitivæ ſortiatur, ha-

3 bendam eſſe: * quale quid in ſententiâ *incompetentiæ* uſuvenit: à quâ ſi ipſæ *partes* appellent, *ſimplex* erit, indeque neceſſariò in ſcriptis appellandum eſt. R. A. *d. Anno 1594.*

§. und

§. und-demnach. * tertius ratione ſui inter- 4
eſſe, vim definitivæ habebit. *vid.* Gylmann.
Tom. I. Part. 2. Tit. XIV. ſuppl. 8. & Tom. IV.
Part. 2. ſuppl. 60. Tom. V. ſuppl. 7. fol. 204. * Si- 5
militer ſi judex competentem ſe pronun-
ciet, ſimplicem eſſe dicunt; ſi incompeten-
tem, quòd tum vim definitivæ habeat: (ut
tamen utrobique Appellationes vivâ voce
incontinenti factæ in Cam. recipiantur.
Gail. *l. O. CXXX. n. 9. 10.*): * quâ ratione *con-* 6
traria componere licet *præjudicia ap.* Gyl-
mann. *pag. 34. & 314. ſeq.* * Utut nec uni 7
alterive præjudicio, quantumvis Camerali,
(cùm internecinis ſæpè diſſidiis ſibi obſi-
ſtant: R. A. 1654. §. 130. & ùt Rota aliquan-
do rotat; Creſcent. *Dec. VIII. Rot. Rom. d. Ap-*
pell. n. 1. ita ſubinde Camera ſententias im-
mutet:) ad adhærendum ſit: (*vid.* Vultej. *vol.*
1. Conſ. Marp. XXXIV. n. 53. Græven. *procem.*
ad Obſ. Gail. concl. 2. Cothm. *vol. 1. conſ. XIII.*
n. 124. & eleganter Dn. Mevium *V. Deciſ.*
CCLXXXIII.) * & moderni *Dnn. Aſſeſſores* 8
præjudiciis *Anteceſſorum* ſuorum, velut *Gai-*
lii &c. minimè obſtringantur. *vid.* Roding.
not. Libr. III. Tit. 2. pag. 468.

§. X. Ex quibus * diſtinctè colligi poterit, 1
quinam casûs ab illâ *Regulâ* excipi debeant,
quòd *Civili jure*, * (quod aliàs in recipien- 2
dis

dis Appellationibus, (quoad interlocutiones,) Camera, teſte Gailio *in Sect. 4. cap. 11. n. 1 ſuprà*, & Notatore ad Roding. *Lib. I. Tit.* XXIV *pag. 332* ſequitur,) *ab Interlocutoriâ non appelletur: l. 7. C. quor. app. non recip. Ord. Cam. P. 2.* |*T.* XXIV. & *Tit.* XXVIII. §. *fin. junct.* Klock. *Vot. Camer. Relat. 82. n. 2.* & *3.* & quomodo *Judex*, cujus *arbitrio* rem committit Menochius, *11. A. Q. cent. V. Qu. 490. n. 2.* ſe
3 inſtruere debeat. * Utcunque enim non in *Friſiâ* tantùm *ab omni interlocutione* appellari poſſe, notet Sandius *1. Dec. Tit.* XIII. *def. 1.* (de *Belgio* reliquo v. Groenvvegen. *Lib.* VII.
4 *C. d. LL. abrog. T. 65. leg. 7.*) * Idemque de *Saxonico* Jure, exceptis tantùm Interlocutionibus, quæ an denen Hofgerichten latæ ſunt, cum cæteris Carpzovius doceat. *Part. I. Conſt. XII. def. 10. n. 4.* & *Lib.* II. *Reſp. El. Tit. IX. reſp. 39. n. 6.* & *Lib.* III. *Tit.* XII. *reſp. 127.*
5 *n. 2.* * Tamen alibi plerumque in doctrinâ & Conſtitutione *Juris Civ.* Fora acquieſce-
6 re videmus: * ipſumque jus Pontificium eidem ſe denuò *per Concilium Trident.*, quod *ſub fin. Cap. præced.* induximus, conformavit. *conf.* Piaſecc. *in P.* II. *Prax. Epiſcop. c.* IX.
7 *art. XV de Appell. n. 3.* * Imò etiam ab interlocutoriis & gravaminib. *irretractabilibus* aut *aliàs idoneis* appellantes, ſuoque vel al-

terius

terius nomine appellationem proſequentes, *ſi ſuccubuerint*, ultrà expenſas & damna, XX. flor. auri *pœnâ, in Cancellariâ Pontificiâ* mulctantur: ùt habent *Conſtitutiones Cancellariæ Romanæ ſub Alexandro* VII. *Pontif. Regul.* XXXVII. * Quibus quidem Cancellariæ regulis Cardinales, niſi ſpecialis eorum mentio fieret, non ligantur. Jaſon. *Lib.* IV. *Conſ.* CXIV, *n.1.* 8

§. XI Jam cùm duas conſtituerim Appellationis Extrajudicialis ſpecies, unam quæ fit à Parte, alteram quæ *à judice* ad ſuperiorem dirigitur. Ideò quæ ad hanc, (quæ quidem potior eſt,) pertinent, ex præmiſſis, de Appellatione ab interlocutione, in quàm plurimis, modum ſortientur: * quippe quòd Interlocutoria ſententia, dum Ordinem judiciarium non requirere dicitur Angelo, *conſil.* CXIV. *&* CXV. & tamen in rem judicatam tranſit, (Jaſon *ad L. quod juſſit. ff. d. re jud. n. 31.*) propriè ad Decreta ſeu juſſa extrajudicialia accedat: *cùmque primô intuitu emendari poſſe, in eâdem inſtantiâ, videatur; quibusdam requiſitis indigeat, ut ab inde eôdem modô, atque à definitivâ ſententiâ, provocatio recipiatur. 1 2 3

TRA-

TRACTATIONIS PRINCIPALIS.

PARS I.

De GRAVAMINIBUS à PARTE proficiſcentibus.

1 §.I. EQuidem * illius *Appellationis* quæ
à parte fit, ut *cauſas* operosè recen-
ſeamus, vix neceſſarium eſt. Habet ea ſi-
militudinem *cum querelâ ſimplici*, ut cùm
in causâ nondum cœptâ interponatur, pro-
vocatio ad cauſam incipiendam ſit: Fer-
rar. *d. Appell. c. 3. n. 17.* * & idcircò *in genere*
2 in omni caſu locum habeat, quocunque ju-
dex & officium ejus implorari poteſt. Gyl-
mannus *Tom. II. ſymph. P. II. vot. 48. n. 4.* *
3 Tantùm quòd *gravamen* aliquod, & quidem
ùt pl. in re obtentâ; non autem perſecutio-
nem rei, quæ agenti ſimpliter abeſt, con-
tineat: * quomodo quidem Appellationis
4 nomen faciliùs tuetur, & per hoc inter alia *
quæ inferiùs adducentur, à ſimplici querelâ
quadantenus diſcerni poteſt.

1 §. II. *In ſpecie,* * tam verba quàm facta
Adverſarii, cauſam Extrajudiciali Appel-
lationi præbent. Non Obſtante, quòd ab

eo,

eo, quod fecit Adverſarius, appellari non poſſe videatur, *ex l. 17. ff. de Minoribus*. * Et 2
verba quidem quod concernit, non illis tantùm, ſed vel *minis* ſi in Poſſeſſione quis me turbet, provocabo: (* licèt num eô caſu In- 3
terdictum uti poſſidetis competat, Carpzovius dubitet *1. Reſp. El. Tit. 3. Reſp. XXXI. n. 8. ſeqq.*) * Suntque *Comminationes* ejusmodi 4
circa jura ab una alterave Parte aſſerta quotidianæ, quarum aliquas, citrà judicium, an in illis juſtè provocari potuerit aut debuerit, recenſeamus. * Ita ſuperiori ſeculo, cùm 5
Nobiles Franconici immediati judicii Provincialis Herbipolenſis jurisdictioni ſe ſubjicere nollent, Epiſcopus h. comminatione ſeu Monitorialibus cum Cl. Comminatoriâ eos affecit, d. dat. Herbipol. 16. Mart. 1596. Und euch ſambt und ſonders / für euch und die eurigen / nicht abwegs und in groſſe Beſchwerung bringen und führen laſſen; ſondern euch und die eurigen / mit Erkäntnüß herbrachten Rechten / und euch ſo hochnützlichen und billich angelegenen Ritterlichen verträgen / gegen uns und unſer Löblich Stifft / hinfüro gemäß und willich verhalten und erweiſen / damit ihr nicht Urſach gebt und uns dahin dringet / entgegen euch und die eurigen die rechtliche zugelaſſene Mittel und

Wege mit rechtlichem Ernſt zugebrauchen und würcklich fortzuſetzen / deſſen wir dann
6 beſtändig und wohl befugt. * Similiter Conſiliarii Electoral. Colon. d.dat. 13. Apr. 1671. Civitati Colon. h. in modum reſponderunt: Daß Ihre Churfürſtl. Durchl. de Communi Jure, Pacis Inſtr. und in Krafft Käyſerl. abſonderlicher Privilegien befugt/ ſich wieder des Stadt Rahts unverantwortliche Eingriffe und Thathandlungen zuſchützen / oder Arreſtis Juris und auf andere dergleichen weiſe und wege zuhandhaben / ihro auch unbenommen / ſelbiges dem Ober-Richter zu remonſtriren/ und/alſo lang darauf eine Caſſation oder ſuſpenſion der übel-außgewürckter Mandaten und Paritorien zuhoffen / nicht ſchuldig ſeyen/ ſich von ihrem Rechten abdringen und aus denen Schrancken der gebrauchten zuläßigen defenſions und Handhabungs-Mittel ſetzen zulaſſen.

1 §. III. *Facta* * vel *commiſſionis* ſunt vel *omiſ-*
2 *ſionis*. * Ad *illa* ſpectant alle und iede Thätlichkeiten/ut quando Locator Conductorem,
3 *v. Dd. ad l. C. Loc. Cond.)* * & in ſpecie quando Dominus Vinitorem aut Colonum, ex capite malæ culturæ & ſupinæ negligentiæ,
4 de facto expellere niteretur: * quod alias ſuô modô fieri poſſe *per d. l. 3. & l. 25. §. conductor.*

ductor. ff. Locati. l. 54. §. 1. eod. ſtatuunt. *v. latè de eâ ob deteriorationem expulſione* Myler *c.* XX. *d. Jure ſtat. circà Torcul. §. 41. ſeqq.* * Pertinet etiam huc famoſa *Pignorationum* ſpecies, die Pfandung. Cujus causâ proceſſus, cùm eadem ex univerſali Imperii Lege pendeat, in judiciis inferioribus, & inter *mediatè ſubjectos*, non minùs agitantur: ſolùm quòd ad fundandam Cameræ jurisdictionem, perſonæ requiratur immedietas. * Quanquam 5
verò, ſi de jure pignorationis conſtet, & quidem quòd ipſa per ſe *licita* fuerit, nullum competat remediũ, ob illicitam verò Mandatum ſinè Cl. impetretur: tamen quando ambiguum eſt, num non illicitè & exorbitanter pignoratum ſit, Appellatio etiam locum habet, (Scacc. *d. Appell. qu. 17. Lim. 6. membr.* VII. *n. 135.*) * pignorum quidem reſtitutione, donec jus pignorationis dubium fuerit, differendâ. Mevius *Part. II. Dec. 106. & 107.* * Alia ab hâc eſt *Noxiæ Pignoratio*: de quâ tamen *vid.* Dn. Joh. Thomæ *in Tr. Noxia Animal. c.* XXIII. *ſeqq.* * Interim *Repreſſalia* propiùs huc ſpectant; quæ quomodo à Pignorationibus diſtinguantur, habet Landsberg. *d. Repreſſal. Membr. V.* ubi & *in Memb. VI. in f.* quomodo in Imperio valeant; *in* VII. Proceſſum earund. deſignat. *conf.*

& Lehmann. *in Lib. V. c. 98. Chron. Spir.* qui ſtatutum Civit. Spirenſ. ſingulare circà Repreſſalias adducit.

1 §. IV. Sæpiùs * etiam *Diſpoſitionibus Pactisve*, quæ per ſe *nulla* ſunt, inhæremus: quâ ratione quòd ab auſibus noſtris alter, cujus intereſt, provocare poſſit, indubium

2 eſt. * Quid enim ſi Patris quidem *Teſtamento Primogenitura* introducta; ſed per Cæſ. Maj. confirmata non fuerit. Ita ſanè Secundogeniti, ſi à ſucceſſione excludi ve-

3 lint, rectè provocabunt. * Unde in ejusmodi caſu, in Aulà Cæſar. contrà Primogenituram, pro diviſione Principatûs, in cauſ. OſtFriſica pronunciatum eſſe, Betſius teſtatur. *in Tr d. Pact. Famil. Illuſtr. p. 768. ſeq. conſ.* Gœdd. *in Conſ. Marp. Vol* IV. *conſ. 41. n. 111.*

4 * Ejusdem, hoc eſt nullius roboris eſt *Pactum Familiæ*, das niemahls zu einiger obſervanz kommen/ quippe quod idcircò ſucceſſores non obligat. Mynſing. *Dec. 1. Conſ. 10. n 87. ſeqq.* Beſold. *Conſ. CXLV. n. 10. & 48.* Menoch. *Lib.* II. *d. Præſumpt. 3.* Roland. à Valle *d. Lucr. Dot. Qu.* XCIX. & *Vol.* II *Conſ.*

5 XCIX. *n. 5. 6.* * Atque ſtatutum quoque *ab uno* aut altero *non obſervatum*, hic idem contra reliquos allegare, eosque per illud gravare non poteſt. Menoch. VI. *Conſ.* XLV. *n. 20.*

2 o. ſeqq. *Quid ſi *de Juribus ſangvinis* in- 6
Partes diſpoſitum eſſet, num ſi ex tali di-
ſitione quis gravetur, juſtè provocabit?
nninò: * quâ ratione pactis & renun- 7
tionibus, etiam juratis, Parentum Illuſtri-
, *Conjugium* quoad alterutrius Dignita-
n *inæquale* contrahentium, Liberis inde
ɔgenitis, auferri non poteſt jus ſanguinis
Aajoribus quæſitum: * modò illi *hæredi-* 8
te Patris renunciantis abſtineant. v. Rich-
tum *in Part.* III. *Dec.* CXXXII. *ubi Reſpon-*
m Facult. Lipſienſ. exhibet. * Ita verò ex 9
onventionibus per ſe infirmis quis grava-
r: ex his, quæ *per ſe licita aut firma* ſunt,
l circà eas, gravamina pariter enaſcuntur.
Quid enim ſi Princeps cuidam *Caſtri U-* 10
ſufructum cum pertinentiis conceſſiſſet,
t aller Obrigkeit / Herzlich- und Gerech-
keit / im Holtz und Felde / Waſſer und
Weiden / an huic *jus venandi* rectè contro-
rtitur? cùm id ei tribuat Weizenegger. *c.*
d. Venat. §. *20. ſeqq.* & Scip. Gent. *Diſp. d.*
nat. §. 43. * Aut num Dominus directus 11
xta Vaſallum Venatione rectè utitur, daß
mit und neben dem Lehn-Mann ſich der
agt gebrauche / cùm tamen conceſſio Ve-
tionis non ſit privilegiata; ſed Feuda-
& per conventionem, ſicque privativè

conceſſa: ùt docet Harpprechtus. *ad* §. 12. *Inſt. d. Rer. Diviſ. n. 187.*
1 §. V. Hæc * & ſimilia Facta, Commiſ-
2 ſionis ſunt. * Quòd ſi quis *omittat*, quod
præſtare nobis tenebatur, vel *publico jure*,
ut ſi quem Collegium Opificum ad artis ex-
3 ercitium admittere nolit; * vel *privato*, v. c.
præſtationem quamlibet, ceu alimentorum
eſt, (*de quib. ſingulis v.* Friderum, *P.* III. *de
Mandat. c.* LIV. §. *4. ſeqq.* & vel ex officio
incumbentem denegandô, ſimiliter appel-
lari poterit.
1 §. VI. Porrò * & quod *intentatur* fa-
ctum provocationem fundat. Nam hacte-
nùs, quando Lex ipſa aſſiſtit, pars parti in-
hibet, ut quod poſt inhibitionem illam per-
agitur, viâ attentati revocari poſſit. Quin-
2 til Mandoſ. *qu.* XVII. *de Jnhibit. n. 3.* * Ta-
lium intentatorum plura occurrunt, è qui-
bus unum alterumve in *Eccleſiaſt.* & *Profanis*
3 exhibebimus. * Eò referenda eſt provoca-
tio *Patroni*, cùm alius *Patronatum exercere*
niteretur. Hunc enim ſi provocans iſte
ad præſentandum admitteret, licèt per illud
4 Patronus non fiat, neque veri Patroni ſuc-
ceſſoribus aut Eccleſiæ præjudicet; Ludov.
Poſthius *Obſ.* XXXII. *d. Manuten. n.* 13. *ſeq.*) *
tamen præſentanti, quamvis non probatô
effectu,

effectu, quaſi poſſeſſio interim acquirere-
tur. * Non minùs Patronus appellabit, quô 5
invito alii *Parochi reſignatio* fieri velit: *juxta*
Carpz. *Lib.* I. *Ip. Conſiſt. def. ult.* * E *pro-* 6
fanorum cenſu eſt *molimen Novi Operis*: de
quô & Mandatis in eo obtinentibus *v. o-*
mninò tot. Relat. XL. inter vota Camer. Klo-
ckii. * Equidem Antonius Faber *in Tit.* 7
Cod. de Nov. Op. Nunc. à Nunciatione No-
vi Operis appellari poſſe negat, quia Nun-
ciatio fiat ab Adverſario; hic autem nullam
jurisdictionem habeat. * Sed illud profe- 8
ctò non obſtaret: cùm omnis provocatio à
Parte ejusmodi formam præ ſe ferat. * Ob- 9
ſtat ergò ſolùm, quòd nunciatio gravamen
dici non poſſit jure introductum, omnibus,
qui ex novo opere ſibi præjudicium infer-
ri conqueruntur. 2.) poſſit Ordinario ſa-
tisdationis removeri remediô. 3.) habeat
vim impedimenti, donec caveatur; maxi-
mè quia reſcindi non poſſent, (ſuſpensâ vi-
delicet per Appellationem Nunciatione,)
ea quæ ſemel extructa ſunt: quâ quidem
ratione ſpretâ Nunciatione, publica peri-
clitaretur utilitas. * Itaque ab ipsâ Nuncia- 10
tione non appellabitur; & tamen erit pro-
vocatio, ſi protinus à molimine Novi
Operis ad judicem quis procederet; aut

proceſſurum ſe, interpoſitâ proteſtatione, comminaretur.

1 §. VII. Poteſt * etiam ab *Actibus* ſuſceptis aut ſuſcipiendis provocare, qui inde ſibi præjudicium metuit: puta à *Transactione* aliorum, à *Cautione Uſufructuaria*, ab *Alienatione* bonorum, vel *Jure* vel expreſsâ
2 *Conventione* alienari prohibitorum; * Utcunq; enim Pactum: de non alienando bona Majoratus, & ſimilia, illud efficere doceat Mantica *in Lib.* IV. *d. Tac. & Ambig. Conv. Tit.* XXX. *n.* 38. ut alienatio contrà illud peracta *planè nulla* ſit, & *dominii* translatio-
3 nem impediat: * adeò ut etiam per illud *poſſeſſionem* infici voluerit Auguſt Barboſa
4 *d. Clauſul. cl.* 40. * Tamen ut ſalvam retineamus cauſam, atque alienationem ad quemc. effectum pervenire non patiamur,
5 melius eſt. * Idemque de bonis *Fideicommiſſo* affectis aſſeri debet: de quibus quando alienari poſſint *vid.* Gail. II. *Obſ.* 137. Fuſarium *d. ſubſtit. Qu.* DXXXVI. Sandium. *P.* 3.
6 *c.* 8. *d. Probib. rer. alienat.* * Item quandonam Diviſio hæreditatis Fideicommiſſum tollat, *ap.* Eund. Gail. *Obſ.* 139. quòdq; fideicommiſſo renunciari queat. *eâd. Obſ. n.* 7. 8. *junct.* Knipſchildo *c.* XVI. *d. Fideic. Fam. n.*
7 225. * Sed & *Emphyteuſeos* alienatio provocatio-

cationem fundat. Quòd ſi enim alienatio
ejus à poſſeſſore Emphyteutâ facta,indiſtin-
ctè,ſive nova ſive antiqua Emphyteuſis fue-
rit, non ſolum liberis, ſed & *aliis hæredibus*
quibuslibet, inveſtiturâ comprehenſis, præ-
judicat:uti quidem Dn. Struvius *in Exerc. J.*
Civ. XI. *th.69. arg. l. ult. C.d. J. Emphyt.* do-
cet: ita v. gravamen hi tales fundatum non
habebunt: * Quod haberent utique præter 8
liberos, cæteri conjuncti, ſi Diſſentientis
Fulginei ſententiam *in Tract. d. Jur. Emphyt.*
Tit. d. Contract. Emph. Qu. XXIV. &
Tit. d. Alienat. Qu. VIII. quis præeligeret.
Optimè rem exponit Salgado *in Deciſionib.*
Labyrintho Credit. ſubjunctis, & quidem in
Dec. XXXV. & XXXVIII. *n.16. ſeqq.* ex quo
apparebit, quinam contrà ſuſceptam diſtra-
ctionem Emphyteutæ venire poſſint.

§.VIII. Sicut * autẽ caſus plures & vel in- 1
finiti ſunt, quêis appellationem à parte in-
tendimus,ita è contrariò quàm plurimi re-
periuntur, quibus vel provocari non debet
vel non poteſt. * Ita *non debet* appellare 2
vel appellatione non indiget qui *contrà Pri-*
vilegium gravatur; ſed Mandatum ſinè cl.
impetrare, & ſi gravans Privilegium, nach
beſchehener Verwarnung / contentim ha-
buerit, daß er demſelben verächtlicher Weiſe

zuwieder gehandelt/ ad pœnam ei inſertam agi (Klock. *c.* XIX. *d. Contribut. n.* 673.) poteſt:
3 *Quod verò idem hic privilegio obvertendum habet, illud ad Ordinarium proceſſum remittendum eſt:
4 *Eôque proceſſu pendente, privilegio interim inſiſtitur; præterquam ſi ſtatim ab initio impugnatum fuerit, ſicque poſſeſſio ipſius in litem venerit.
5 * Ita enim etiam contrà uſum privilegii decerneretur Inhibitio, tum quidem non decernenda; ſed ut potiùs in exercitio privilegiatus relinquatur, ſi quando à Decreto, poſt contentionem de Jure privilegii ejusque exercitio, appellatum eſſet. Lancell.
6 *part. II. d. Attent. c. XVII. n.* 162. * Quòd ſi tamen hoc etiam poſteriori caſu privilegiũ illud noxium præ ſe ferat *Monopolium*, ſicq; per ſe nullum ſit, aut etiam privilegiatus privilegiò, idque præcipuè in injuriam publicam, abuteretur: Tũc verò Magiſtratus adh. inhibere debet *v.* Anton. Faber. *in C. S. Tit.*
7 *d. Monopol. def. unic.* * Deinde *non poteſt* inter alia is provocare, cui quod anteà per *Beneficium* permiſi, nunc denego. Neque enim in beneficii negatione ulla eſt injuria, Hugo Grotius *Lib. II. de Jur. Bell. & pac. c. II.*
8 § 23. * Num *v.* beneficio imputandum ſit, quòd caupo hoſpitem recipiat, & quando

ad

ad hoc ipſum cogi poſſit? *v. ap.* Rebuffum. *ad Conſtit. Reg. Tit. d. Hoſpit.*

§. IX. Quæ quidem * maximam partem ex ipſis ſimplicis querelæ cauſis explicationē recipiunt: ſaltim ut ubique provocationis natura ante oculos habeatur: * ad quam à ſimplici querelâ diſcernendam hoc quoque facit, quòd Appellatio non à parte tantùm ſeu privatô; ſed *etiam à Judice, tanquam Parte* gravante, obtineat: (quæ Provocationis ſpecies arctiorē cum judiciali affinitatem habet.) *Fungitur autem judex toties *vice partis*, quoties tanquam Pars, & ad emolumentum privatum authoritate ſuâ abutens, partemque concutiens, eand. gravat, v. c. inſtar partis attentat: (Lancellott. *c. 11. d. Attent. n. 5.*) vel etiam, pendente provocatione, quid directò eidem contrarium extrajudicialiter committit. *c.* 1. x. *d. Appell. j. C. 19. d. Elect. & Elect. pot.* Aut quâcunque ratione ſive ſuo, ſive ſuorum, emolumento ſtudet, immemor Virtutis & Decoris publici, * quem in Romano Cive *le Sieur de* Balzac tantoperè extollit *au Romain, p. 4. Il ne connoiſt ny Nature, ny Alliance, ny Affection, quand il y va de l'intereſt de la Patrie: il n'a point d'autre intereſt particulier que celuy la, & n'ayme ny ne ha'it que pour des*

Margin numbers: 1 2 3 4

des conſiderations publiques. Sed hujus Articuli natura ex infrà dicendis uberiùs eniteſcet.

PARS II.

DE GRAVAMINIBUS QUÆ à JUDICE PROCEDUNT.

1 §. I. DE *cauſis* * inſtitutæ *Appellationis* Extrajudicialis *à judice* videamus: quarum eò diligentior facienda eſt inveſtigatio, quòd Appellatio remedium *Extraordinarium* ſit, quod ubi Ordinaria competunt, niſi etiam expreſsè propoſitum fuerit,
2 locum non habeat: * Non aliter atque *Mandatorum* viâ in *poſſeſſionibus* non niſi tum experimur, quando per remedia poſ-
3 ſeſſoria nobis ſuccurri non poteſt: * Interim quoad Appellationem illud quod dixi intelligendum eſt, ſi apud eundem Judicem gravamen emendari queat; ſecus Appellatio remedium Ordinarium eſt & favorabile. Surdus *Deciſion. XXXVIII. n. 4. &* Sf. Oddus *de reſtit. in integr. Qu.* XVII. *art.* V. *n. 64.*

1 §. II. Equidem * ſi cauſa extra judicium cognoſcatur durch die Ambtsverhören / de jure quid actum eſſe non cenſeri, Vultejus
2 *Tr. de judic. pag. 525.* docet: * Et imò ſi deſuper decernatur, ex ſententia Beſoldi, *rem judica-*

judicatam exinde quis metuere non debet: ſic enim ille *in Theſaur. Pract. Lit. A. num.* „ *61.* Ambts-beſcheide gehen nicht in *rem* „ *judicatam*, ſondern man kan ſich darwie- „ der iederzeit des ordentlichen Rechtens erbieten: *quod eſt ad cauſam provocatio.* * Id 3
quod non tantùm de illis Decretis, welche von denen Unter-beambten (de quorum differentiis, & quòd eorum aliqui, velut die Dorff Schultzen oder Dorff Richter / planè nullam jurisdictionem habeant, adi Colerum *part. 2. d. Proceſſ. Exec. c. 1, n. 112. 113.*) gegeben werden / accipiendum eſt; * ſed ad 4
Decreta reliquorum etiam Præfectorum, ſi ipſa inſequantur auf die Verhören / (ſecus ſi ad cauſæ ab ipſis judicialiter diſceptatæ cognitionem ferantur,) pertinet: ſiquidem judicis vel Aſſeſſorum præſtantia ipſam cognitionis ſubitaneæ naturam non immutat.
* Et quis enim diceret, quando extrajudicia- 5
liter pronunciatur, von Ambs wegen / oder in Ambts Sachen / & vel expreſsè inſertâ Cl. wolte aber der Gegentheil dieſes beſſer beweiſen / ſo könne er ſolches in ordentlichen Rechten thun / item es ſey zur ordentlichen oder rechtlichen Außführung verwieſen / quòd ſi abinde non appelletur, reaſſumere cauſam poſt decendium, & ſic quandocunque, ſi termi-

terminus, intrà quem fieri debeat, non de-
6 cretoriè præfixus ſit, non liceat: * maximè
ſi cauſa per ſe talis ſit, die eines weitläufftigen Außführens bedörffte und extrajudicialiter nicht wohl entſchieden werden könnte.
7 * Quà ratione vel *in ipsô hòc judiciô*, adhuc poſt decendium, pleniori & judiciariæ diſceptationi cauſa ſubmittetur, ut hactenùs in rem judicatam non tranſeat, vel etiam *in judicio quòc. ordinariò*, cui pars rea im-
8 mediatè ſubeſt, de causâ agetur: * quem utrumque caſum ſub *Provocatione*, (quam nonnullis *ab eodem ad eundem* fieri poſſe, ſuprà diximus,) Beſoldus *d. l* comprehendit: ut nullibi Appellatio & ne quidem Extrajudicialis *neceſſaria* ſit: Utcunque ſi quis per viam Appellationis, cùm cauſam in judicio aliô ejusdem Territorii, per ſimplicem Querelam diſceptare, aut gravamen commodius reparare non poſſet, ſibi conſulere, & ſic extrajudiciali Appellatione *uti vellet*, omninò hactenus rei judicatæ vigorem Decretum ejusmodi habuiſſe pu-
9 tandum ſit. * Eò pertinet *Tit.* VIII. §. 8. des Concepts der N. Fürſtl. Heß. Hoffg. O. Aber Appellationes, ſo von Beſcheid/ Bey-Urthel oder Beſchwerungen an unſer Hoffgericht / (an tantùm von denen Untergerichten?

ten? non etiam von Cantzleyen?) geſchehen/ die ſollen an unſerm Hofgericht nicht angenommen werden; es wäre dann/ daß ſolche Beſcheide/Bey Urtheil oder Beſchwerungen vim ſententiæ Definitivæ oder damnum irreparabile auf ſich hätten/oder ſonſten anderer Urſachē halben/ſo die gemeine beſchriebene Rechten zu appelliren zugeben. * Ex quo ſi- 10
mul intelligi poteſt, quòd Beſoldus de ilils Decretis, quæ *Interlocutioni inappellabili* accedunt, non loquatur. * Nobis interim 11
die Ambtsbeſcheide/ de quibus hactenùs egimus, *Extrajudicialia* habentur, quòd cauſam principalem, vel etiam articulum ejus præjudicialem, qualis eſt v. c. cautionis & ſimilium injunctio, non finiant, ſi partes ad judiciū provocent, aut hoc illis reſervatum appareat: & quòd iisd. *mala judiciaria cognitio*, (ut quidē talis in *ſummario* judicio totò genere ab ejusm. Audientia Extrajudiciali diſtinctò, occurrit,) præmittatur. Unde nec 12
de eò nunc disquiremus, an à *judiciô ſummariô*, ſive illud naturâ ſuâ, ſive ex utriusque partis voluntate, tale ſit, (Carpz. *Tit. I. proc. art. 1. n. 57 ſeqq.* & Brunnem. *Proc. Civ. c. 1. n. 18. 19.*) & quomodò etiam ab illo provocetur. *v.* Carpzov. *Part. 1. Conſt.* XIX. *def 24.* & *Deciſ. 240.* item Gylmann. *Tom.* IV. *ſymph. part.*

part. 1. vot. 36. n. 1. junct. iterum Carpzovio. *l. reſp. Elect. Tit. II. reſp.* XIV. *n. 10.* & Klock *d.*
13 *Contribut. c. XIX. n. 128.* * Licet ſummarius quoque proceſſus ſuô modô *Extrajudicialis* appelletur: (*v.* Dav. Mevium. *part. 1. De-*
14 *ciſ. 170.*) * Idque dicendum interim videatur, quoties ſummarium judicium poſt ſe Ordinarium aliquod expectat, quòd toties
15 abinde provocatio admitti non debeat. * Potiùs *Extrajudiciale* gravamen h. l. dicitur, quod vel citrà omnem vel tamen ſufficientem cauſæ cognitionem parti illatum eſt, idque vel per formam Decreti, *v. c. 1. x. d. appell. l. ab execution. C. quor. appell. non recip.* vel Mandati & proceſſus ſimilis, qui ad miniműm nomine der Beſcheide veniat; Blumius *Tit. LXXV. d. ſentent. §. 8. Proc. Camer.* vel peractum quemvis à judice proceden-
16 tem alium: * utcunque is in mediâ cauſæ diſceptatione judiciali, extrà ſeriem tamen ejus diſceptationis, & extrà limites, ſuſcipiatur: Idemque eſt, ſi parti non citatæ, quæ tamen citari debebat, præjudicatum fuerit: ſiquidem ad omnem actum ſibi *præjudicialem* quis citari debet: Tennin. *Cautel.* XIX. *ſeq.*
17 * adeò ut etiam illud facere eum oporteat, qui poteſtatem extrajudicialiter cognoſcendi habet: v. g. Commiſſarium ſuper aliena-

lienatione rerum Eccleſiaſticarum, ut ex evidenti utilitate eam confirmaret. Neque enim τὸ: *extrajudicialiter*, Partis citationem h. excludit. Ferret. *conſ.* LXXXII. & Baldus *in l. 5. n. 22. C. d. Legib. & in l. neque* 18
natales. n. 10. C. d. Probat. * Sed tantùm non judicialiter proceditur, & unica etiam citatio pro informatione ſufficit. Felinus *in c. Ego. x. d. jurejur.* * In aliis cauſis quando- 19
que *trina citatio*, (Gailius *l. O 28 n. 5. 6.*) aut una *peremtoria*, quæ trinæ tempora contineat, adhibenda eſt: Idem *in* I. *Obſ. 53. n. 12.* * ubi etiam, an vox: *peremtoriè* neceſ- 20
ſariò exprimatur, disquirit. * Num deinde 21
ultrà tertiam citationem *ulterior peremtoria* admitti debeat, illud judicis arbitrio relinquit Khraiſſer *in Tit.* III. *ad Ord. Bav. Leg. V. n. 2.* * Igitur tot vicibus non obſervatis ſi 22
procedat judex, procedet extrajudicialiter: Idemque dicendum eſt, cùm quidem initiò litis pars citata fuerit, attamen in illis actibus, quos deſignat Ummius *Tit. d. Suppl. & Cit. th. 12. n. 68.* non ſpecialiter citetur: * Imò ſi vel præſens, ad effectum de- 23
liberandi, (quamvis non comparendi,) citatus non ſit: *Vant. Tit. quib. mod. null. repar. n. 115. 116.* & Dn. Struvius. *Conſil. Cam. S. Vinar. &c. T. d. in jus vocand.* * prout nec a- 24

F liàs

liàs pro citato habetur, qui à Parte propriâ authoritate, in jus vocatus eſt; (Khraiſſer *T.I. L.1. n.3.*) aut qui tantùm à judice *admonetur* extrajudicialiter, und der nicht förmlich citirt wird: *vid.* Panormitan. *in c. per-*
25 *venit. x. d. Appellat.* * atque omnis is pro citato non habetur: in cujus citatione debita requiſita adhibita non ſunt. *d. quib.* Vantius *in Tit. d. Nullit. ex def. citat. n.26.* *Quan-
26 quam certum ſit, quòd citatio, quæ nulla eſt, per *comparitionem* citati, non attentô quòd illa cum exceptione aut proteſtatione fiat, (Gailius *I. O. 58.* & Mynſing. III.
27 *O. 99.*) convalidetur: * ut tamen nec comparitio illum effectum in iſtis habeat, quibus Pars renunciare non poteſt: uti cùm ad diem feriatã Cit: facta eſſet. Alexand. Raud.
28 *Reſp. 21.* * Sanè comparitio adeò, ut quoad citationem invalidam, nil extrà judicium contigiſſe cenſeatur, efficit, ut quando impetrans poſſeſſorem intrà certum tempus ad judicium citari curare debet, ſi tunc ipſe poſſeſſor, etiam planè non citatus, per ſe aut per alium compareat, & impetrantem ad judicium vocet, Statuto citationem requirenti, per ſententiam ſatisfactum eſſe putetur. *v. l. 6. §. 6. C. de Appell.* & Tiraquell. *d.*
29 *Retract. lin. §. 9. gl. 2. n. 17.* *Similiter in Minore

nore citationem convalidari poſſe docet
Creſcentius *in Dec.X.d.dol.& contum.n.5.* ſi
ille per Procuratorem legitimum compa-
reat; neque tamen hoc aliter quàm ex tem-
pore comparitionis. * Quomodo autem 30
Minor citari debeat, *v. ap.* Dn. Fabrit. *ad*
Mynſing. II. *Obſ.xxxI. ibiq; citt.*) *Quando- 31
que res ipſa jubet & mutata rei facies, ut de
novo Pars citetur: veluti actis omnibus per
tranſactionem extinctis. Nam ita non ſuf-
ficiet, ſi cum procuratore procedatur, ſed
ad litem inſtaurandam Pars ipſa perſonali-
ter citari debet. Mohedan. *Deciſ.3.d.Trans-
act.* * Denique non rectè citatio omittitur, 32
quando judex ſub comminatione pœnæ
quid injunxit, & poſtquam hic non paruit,
illum in pœnam condemnaturus eſt: hinc
enim *Mandatis* etiam *ſinè Cl.* citatio hodiè
annectitur. *conf. Graveum Concl. XV.*

§. III. Ex quibus * apparet, minùs rectè 1
judicialem Appellationem Authores de-
ſcribere, quòd ſit de his quæ in judicium
veniunt, vel circà judicium accidunt, idque
vel ante vel poſt definitivam ſententiam:
* Præterquā enim quòd etiam definitivam 2
ſententiam quandoque gravamen extra-
judiciale inſequi poſſit, & aliàs in univerſum
à tempore gravaminis malè judicialis Ap-

3 pellationis natura deſumatur: *etiam omni-
um minimè ab Objecto ea petenda fuerat.
4 * Non etiam Regula *Weſenbecii* talis eſt,
in *π.ff.n. 8. d. Appell.* cui totô quis inſiſtat,
quando toties ab injuſtô judicis Decretô a-
ctuve Extrajudiciali appellare licere ait,
quoties Officium judicis extrà ordinem
5 implorare permiſſum ſit. * Igitur cùm *cau-
ſa incerta remedia difficiliora faciant*. Taci-
tus I. *Hiſtor. c.*LXIII. *n.1.* ad ſpecies tranſea-
mus: quarum ùt quælibet per ſe ad fundan-
6 dam Appellationem ſufficere poteſt; * ita ſi
contrà eundem judex, pendente unâ Appel-
latione, ad ſimile gravamen, aut ulteriùs
proceſſerit, multôque magis, ſi in ſeparatâ
causâ Partem gravârit, de novô appellari
debere putandum eſt: ut novum adeò gra-
vamen novô etiam remediô indigeat. Bar-
7 boſ. *Lib.V. c.X. Axiom.* * *Omnes* tamen ſpe-
cies recenſuros nos eſſe non pollicemur, &
qui hoc ſibi præſumeret, eum verò Lunæ ve-
ſtem parare velle dixerim; Sed extantiores
tantùm adducemus, quæq; ad præſtantiam
& uſum remedii iſtius paſſim delitefcentis
8 potiſſimùm faciunt. * Eas autem ut tam
memoriam quàm etiam ςοχαςικὴν ſeu
judicium adjuvemus, ita
locabimus.

SE-

SECTIO I.

De

CAUSIS SECULARIBUS.

Sunt * cauſæ in quibus gravamur, vel 1
profanæ vel *Eccleſiaſticæ*. Illæ vel *Publicæ*
vel *Privatæ*. In privatis nos *gravat tum*
Magiſtratus, etiam ſummus, (ad quamli-
bet enim δικαιοδοσίαν hîc reſpicimus,) tum
Legislator ſeu Nomotheta, ùt talis. * Ma- 2
giſtratus iterum ſuâ vel *Poteſtate*, quam *Ju-*
riſdictionem appellamus, vel *Officiô*. Ad
Jurisdictionem in ſpecie tum Ordinariam
tum *Extraordinariam* aliqua pertinent. * 3
Et de *Ordinaria* quidem primô locô videa-
mus, ubi Judex tunc gravat, ſi juſtitiam vel
directò deneget vel obliquè.

MEMBRUM I.

DE

CAUSIS PRIVATORUM.

§. I. Igitur * provocari poterit à Grava- 1
mine *denegatorum Proceſſuum:* Clezel. *c. 4.*
d. Appell. n. 7. veluti citationis ex L. Diffama-
ri; dummodò veriſimilis eſſet Diffamatio,
& reliqua ejus Legis requiſita appareant.

2 * Multò etiam magis à gravamine apertè *denegatæ juſtitiæ*, *c. ex conqueſtione. x. d. reſtit. ſpoliat.* vel auditionis: *c. interpoſita.*
3 *ibique Dd. d. Appell.* * quod gravamen niſi notorium ſit, Mynſ. 3. *Obſ. 58.* documentô, *arg. P.* II. *O. Cam. Tit.* XXVI. *conf.* D. A. *d. anno* 1600. §. 27. vel etiam juramentô, probari debet. Meichſner. *Lib. I. Dec. XXXI.*
4 *n. 3.* * Imò à quôlibet Juris beneficio per judicem denegato. *l. 1. C. d. in int. reſtit. l. ſi*
5 *quis provocatione. C. d. Appell.* * Item à ſententiâ proceſſum excludente. Lanfranc. *in c. quoniam d. Probat.* & Bald. *in l. 2. C. d. E-*
6 *piſc. audient.* * & quovis impedimento litis proſecutioni injecto: (ob quod etiam
7 Mandata ap. Superiorẽ impetrantur:) * puta ſi judex in teſtium examine cunctetur:
8 Carpz. 1. *Conſt.* XVI. 3. * ſi citationem ſubſidiariam deneget. Idem *in* 1. *Conſt.* 11. 28. aut ſi judex imploratum officium interponere recuſet. *Nov.* XVII. *cap.* III. appellari
9 poteſt; * (niſi quòd Magiſtratus *litem* ſæpiùs rectè *prohibeat*. Tunc enim, licèt prohibitio ex ſe modô non legitimô facta ſit, ſi tamen litis notoriè injuſtæ fuerit, haud re-
10 vocanda eſt Mevius, 11. *Dec.* 29.) * Illud quidem Decretum, quo judex proceſſum, ob *ſupplicam non bene conceptam*, denegat, vim ſen-

ſententiæ non habet: indeque cùm ſupplica quandocunq; emendari queat, appellatio nulla admitretur: *v. l.* 14. *ff. de re jud.* * Quamvis autem per *viam ſimplicis querelæ* apud ſuperiorem judicem gravamen denegatæ juſtitiæ regulariter emendari debeat. *d. Rec. Deput. d. an.* 1600. §. 27. *J. O. Cam. P.* 2. *Tit.* 1. §. *fin. &* Weſenbec. *conſ.* 308. *n.* 17. *ſeqq.* * Tamen certis accedentibus requiſitis, (*v.* Mynſ. II. *Obſ.* XXIV. *&* III. *Obſ.* LVII.) etiam, citra trinam interpellationem, appellationem inſtitui poſſe perhibet Antonius Faber *in Lib.* VII. *Cod. Sab. Tit.* XXVI. *def.* IV. 11 12

§. II. De quo * ut accuratiùs ſtatui queat, diſcernendum eſt: ut ſi *judex* ad inſtantiam partis *nil penitùs decernat*; veluti ſilendo, recuſandô: tunc ſive illud ante litis conteſtationem; in quô Gailius I. O. 28. & Mynſingerus *dd. ll.* diſcrepant,) ſive poſt illam fiat, ad ſuperiojudicium transſiri poſſit: * ita ut poſt Litis quoque conteſtationem, & imò poſtquam ad definitivam, ſuper negotio principali, concluſum fuerit, cauſæ etiam aliter, quàm per viam Appellationis, ad Cameram devolvantur. *v.* Deput. Abſchied 1600. §. Ob auch. 27. (*Diff.* Zanger. *p.* 11. *d. Except. c.* I. *n.* 413. * Quin imò ex *P.* 1 2 3

II. 𝔈. 𝔊. 𝔇. *Tit.* 1. & *Tit.* 26. *in fin.* evinci poſſe videtur, etiam ex cauſâ *protractæ* juſtitiæ devolutioni *directæ* ad Cameram cæteris paribus locum, nec *promotorialibus* opus fore, ſi requiſitio adminiſtrationis juſtitiæ, & e'usdem per tempus legale, (men-
4 ſtruum,) protractio, legitimè doceatur: * licèt diſſentiente Roding. *Lib.* I. *Tit. XV. Pand. Cam. p.* 233. quem nil quicquam juvat *Tx.*
5 *d. Tit.* 26. §. Und nachdem. * Si verò quid decernat judex, & hoc inſtar ſententiæ ſit atque præjudicium inferat, tunc verò appellandum eſt. *l. f. C. ſentent. reſcind. non*
6 *poſſ.* * Sed ſi non ſit inſtar ſententiæ, dum vel planè non pronunciat, factô quid tentat, vel injuſtum quid peragit: itâ cùm vires rei judicatæ non conſequatur, ſupervacanea foret appellatio, ideoque promotoriales tan-
7 tùm decernuntur. * Et hic propriè caſus ille eſt, qui per *ſimplicem querelam* regulariter emendari debet, indeque eum, qui litem ſuam vel jus proſequi impeditur, Mandatum quoque in Aula Cæſ. vel Camerâ impetrare poſſe, docet Roſenthal. *c. x. de Feud.*
8 *Concl. XXXV. n.* 91. * Interim quandocunq; de *promotorialibus* decernendis quæritur, quia illæ pro maturandâ ſolùm juſtitia impetrari ſolent, tantũ contrà eos decernendæ

ſunt,

ſunt, qui ùt Judices adeuntur: *non etiam ſi 9
Pars juſta præſtare, (v. c. quod debetur, ex ſolvere,) detrectâſſet: ne Pars juſtitiam denegare dicatur, & mediato Judici, qui deſuper nondum imploratus eſt, iniquè juriſdictionem auferamus. * In *Auſtregis* 10
verò non unicè Partis, ſaltim non ùt talis, intervenit denegatio. Et quidem in iſtis una Actoris requiſitio, ad hoc, ut eâdem à Reo ſpretâ, ſuperioris juriſdictio, prætermiſsâ Auſtregarum inſtantiâ, fundetur, ſufficit:
*ut tamen *in arbitrio* Actoris adhuc poſi- 11
tum ſit, num adire Cameram velit, nec ne.
* Non obſt. quòd in ſimplici ſpolio, ad il- 12
lam *ipsô jure* cauſa devolvi dicatur. *in P.* II. C. G. O. *Tit.* VIII. §. wo ſich denn. & §. gleicher Weiſe. * Cùmq; in protractâ juſtitiâ, ab 13
aliis quàm Auſtregarum judiciis, ad hæc promotoriales ſolùm Camera decernat; tamẽ abhinc Commiſſarii vi Ordinationis dati ſimiliter excipiuntur, ut in illis ob protractam juſtitiam, ipsô jure protinus ad Cam. cauſa devolvatur. *O. Cam. P. 2. Tit. 2. fin. & d. Tit. 8.* §. gleicher Weiſe. *Magnif.* Dn. Cancell. Juſtus Schütz/ *vol. 11. Coll. Publ. Diſp.* VIII. *th.*
XI. * Nonnunquam judex ſeu *Commiſſarius* 14
cauſam recipere detrectat: quô caſu ad Cameram non proceditur, ſed reus de no-

15 vo alios Auſtregas denominare poteſt. * Imò etiam adv. recuſantem M. S. C. in Cam. decernuntur: id quod non minus circà Commiſſarios pendente lite moroſos ſolet
16 contingere. * Quid ſi alicui juſtitia *à Conſiliariis Principis* cujusd. denegata ſit? Quanquam aliàs in Cc. protractæ juſtitiæ libenter Mandata ſine cl. in Camerâ decernantur, ne cauſas in infinitum ad eam de-
17 volvi contingat; * tamen in d. caſu denegationis, proceſsûs in Camera obtineri non poſſunt; verùm adhuc ap. Principem inſtandum eſt; *v.* Blum. *Tit.* XXXVIII. *Proc. Cam.* §. *27. ſeqq.*) niſi Principem non in parte, & Conſiliarios plenam decernendi pote-
18 ſtatem habuiſſe conſtet. * De judicibus inferioribus ſeu *Mediatis*, ùt ſunt in Bavariâ v. c. Domini Hofmarchiatum, illud addendum eſt, quòd hi tales ob denegatam juſtitiam, in eâ causâ *jurisdictionem amittant*, & vel *ad Aulam* Partes eant; vel Princeps Præfectis ſuis juſtitiæ adminiſtrationem *mandet*. Khraiſſer. *ad O. Bav. Tit. I. Leg. 18. n. 7. 8.*

1 §. III. Nec tamen * Actori tantùm juſtitia protrahitur, ſed *Reo* etiam omnis ſæpè denegatur audientia. Quem idcircò appellare à judice, qui exceptionem v. c. rejicit,

jicit, ſtatuendum eſt: * ſive rejecta illa ſit 2
expreſsè, ſive *tacitè*, dum judex ad ulteriora, exceptione non admiſsâ, procedit. * Quòd 3
ſi vero nec tacitè nec expreſsè exceptionem rejecerit, verùm ſe *deliberaturum* eſſe dicat, tum v. ſi tertiùm requiſitus, ut deliberationi finem imponat, non tamen reſpondeat, causâ illâ aſſignatâ, non minùs appellabitur. Hoſtienſ. *in c. interpoſita x. d. appell.* Ut & hoc provocationis remedium contrà eos ſalubriter inſtitui poſſit, qui ſub vario prætextu ſpem & expectationem Partium eludere ſatagunt: in quorum cenſum hi pertinent, quos *Vir Illuſtris* DN. Wilh. Ignat. Schütz/*Cameræ Imperial. Vice Præſes in c. II. Reflex. Politic.* §. 2. p. 61: ita depingit: * Hört 4
man heutiges Tages/dieſer oder jener ſeye ein rechter Politicus, ſo meynt man gemeiniglich/ es ſey eine ſolche Perſon/ der zu keinem Menſchen kein aufrichtiges Vertrauen / noch Affection / der ſich / die Seinige / und ſein Intereſſe allein vor Augen hat / der all ſein Witz/ Wiſſenſchafft/ Gelehrtheit / und von GOtt empfangene Qualitäten / allein zu eitlem Ruhm / Fürſten und Herren zu zeitlichem Nutz und Gefallen/ per fas & nefas anwendet / der Wittib und Wäiſen und anderer ehrlichen Leute Gerechtſame/ unter dem

bodenloſen Vorwand der unumgånglichen
Nohtdurfft oder des allgemeinen Weſens
Bedürfftigkeit unterdruckt/vertuſcht und gar
zu Grund richtet / der gegen månniglich ſo
Freund als Feind ein liebliches Geſicht ma-
chet / in dem Hertzen aber ein unauslöſchli-
ches Feuer des Zorns/Neids und Haſſes fo-
5 mentirt &c.*Quamvis ergò ne quidem *ſup-*
plicare causâ pendente liceat. *l. 4. C. d. ju-*
6 *risd. omn. jud. Nov. 113.* *Tamen non tan-
tùm illud non obtinere Imp. ingerit, ſi *or-*
dinarius judex requiſitus *juſtitiam facere*
7 *ſuperſedeat. Nov. 86. c. 1.* *Sed etiam ſi Prin-
ceps jurisdictionem à judice ad ſe *revocet*,
ac coram illo agi non poſſe reſcribat: *c. 9. d.*
8 *conceſſ. prabend. in* VI. * aut Pars etiam Ad-
verſarii ſui potentiam perhorreſcat. *l. un. C.*
quand. int. pup. & vid. &c.

1 §. IV. Si non tam juſtitiam* quam *judi-*
cium dare recuſet judex Inferior, atque cau-
ſam apud alium, (qui tamen incompetens
eſt,) cœptam, ibique peragendam eſſe
prætexat: tum quidem ad ſuperius judi-
2 cium rectè provocatur: * quanquam, ſi
ideò appelletur, ut appellans talem judi-
cem habere velit, ne inſtantiæ confundan-
tur: illud non protinus cauſam recipiat, ſed
Mandatum ad inferius judicium de jus red-
dendo

Digitized by Google

dendo decernat: * imò toties Superior e- 3
tiam, ob denegatam aut protractam juſti-
tiam, cauſam avocare non ſolet, quoties pœ-
nalibus mandatis aut compulſorialibus infe-
riorem judicem ad ſuſcipiendam peragen-
damve cauſam compellere præſtantiùs au-
tumat: * idque præcipuè tum obtinet, ſi 4
ideò recuſet inferior, ut à ſe onus vel invi-
diam amoliretur: alterius verò Partis, ne
inſtantiâ privetur, interſit.

§. V. De *Beneficiorum* quoque * *denega-* 1
tione vel *extorſione* diximus, quòd abinde
provocare liceat; cùmque illa vel *perſonam*
noſtram concernant, ùt eſt ſalvi conductus,
vel *res ipſas*, quale eſt retentionis & ſimilia.
* Ideò à negató v. c. *ſalvô conductu* rectè ap- 2
pellabitur. *vid.* Dn. Mevium *part.* IV. *Dec.*
CCXI. & Coler. *p.* IV. *d. Proc. Exec. c.* 1. *n.* 218.
* qui & per viam denegatæ juſtitiæ, cùm de- 3
fenſio in effectu denegetur, hoc in caſu
procedi poſſe docet, *in eâd. p.* IV. *c. x. n.* 206.
* & Friderus II. *d. Mandat. c.* XXXIV. implo- 4
ranti h. c. à ſuperiori Mandatum concedi
tradit, de præſtandâ ſecuritate, vel de non
offend. ſinè clauſulâ. * *Retentionis* deinde ju- 5
re uſurus, ſi ei res quam retinet extorqueri
velit, non minùs appellat. * Neque enim 6
dubitandum eſt, quin ſoror v. c. quæ dotem,
ali-

alimenta, meliorationes, ex Feudo petit, ſi
ei dimiſſio Feudi, nullâ præcedente liqui-
datione vel etiam ſub acceptatione injuſtâ
cautionis, injungatur, ipſaq; remediis poſſeſ-
ſoriis uti nolit, (Roſenth. *c.* VII. *d. Feud. concl.*
34.) appellare poſſit. Puteus *Deciſ.* CCCCLXXI.
7 * Similiter quin juſtè appellet conductor,
ob meliorationes & expenſas retentione
uſurus, ſi à judice emigrare juſſus ſit: dum-
modò veroſimiliter de intentione ejus con-
8 ſtet. * Terminum quippe ad liquidandum
præfigere ſolet judex, ut ſi intrà eum liqui-
datio *perfecta* non fuerit, ſub *cautione* con-
ductor rem dimittere cogatur. Mevius *Lib. I.*
Jur. Lüb. Tit. V. art. 13. n. 84. & Hering. *c. 13.*
9 *d. Fidejuſſ. n. 117. ſeqq.* * Utcunque non ideò
alterius conditiò deterior fieri, ſed & tunc
adhuc ſi intentioni retinentis vel planè non,
vel tamen vix aliter, quàm retentâ re ſatisfi-
eri poſſet, cauſa examinari debeat, ſi vel ma-
ximè petitor ad ſatisdandum ſe offerret. *v.*
Anton. Fabr. *Lib.* III. *C. S. Tit.* XXII. *def.* XV.
atq; *plura* de jure Retentionis *apud* Gail. II.
10 *Obſ.* XII. *n. 5. ſeqq.* * ubi requirit, ut res *ſinè*
vitio ad retinentem pervenerit, isque eam
11 *ex cauſâ rei cohærente* retenturus ſit: * Et
tamen quoad *melioramenta in n. 6.* ſubjun-
git, quòd ob ea ne quidem *ſpoliator*, niſi illa
eidem

eidem refundantur, rem reſtituere obſtrictus ſit. * Secus etiam in cæteris retenturis 12
ſe rem habere, ſi melioramenta *immodica*, & quæ rem irreluibilem Domino reddant, detentor fecerit. * Eſt quoque *jus Retorſio-* 13
nis peculiare juris beneficium. Hinc mortuâ v. c. ſorore, quæ unam ſororem in eôdem loco, reliquit, ubi *Gerada* obtinet; alteram in alio, ubi ea non obſervatur: ſi hæc ad retorſionem admitti nolit, rectè provocabit: ut minus conſequatur cognata Geradæ capax, ſi defuncta in loco, ubi Gerada pars eſt communis hæreditatis, deceſſiſſet, ceu *ex Reſp. Witteb.* Richterus *in p.* III.
Dec. 140. * Niſi quòd ſæpius *immeritò* ſibi 14
beneficia Juris Partes attribuant. Quid enim, cùm Magiſtratus ſubditis injunxiſſet, daß ſie die zeriſſene Güter wiederumb zuſammen bringen möchten / ſi quis hoc de Domibus, umb ein halb Hauß abzutreiben / de permutatione item, &c intelligere præſumeret? ita verò ad provocandum admittendus non eſſet. Idem *d. P.* III. *Dec. 138. n. 53. ſeqq.*

§. VI. *Obliquè* * viam juris Partibus præ- 1
cludit judex, quando *Compromiſſum* eas facere debere pronunciat. Meierus *in Colleg.*
Argent. Tit. de re jud. th. 121. * Quanquam 2
ſi

ſi *amore pacis* fieri illud neceſſe foret, etiam Magnates ad ſubeundum illud Princeps cogere poſſit. Afflictis *Deciſ.* CXLIX. *n. 6. 7.*
3 * Aliàs v. à pronunciato ejusmodi appellabitur. *v.* Phil. Franchus *in c. 60. x. d. Appell. n. 58.*

1 §. VII. Porrò * gravat judex *juſtitiam impertiturus* tum circà præparatoria judiciorum, tum circà actùs ipſa judicia concer-
2 nentes, utrobiq; extrajudicialiter. * *Præparatoria* reſpiciunt ad *Partis* vel *Præſentiam*, ùt eſt *Citatio*, vel *Securitatem*, quò *Cautio Bonorum deſignatio* referenda eſt.

1 §. VIII. Enimverò * ùt ab *actu* quolibet, quem judex ante *Citationem* gerit: (Francus *in c. Cordi. d. Appell. in 6.* Gylmann. *Tom.* II. *part.* II. *vot. 48. n. 7. 8.*) ita ab ipsâ quando-
2 que citatio appellari poteſt. * Quanquam enim regulariter *à Citatione* Jure Civ. non
3 permittatur Appellatio: * tum quòd, ùt aliqui ratiocinantur, caſus ille Legibus expreſſus non ſit: *v. præjudic. in Tom. V. Symphor.* Gylmann. *ſuppl. 1. fol. 205. Ipſumque in*
4 *præjudic. fol. 34. & 72.* * tum quòd à ſimplicibus judicii præparatoriis appellatio recipi non debeat. Anton. Faber. *Lib.* VII. *Co-*
5 *dic. Tit.* XXVI. *def. 37.* * Adeò ut ne quidem *à perſonali* citatione appellationem admit-

tat

tat *idem Author. def. 38. & 39.* eò quòd citatus ex quânam cauſâ taliter citatus ſit ignoret, ſicque certô gravamine deſtituatur. * 6
Tamen non ſolùm *interlocutionem de citandô*, abſente parte, fieri non poſſe conſtat: quando ſimul Decretum illud tacitam exceptionum oppoſitarum rejectionem, aut alia contineret, quæ abſenti non leve præjudicium parerent, cauſæque cognitionem deſiderarent. *l. 4. C. de Dilation.* Marian. Socin. *d. Citat. art. VII. n. 2. & 67.* * Verùm & 7
ipſa Citatio vitium ſæpè capit. Quid enim ſi is, qui nunquam antè vocatus eſt, nec præſens etiam admonitus in judicio, ut reſponderet, illicò tamen *ſub præjudicio* & pœna confeſſi citaretur: quod quidem fieri non poteſt. Surdus *Conſ. 360. n. 29. &* Græven 8
Lib. 1. Concl. 80. n. 4. ſeqq. * Quid etiam ſi citatus fuerit, qui ne quidem *ex Officio*, (quod aliquando fieri poteſt, Gail. II. *d. Pac. Publ. c. 7. n. 2.*) *citandus erat.* Nam & hunc appellare poſſe tradit Guid. Papæ *d. Appell. qu.* 9
XLIX. * Quid etiam ſi *pro ſingulis diebus & horis* citetur, alle Tag und Stund / quam citationem inſuper nullam, tanquam incertam, eſſe Bald. docet *Conſ. 268. vol. 1.* * Aut 10
ſi nimis brevis fuerit: à quâ rectè appellari vult Zangerus *in P. II. de Except. c. VI. n. fin.* &

imò ſententiam vigore citationis nimis arctæ latam nullam eſſe, tradit Creſcent. *Tit. d. Dol. & Contum. Dec. VI.* Quid deinde ſi ad *locum* quis citetur, qui *evidenter tutus*
11 *non eſt:* * quem quidem talem eſſe non neceſſariò per juramentum Perhorreſcentiæ; (de quo nuper *Feltmannus*,) ſed aliter quoque probabitur. Zangerus *Part. II. d. Except. c. V. n. 6. junct.* Maſcardo *Concl. XVII ſeqq. d. Probat.* Sic etiam gravatus appellabit:
12 Gailius *I. Obſ. LIII.* * non obſtante, quòd fortaſſis locum *culpâ propriâ* intutum, aut judicem ſibi offenſum, velut ob violatum arreſtum fecerit. *vid.* Franch. *in C. ex parte.*
13 *n. 20. 21. d. Appell.* * Nam ita ne quidem oblatio ſalvi conductûs, ſi per eum periculum, velut ex inimicitiâ judicis metuendū, non tolleretur, appellationem excluderet: cùm illi fidere non teneatur. Menoch. *conſ.*
14 *100. n. 186.* * Quamvis autem citatus h. c. factæ ad locum non tutum citationis, appellare *neceſſe* non habeat. Felinus *in c. cum Roman. d. offic. deleg. pr. n. 1. 2.* & Wameſ. *d. Appell. c. XLVII. n. 12.* Illud tamen fieri tu-
15 tius eſt. * Neque etiam, licèt *excuſatorem* mittere poſſet, aut Procuratorem, ad hoc teneretur, ſi etiam ratione eorundem locus tutus non eſſet, velut ex bello, peſte, &c. Menoch.

Menoch. *d. l. n. 202.* * Quò caſu tamen ap- 16
pellatio tunc ſolùm excludi poteſt, ſi alterius loci tuti fieret aſſignatio. * Verùm hanc 17
aſſignationem, ut petat pars, nec ipſa obſtringitur. Anton. d. Butr. *ad c. ex parte tuâ. 47. x. d. Appell. n. 1. ſeqq. n. 4. 5.* ubi etiam docet, quòd coram judice ad quem, appellans, locum non eſſe tutum, probare debeat.

§. IX. Quòd ſi * etiam de aliò citati gra- 1
vamine conſtet, & per Procuratorem comparere non malit citatus, (*v. l. quæſitum. 60. ff. d. re jud.*) aut *Procuratorem* planè non admittendum fore conſtet, tum etiam Appellationem recipiendam eſſe, (ut poſterior *Antonii Fabri* ratio attendi non poſſit,) Guido Papæ *d. Appellat. qu. 49. n. 39.* & jam olim Baldus *ad l. 12. C. d. Appell. recip.* docuit,
* Illudque de Jure Canon. extrà dubium 2
collocat *c. 4. x. ut lite non conteſt. cum ſimilib.*
* Non obſtante, quòd contumax videri 3
poſſet, pœnaliter fortaſſis & ſub præjudicio citatus; contumax verò provocare non poſſit. * Neque enim talis contumacia 4
injuſtam citationem juſtificat. *v.* Anton. Fabr. *Lib. 11. Cod. Sab. Tit. 2. def. 10.* * Quid 5
verò ſi *judex incompetens* citâſſet? (qualis non eſt, cui judex priſtinus, poſtquam Pars ex ejus jurisdictione diſceſſit, & nil ſub eâ vel non ſatis reliquit, cœptam cauſam trans-

miſit. *jx.* Khraiſſer. *in Ord. Bavar. Tit.11. Leg. ult.)* Nota eſt inter dubiam & certam incompetentiam diſtinctio, quam in Delegato quoque judice, ut & in eo, an reſcriptum Delegationis ſolùm ſurreptitium an. v. falſum ſit, reſpiciatur Gailius *l.O.48.* approbat.
6 *Et tamen etiam quoad *dubiam* competentiam à Citatione appellari poſſe volunt, ſi quamvis adverſus judicem in termino exceptionem objiceret, tamen gravaminis
7 emendationem non ſperaret. *Quod neſcio an admitti debeat: cùm quidem gravamen ſuperiori judici oſtendi nequeat, (dummodò non poſſit,)&ſemper à pronunciato de competentiâ ſubſequente appel-
8 lare gravato integrum ſit. *Quid ſi nihilominùs Pars, dum certa eſſet incompetentia, *compareat*, cauſamque pertexat, an ita juriſdictio *habilitatur?* Utique, ſi tantùm *ratione perſonæ*, quæ vel ſpeciali privilegio vel aliter judicium declinare poterat, judex ſit incompetens: ſic enim juriſdictio proro-
9 gabitur. *l. fin. C. d. Except.* *Sed ea, quæ *ob cauſam* datur incompetentia, tanta eſt, ut ne quidem conſenſu Partium emendari queat. *l.3. C. de jurisd.* Textor *in Diſp. 2. ad Rec. Imp. de an. 1654. th. 51.* Unde ſi Conſiſtorium in cauſâ civili cognoverit, non tantùm

tùm poſt Lit. Conteſt. Sed & quandocunq; objecta Incompetentia judicium retrò nullum reddit: Anton Faber. *Lib.* III. *C. S. Tit.* XII. *def. 4.** atque judici, quando in eâ cau- 10
sâ ulteriùs procedere velit, Superior deſuper imploratus rectè *inbibet.* Herculan. *d. Attentat. c.* XXVIII. *n.* 79. *ſeq.** De eo ſanè 11
conſtat,*quòd ne in caſu quidem certæ incompetentiæ judicem *contumeliis* afficere gravatus debeat.*Nam ſi vel apertè incom- 12
petentis Mandata ſpernat, in terram projiciat, vel adferentem ea malè tractaverit: tunc idem Magiſtratus qui citavit, in eôdem Forô, per ejus Advocatum Fiſci, de injuriâ authoritati ſuæ, (quam & exteri, quoad ibi degunt, reſpicere debent,) illatâ agere poteſt. * Quisnam *v. Expenſas* re- 13
fundet ei, qui ab incompetente judice ad inſtantiam Partis citatus eſt? Non judex, ſed impetrans. Khraiſſer. *d. Tit. 11. Leg. 5. n. 2. ſeqq.*

§. X. Unum adhuc * è Citatione gra- 1
vamen, ob quod appellari queat, adferemus, ſi quando quis *perſonaliter* in Civilibus, non expreſsâ causâ, eâque gravi, (*l. f. C. de Procurat.*) citatus fuerit: * Saltim ut 2
ea, quorum gratia taliter citabitur, per Procuratorem cum ſpeciali Mandato explicari potuiſſent: * cujus quidem rei dijudican- 3

dæ arbitrium quandoque ſuperiori permittendum eſt. 4 * Ita v. c. *Imperatoris* dijudicationi committitur, num ſtatûs perſonaliter ad Comitia citare velit. v. R. A. 1641.
5 §. hierauf. * Quam in rem extat Caroli V. *anno 1528. ult. Nov.* facta evocatio oder Ausſchreiben/ (citationē enim non niſi impropriè dixeris,) quando Spiram Statûs evocavit, bey denen Pflichten / damit jeder ſeiner Mayt. Verwandt; auch/ (juxta quòd votô carituri eſſent,) bey Verlierung der Regalien / Freyheiten und Gaben / ſo jeder von ſeiner Mayt. und dem Reich
6 hat. * Ex multis nempe cauſis citatio perſonalis iniqua eſt, veluti inter alias, ſi petitorem ſive impetrantem non etiam perſonaliter citatum, & ob id compariturum non eſſe conſtet. Mynſ. *Cent.* III. *Obſ.* IV. & Contard. *ad l. un. ſi de moment. Lim.*
7 XVII. *n. 16.* * Aut ſi contumeliis ſe affectum in citatione vel monitorio, citatus conqueratur: cùm quidem nemo prætextu juris publici infamari debeat. *l. un. in f. C.*
8 *d. famoſ. Libell.* * Quæ tandem gravamina ob citationem exorta vel tunc *extrajudicalia* rectè appellantur, ſi citrà ullam cauſæ cognitionem, & vel ſpontaneô motu judicis

cis Citatio emanâſſet: * prout extrajudi- 9
cialibus quoque Decretis citationem ac-
cenſet Blumius, *Tit.* LXXV. *Proc. Cam. de*
ſentent. §. 8. * & nobis gravamen Extraju- 10
diciale eſt, quô Parti non auditæ fit præ-
judicium: * non attentô, quòd aliàs ſuô 11
modô (*v.* Gail. I. *Obſ.* LIII. *n.* 5. 6.) Citatio
actus judicialis Dn. Struvio *Tit. d. in jus voc.*
n. VII. ipſaque à Citatione ad locum non
tutum facta appellatio, judicialis Arn. Cor-
vino appelletur, *in Jure Canon. Lib.* III. *Tit.*
36. *d. Appell. p.* 233. * Sanè *in Camerâ* omne 12
illud *extrajudicialiter* fieri dicitur, quod
non fit in Audientiâ; quamvis in Senatu,
Cancellariâ, Deputatoriô vel Lectoriô per-
agatur: * quô ſignificatu accipiendum eſt il- 13
lud Rodingii *Lib.* III. *Tit.* 20. *p.* 621. Quòd
Proceſſus extrajudicialiter decreti, intrà an-
num à die Decreti expediendi, *inſinuandi*
ſint; aliàs autem, niſi etiam Reſcriptum de-
ſuper petatur, concidant. * Eademque Vocis 14
acceptio exhinc aptè colligi poteſt, quan-
do *Reſtitutionem* in Camerâ vel *brevi ma-*
nu fieri obſervamus, vel præviâ Partis ad-
verſæ *citatione. Prius* iterum vel *judiciali-*
ter; (*v.* R. Dep. 1600. §. Wann gegen einer.)
vel *extrajudicialiter.* Gem. Beſch. 5. Sept.
1657. Sed nos h. l. vocem *Extrajudicialiter*
in ea ſignificatione non accipimus.

1 §. XI. Citationi * qui obtemperat, regulariter per *Procuratorem* comparet: ubi *Jure Bavarico Mulier*, tanquam Procuratrix, pro Marito ſe ſiſtens, ſi SC. Vellejano renunciet, atque ſatisdet; & tamen rejiciatur, rectè provocat Khraiſſer *Tit. IV. Ord. Bav. L. 12.*
2 * Cæterùm veluti contrà eum, qui *Procuratorem* non habet; quem tamen legitimè *petiit*, ſi ſententia ferretur, illa tanquam ſinè ſufficienti c. cognitione, & contrà inauditum lata, non valeret. *c. 10. & ſeq. XXX. q. 5. Cl. Paſtoralis. 2. x. d. ſent. & re judic. l. fin.* §. *fin. ff. quod met. c. dict.* Khraiſſer. *Tit. 1. Log.*
3 *13. n. 2.* * Indeque Appellatione multô magis, durante quoque Proceſſu, gravatus
4 uti poteſt. * Ita *Legitimatione* quamvis *nondum facta*, v. c. nondum inſtructô Curatore abſentis, ex juſtâ tamen ratione, *ulteriora* cauſæ & Proceſsûs judex rectè permittit: quod etiam tunc facere ſolet, ſi quando conſors de raro cavet: idque vel maximè cùm actus perficiendus foret reparabilis. Dav. Mevius *P. II. Deciſ. 112.* * Sed & *Revo-*
5 *catio Procuratoris* gravamen aliquando producit. Neque enim judex revocanti poſt Lit. Conteſt. Procuratorem, citrà præviam citationem, & cognitionem cauſæ, aſſenſum præbere debet. Gail. *l. Obſ.* XLVI. *n. 8.* ubi

ubi & *n. 3.* docet, ante Lit. quoque conteſt. ſi Procurator *exonerari* ſe petat, illum Partem citari facere oportere.

1 §. XII. Jam * de Cautionis itemque Deſignationis bonorum gravamine agendum eſt. Etenim ſi ad recipiendam *Cautionem*, & maximè certam ejus ſpeciem, inauditum quem Magiſtratus adigat, quæ tamen idonea non eſt, appellabitur. * Nam & ſic ali- 2
quando ipſum Magiſtratum *actione ſubſidiariô* teneri, *Heringius* tradit *d. Fidejuſſorib. c. VIII. n. 26. ſeqq.* Si nim. Pars Fidejuſſoris ſibi ignoti arbitrium Magiſtratui committat, hic autem non inquiſiverit. * Cùm quidem 3
cautiùs ageret judex, ſi parti permitteret, ut intrà certum tempus contrà fidejuſſorem, ſi quid habet, proferat: quó tempore præterlapſo, ſecurè eidem receptionem fidejuſſoris injungere poſſet. * Similiter *pro fidejuſ-* 4
ſoribus pignora judex non facilè admittet; Hering. *d. Tr. c.* XVIII. *n. 84.* * ùt nec pro his 5
cautionem juratoriam, v. c. in uſufructu. *v.* Cavalcan *d. Uſufr. mulier. relict. n. 150.* & Surd. *Dec.* CXLI. *n. 13. ſeqq.* * Potiùs quodvis 6
aliud Remedium eliget: quô res in ſalvo maneat: ceu in eô caſu, quò à ſententiâ *ſupplicatum* eſt, illi qui obtinuit, ſi *Cautionem fidejuſſoriâ* præſtare non poſſit, rem ſeu pe-

cuniam tradendam eſſe nolunt; ſed ut pendente Supplicatione, in Depoſito vel *ſequeſtro* ea maneat, tutius, & per hoc demum obligationem *ſatisdandi* impletam eſſe, autumant: *v.* Giurbam *Dec.* XXIV. *n. 27. 42.* & Salgard. *Part. I, Labyr. Cred. c. ult.*

1 §. XIII. Deſignationem * quoque ſive *annotationem bonorum* vel *Inventarium* ſi confici juſſerit judex, cauſam gravamini
2 quandoque præbet. * Nunquid enim ſecreta patrimonii cuivis pandenda ſunt? aut inſtrumenta annotanda, deſcribenda? niſi
3 vocati fuerint, quorum intereſt. * Quid ſi verò judex alicui inventarium conficere permittat, de quo nondum conſtabat, an hæres eſſet: ſiccine poſſeſſor rerum, cui illæ nihilominus interim relinquuntur, appel-
4 lare poterit? Nequaquam: * cùm quidem is intentionem ſuam probare opus non habeat, qui tantùm hoc intendit, ut res in tutô collocetur, & ne aliquando bonorum e-
5 molumentô cariturus eſſet: (*utc. ut de intereſſe ejus conſtare debeat, *Tuſcbus* deſi-
6 deret *voc. Deſcriptio concl.* CCXXII. *n. 13.* *De *mobilibus* tamen ſolùm ea permiſſio fieri debet, velut etiam de fructibus Lancell. *P.* II. *d. Att. c.* XII. *Lim.* 12. *n.* 25. 26. Nam
7 immobilia dimoveri non poſſunt: * Similiter

ter inſtrumenta eidem pandenda non ſunt, ſed in tuto deponenda & obſignanda. * 8
Debet etiam lis eſſe cœpta, atque pars citata. Ant. Sola *adConſt. Sabaud. Lib. 3. Tit. 40. gl. 8. n. 2.* * Sanè ſi de intentione ejus quòd 9
nulla ſit, conſtet, malè ei decernitur deſcriptio: quod non tantùm in hæreditatis, ſed cæterarum quoque rerum, deſcriptionibus
requirendum eſt: * Sic enim negatâ alicui 10
quaſi poſſeſſione exigendi vectigal, rectè etiam eidem deſcriptione mercium interdicitur.

§. XIV. Gravamina * in judicium vel 1
ſaltem diſceptationem cauſæ incidentia, vel articuli cujusd. a. cauſæ *deciſionem* vel etiam
formam tantùm *procedendi* afficiunt. *Nam 2
ita nunc ea diſponere lubet, etiamſi eadem gravamina in aliud quoque genus tranſire
queant. * Itaque ad *Deciſionem Decretum* 3
referamus quodlibet, welches ohne Verhör der Parthenen ausgangen / & abſenti tamen præjudicio eſſe potuiſſet. Ummius *Diſp. V.*
ad Proc. n. 43. * Quamvis deinde in favorem 4
non citati latum eſſet. Zœſius *de in jus voc.*
n. 21. * Nam & ſic pro extrajudiciali habe- 5
bitur, adeòque vel alter, qui gravatus eſt, appellatus poſſe debebit. Bald. *in l. 2. n. 63. v. aut quid individuum d. Error. Calc.* Abbas in

c. in-

c. inter. n. 24. d. re jud. Cæſar. de Graff. *Dec. V.*
6 *n. 2. d. re jud.* * Neq; tamen ullũ Decretum, etiam quod ſinè citatione emanavit, quat. jus ſalvum Parti manet, appellabile eſt.
7 Roman. *Conſ. 61. col. 1.* * Aliàs autem tale erit omninò, ſi clauſulam juſtificatoriam non habeat: Gail. *1. d. Pac. Publ. c. V. n. 1. & 1. Obſ.* XIX. *n. 23. & O.* XIII. *item* Mynſing *3. O.*
8 *43.* * atque ſinè eâ, quippe citrà cauſæ cognitionem factum, ne quidem nomen Decreti meretur. *l. 9. §. ubi Decretum. ff. d. Off.*
9 *Pro-Conſ.* Gail. *1. O.* XXXI. *n. 10. ſeq.* * Nam & Cognitionis verbum in Magiſtratibus plerumque Decretum includit; ſecùs in Re-
10 ſcriptis Principum. * Licèt etiam quoad Magiſtratûs, vocem illam cognitionis frequentiùs ad ea, quæ extrà ordinem expediuntur, (*l. 1. d. R. V. l. 2. ff. ſi uſuſ. pet. l. cùm hi quibus. §. ult. ff. d. Tranſact. l. 1. d. Off. Aſſeſſ. l. 4. ff. d. off. ej. cui mand. eſt juriſd. & l. 3. §. cauſæ cognit. cum ſeq. ff. d. Carbon. Edict. uti ap* Suetonium: *c.* XIII. *Claud. Cognitionis res erat, non ordinarii judicii, Reſtitutio.*) & imò ad eam cognitionẽ, quæ planaria eſt, (Gothofr. *ad l. 4. C. d. dil. junct.*
11 Gail. I. *Obſ.* CVI. *n. 3.*) referri videamus. * Ex quo etiã de eo judicare licet: num cognitio *die feriatâ* ſuſcepta, pro cauſæ cognitione ha-

habeatur. *ap.* Dd. *in c. ult. d. Feriis.* & Creſc. *Dec. un. Rot. Rom. d. Fer.* * Utiq; Cognitor eſt 12
pro *judice*, *ap.* Symmachum *II. 10.* & *VI. 22.* & IX. *31. l. 5. C. Theod. ad. L. Jul. Rep.* * Sed 13
& Cognitor quandoque *Defenſorem* notat, qui cauſam amici tuetur, ùt ſuam; maximè cùm de ſtatu quæritur. Aſcon. Pædian. *in Verr.* * Hîc autem eô ſenſu vox accipiatur, 14
quô Magiſtratus *cognitionaliter* decernere, h.e. utrâq; parte præſente & auditâ ſtatuere dicitur, quod Græcis eſt κατὰ διάγνωσιν. *v. l. f. C. d. Legib.* & *l fin. C. d. Revocand. Donat.* Struv. *Ex.* XL. *th. 15. d. Donat.* * Quanquam 15
v. Decretum ejusm., etiam citrà appellationem, nulli præjudicio eſſe cenſeri poſſet, cùm *quicquid non diſcutitur, juſtitia eſſe non putetur:* Caſſiodor. *Lib.* VII. *varior.* VII. * & in 16
ſpecie Decretum, quod cauſam liti dedit, non citatis qui in poſſesſione ſunt, non præjudicare ſtatuat Gabriel. *d. Citat. concl. 1. n. 310.* * Quia tamen illud *formam*, & quan- 17
tum per judicem, ſaltim de facto, *vim* quoque ſententiæ habet, ideò Appellatione, (Jx. remedium *Nullitatis*,) ad retractandum ejusmodi gravamen utimur: præcipuè quòd ſuperior tanquam judex gravet. Friderici *Part. II. Proceſſ. c. 1. §. 16.* & *c. 11. §. 3.*
* Unde ſi Decretum vel Mandatum judicis 19
planè

plané injuſtum fuerit, Appellatione opus non eſt: modò judicium immediatè ſuperius competentem juriſdictionem in cauſis Mandatorũ cum vel ſinè clauſulâ obtineat.
19 * Nam eô caſu, quô ſinè cl. mandari poteſt, Inhibitorium vel Caſſatorium mandatum decernitur; Gylmann. *Symphor. Tom. II.*
20 *Part. 3. Tit.* VIII. *ſuppl.* VII. * niſi quòd cùm pro Magiſtratu præſumendum ſit, priùs ſupplicatio partis Magiſtratui communicari,
21 & Mandatum cum cl. decerni ſoleat. * Quòd ſi autem ſuperius judicium talem juriſdictionem non habuerit, cauſa ad iſtud, citrà Appellationem modumque ſimilem, devolvi non poteſt.

1 §. XV. Cæterùm * duæ maximè *cautelæ* ſunt, quêis judex inauditâ parte decernens Decretum inappellabile reddit, puta vel clauſulam juſtificatoriam inſerendô, cujus jam meminimus, vel ut cum intimatione Parti adverſæ faciendâ concipiatur.
2 * Nam *Clauſula juſtificatoria* efficit, ut non tantùm Mandata procedant citrà citationẽ vel cauſæ cognitionẽ antecedaneam. Coler.
3 *Part. 1. Proc. Ex. c. II. n. 267.* * Sed & quodlibet Decretum non ſit nullum, & ne quidem appellabile, ſi vel maximè absque citatione partis emanâſſet; Carocc. *Deciſ. caſ. fre-*

frequent. c XIX. c. 13. & 20. * actumque conditionalem reddat: *quatenus* per eum alteri 4
non infertur præjudicium. Burattus *Dec. 730. n. 6.* Puteus *Dec. Lib. 2. Dec. 32. n. 1. &* Plotus *de in Lit. jurand.* §. 3. *n. 33. ſeqq.* * Imò non- 5
nunquam clauſula juſtificatoria Decreti vim non ſuſpendit: veluti, cùm quis in perceptionem redituum, quos Procurator non ampliùs ex Mandato, ſed Ceſſione ſibi poſtmodum factâ, ſe percipere prætendebat, cùm hoc cl. mitteretur: es ſey dann daß die von B. etwa ceſſionem oder ſonſt einigen rechtmäßigen titulum bey meħrhöchſtged. Sr. D. bewehren könten: non dubitavimus Conſulti reſpondere; quòd ſemel ex Decreto miſſus manuteneri debeat. * Cùm enim 6
(1) qui civilem habet poſſeſſionem propriâ authoritate naturalem occupare poſſit; Ferrant. Ganguare jus *Lib. II. conſ. 22. n. 3.* etiam absq; Decreto judicis: non eſt reputandum, quaſi per eam conditionem, retentionem poſſeſſionis intercludere, ſicq; turbare impetrantem Magiſtratus voluerit: * cumpri- 7
mis quòd (2) impoſterum, & in plura adeò tempora, ei poſſeſſionem adjudicaret, remiſsò Procuratore ad oſtenſionem Tituli, quæ & alias ad petitorium pertinet. * Quin 8
& (3) clauſulam de futurò petitorium denotare

notare docet Klockius *vot. Cameral.* LXXV.
9 *n. 4.* * adeòque donec (4) Procurator Titulum oſtenderit, Dn. Impetrans in poſſeſſione manutenendus videbitur, ut non ſuſpenſiva ſed *reſolutiva* ſit conditio: Juvat Cache-
10 ranus *Deciſ. CXLI. & ſeq.* * ubi hoc etiam obſervandum eſſe ait, an conditio præcedat an ſubſequatur: quippe quòd (5) clauſula in fine poſita non ſemper antecedentia reſtringat, *v.* Beſold. *conſ. XXXV.* neq; ad præcedentia ut ead. impediat, referatur, quando illa eidem ſunt contraria. Klock. *vol. 1. Conſ.* XXXX. *n.*
11 *195.* * Et quomodo enim DN. Judex poſſeſſionem indulſiſſet Impetranti, ſi eam nihilom. per clauſulam finalem ſuſpenſam voluiſſet: cùm tamen ea incompatibilia
12 ſint. * Quid quòd (6) clauſula, cujus *conditio* in continenti verificari non poteſt, nulla ſit, ſi de futurâ probatione rei, etiam per indirectum in judicium deductæ, velut Tituli, acciperetur; indeque ut conſervetur, de probatione protinus adferendâ acci-
13 pi debeat. * Nempe aliter res ſe habet, ſi de *ſententia* agatur *interlocutoria*, quæ ſub conditione probationis etiam in futurum ferri
14 poteſt; * aliter ſi de *definitiva*; quamvis & hanc ſub tali conditione ferri quotidiè videamus; neque ea pronunciandi ratio con-

tra

trà juris indolem eſſe cenſeatur: Cacheranus. *Dec CXLVI. & appell. ap.* Hartm. Piſtoris *Obſ. CXIX. n. 8.* * maximè ſi ſententia pura & 15
ſub conditione reſolvenda fuerit. Vantius *de Nullit. ſent. ex def. Proc. n. 112. in f. add.* Carpz. *Tit. XVI. Proceſſ. art. 2. n. 55. ſeqq.* & Manzium *qu. LVIII. inter Deciſ. Palatin.* (7)
Pertinet * huc doctrina Oſazc. *Dec. V. n. XI.* 16
quòd clauſula irritativa, conditionali diſpoſitioni adjecta, nil operetur; nec aliquem effectum ante eventum conditionis producat. * (8) Velut in ſe jus totum περιστατι- 17
κὸν eſt & ex Circumſtantiis pendet, ita heîc quoque ad mentem judicis reſpiciendum, nec ulla Clauſula ſic extendenda eſt, ut contrà mentem proferentis operetur. Klock.
vol. III. *Conſ. 182. n. 310.* * Fuit autem illa non 18
alia, quàm ut Dn. Impetrans reditus perciperet, niſi liquidò: Unſtraffbarlich / quod adjectum erat, die von Br. Titulum oſtenderent: quod ſanè longiorem tractum & formam Ordinarii minimùm requirit. * 19
Quæ verò *in adverſum* adferri poterant, tum ſolùm obtinent, quando alterũ in poſſeſſione, & ſuô quidem nomine eſſe, conſtaret: Tunc enim cl. juſtificatoria eundem in poſſeſſione tueretur: * Ceu è contrario ubi 20
alterum poſſidere non pareret; aut potiùs

eum non poſſidere manifeſtum eſſet: eadem Clauſula acquiſitionem poſſeſſionis non ſuſpenderet; ſed eam per eventum conditionis ſolùm reſolveret: quamprimùm ſcil. de jure alterius conſtare poſſet. *
21 Hinc ergò, ſi quis poſſeſſionem cum d. cl. habeat, quòd talis manutenendus ſit, communiter Dd. perhibent. *v.* Hondedæum *Lib. 2. conſ. 86. n. 32.* Gratian. *Diſcept. for. c. 317. n. 31. ſeqq.* Pont. *Lib. 2. d. ſpol. c. XIV. n. 136.* & Thomat. *Dec.* XXXV. *n. 20.* * Eaque doctrina (10)
22 tantò obtinet validiùs, ſi exſolutio redituum per ſubditos decernentis facienda ſit. (*v. in ſimili* Poſthium *Deciſ. 243. n. 7.*) Tunc enim, an jure fuerit alius in poſſeſſione nec ne, illi attendere non debent, ſed Decreto morem
23 gerere. * Denique (11.) clauſula illa poſſidentem tuetur; ubi autem nulla eſt poſſeſſio, ibi eadem per dictam clauſulam conſervata vel modificata eſſe dici non poteſt. Hoded. *Lib. 3. conſ. 86. n. 44.* Cæſ. d. Graſſ.
24 *Deciſ. XXI. d. Probat.* * Quòd ſi tamen adhuc obvertere velis, judicem eô ipſo pro vacante poſſeſſionem non habuiſſe, quòd cum cl. juſtificatoriâ Decretum impertierit.
25 * Tum verò illud non ſequi, exſertè docent Menochius *d. Adipiſc. remed. VI. n. 4. ſeq.* & Peregrin. *de Fideicomm. art. XLVIII. n. 56.* &

58. ut

58. ut quenquam providentia judicis ejusve modificatio terrere non debeat.

§. XVI. Ad *alteram Cautelam, quâ Decreta ſalvantur, tranſeamus, *Clauſulæ Intimatoriæ.* Nam hæc etiam in Decretis, ſi magni præjudicii non ſint, citationis defectum ſupplet: & velut ſi intimatio non fiat, Decretum nullum eſt: Mantica *Deciſ. 172. n. 1.* ita ab illo appellatio minùs neceſſaria & ſuperflua habetur. *Interim non factâ imitatione, nullitas tam per comparitionem Partis, quàm etiam per ſubſecutam Appellationem ſanari poteſt: cùm tamen aliàs per Appellationem Nullitas non tollatur. *Videlicet in h. ſpecie illud peculiare eſt, quòd Nullitas ex Decreto non pendeat; nec in ſolidum ex Partis inadvertentia profluat: quâ ratione ut pro judice præſumatur, ne quidem ipſe cupit; * In Decretis tamen magni præjudicii actus ſinè citatione geſtus per intimationem convalidari non poteſt: quin imò Decreta, etiam præviâ Citatione, facta, quæ executionem minantur, ſemper, etiamſi in illis expreſſum illud non fuerit, intimanda ſunt: Ludov. Poſthius *Obſ.* XC. *de Manutenend. n. 12. ſeqq.* *cùm quidem aliàs neceſſaria non ſit intimatio: ſi antè actus fieri debeat, ob quem deinde, vel in cujus conſequentiam, fieri debuit intimatio. *vid.*

1 2 3 4 5

6 *trad. à* Mevio *Lib. VI. Deciſ. IV.* * Sed hæc de Decretis in genere: de *Proviſionalibus* experiamur.

1 §. XVII. Quanquam * enim aliàs à ſententiâ Proviſionali, quâ pendente lite proſpicitur, (ſic enim vocem hîc accipimus. *v.* Gail. I. *O.5.n.3.*) regulariter non appelletur; ſed executioni ea danda ſit: Rebuff. *Tr. d. ſent. proviſ præfat. n.16.* (& ne quidem adv. Arreſta proviſionalia *Supplicatio* admittatur. Idem *d. Liter. Civilib. gl. XVI. n. ult.*)
2 * cùm, uti ſit ſinè plena cognitione, ſicque causâ leviter diſcuſsâ: ita nec plenum jus, & omnium minimè in causâ principali quid tribuat. *l. 5. §. un. d. jur. delib. l 15. §. ſi rerum. ff. d. re jud.* * Sicuti v. c. agenti peti-
3 tione hæredit. ſi ùnde vivat, non habeat, nullô Principali ex hinc creando præjudicio, quid ex fructibus hæreditariis adjudicari ſo-
4 let. * Tamen aliud dicendum eſt, ſi non fiat ex neceſſariâ causâ, inſigne incommodum aut iniquitatem præveniendi; aut planè eô cujus intereſt, inauditô, feratur Rebuff, *d. Tr.*
5 *d. S. P. art. 1. gl. 6. in f.* * Item ſi quid ex causâ principali tangat, ut eventus litis intactus & illæſus exiſtere nunc non poſſit. Eâdem
6 *gl. 6. & in præfat. n. 87. & 135.* * Et quandocunque judex in eâ exceſſerit: Sandius *Lib.*

3. De-

3. Deciſ. Friſ. Tit. XII. *def. 10. &* Anton. Faber *Lib.* VIII. *Cod. Tit. 15. def. 2. & 4. & 10. & 21.* * vel planè de illis in eâ quid ſtatuerit, quæ ne quidem in judicium deducta,& ſic extrà illud conſtituta ſunt. * Quæ verò ad impediendam Sententiam Proviſionalem admittantur exceptiones,de illis *vid. d.* Sandium *Lib. I. Dec. Tit.* VIII. *def. 3.* 7 8

§. XVIII. *Formam procedendi*, * & tum Tempus tum Modum, aliqua etiam gravamina adficiunt. * Quoad *Tempus* à *denegatione* absque causâ cognitâ *Dilationis* appellatur: quomodo Remedium quoque Nullitatis concedit Collegium Argent. *Tit. de Feriis 3. th. 33. 34.* * Item à conceſſione Dilationis nimis *anguſtæ*: *l. 18. Cod. Theod. ubi* Jacob.Goth. *quor. app. non recip. &* Gail. *I. Obſ. 53. n. 19.* velut octidui ad liquidandum. *v. l. ad peremt. 68. & ſeq. ff. d. jud.* * Quod cur non ſufficiat, & cur ulteriorem dilationem impetrandi ſpes non ſit, puta quòd terminus ſit præjudicialis, oſtendendũ eſt. Et hoc quidem vel maximè in cauſis extrajudicialibus & quæ ne formã quidẽ judicii habent. * Similiter gravamen orietur, ſi cùm ad reſpondendũ reo dilationem dederit judex, poſtmodùm inauditô eò per aliud Decretum dilationem coarctaverit: Nam & ſic 1 2 3 4 5

appellari poteſt: *l. 1. C. quando prov. non*
6 *eſt nec.* * Tam quòd coarctari non debuerit dilatio, quàm quòd Decretum contrà De-
7 cretum ferri non debeat: * Quanquam hoc poſterius num fiat, accuratè diſpiciendum ſit. Uti v. c. judex quando ſententiam errore, cùm acta integra putaret, vel circumventione partium, latam corrigat, ſententiam contrà ſententiam ferre putandus
8 non eſt: eò quòd prior jure nulla ſit. *Quod v. de coarctato termino diximus, non et-
9 iam in *Ampliatione* termini obſervatur: * Poteſt enim judex, maximè ſi probatio magni momenti, terminus autem non ſat amplus eſſe videatur; quamvis terminum peremtorium præfixerit, tamen eum revocare, aliumq; concedere ex officio. *vid.* Myn-
10 ſing. I. *Obſ.* LXXI. * Nec unquam *judicem* in his *variare* dedecet, quæ Parti jus quæſitum non adimunt, aut in ejus motu & po-
11 teſtate ſunt; * ſiquidem ex effato *Apollinis ad Salomonem, nella Secretaria, (p. 284.)* quod huc trahere liceat: *Gli huomini più ſaggi e prudenti tengono per virtù molto gio-*
12 *vevole in cangiarſi di opinione.* * Et communiter docetur, quòd Interlocutiones & Decreta ſimplicia, quoad judicem, nunquam in rem judicatam tranſeant, quin revocari poſ-

poſſint: Seraphin. *Deciſ. 1295. n. 5.* *Idque 13
nemine etiam petente, motu judicis propriô. Moller. *Lib.* IV. *Semeſtr. c. 1. n. 12. ſeqq. & c. 9. n. 13.* * Hoc tamen quoad Dilationem 14
prorogandam certum eſt, quòd ea Partis citationem & cauſæ cognitionem requirat; *l. fin. ff. d. Fer. & Dilat. l. 4. C. d. Dilat. &* Bald. *in l. 1. C. quom. & q. jud.* * Niſi ex Lege vel 15
Statutô, aut etiam modô conſuetô, itemq; citrà Partis præjudicium, illa prorogatio fieret. Nam his caſibus cùm Parti Defenſio non competeret: illa etiam citanda non eſſet. Dd. *ad l. 9. §. 1. ff. de Off. ProConſ. &* Abbas *in c. ex inſinuatione. x. de Appellat.* * Nec mi- 16
nùs illud obſervari debet, quòd *Ordinarius* quandoque Tempus *à Lege* Statutum, *in ſui præjudicium*, extendat: quô caſu quodc. deinceps audet, extrajudicialiter auſus eſſe cenſetur. * Proroget v. c. Ordinarius *Pa-* 17
trono tempus à Lege ſtatutum: Ita tempore ſex Menſium præterlapsô, in præjudicium ſuum Ordinarius in tantum prorogâſſe terminum videtur, ut jus conferendi Beneficii, etiam ſinè c. cogn. (cùm de ſolius prorogantis agatur præjudiciô,) ad Superiorem protinùs devolvatur. Creſcent. *Dec. X. Rot. Rom. Tit. d. Dilation.*

§. XIX. *Modum Proceſſus* * quæ vitiant 1

vamina, ad *Probationes* reſpiciunt: easque tum *artificiales*, tum *inartificiales*. *Has* per-
2 ficiunt *Teſtes* & *Inſtrumenta*. * Quoad *illos* non tantùm ab omni *Commiſſario*, ad teſtes recipiendos deputato, ſi modum commiſſionis excedat, appellari poteſt. Gailius I.
3 *Obſ. 35. n. 4. ſeqq.* * Sed in ſpecie à decretâ *Commiſſione*, teſtes *ad perpetuam memoriam* recipiendi, quandoq; appellatur. Rutg.
4 Ruland. *Part. 2. d. Commiſſ. Tit. I. c. 2.* * Videlicet ea commiſſio non niſi præhabitâ cognitione, Proſp. Farinac. *a. poſ. contr. exam. teſt. qu.* LXXVI. *part. 5. n. 129.* ſaltim Summariâ. H. Piſtor. *Lib. I. qu.* XXXVII *n. 6.* decernenda eſt: poſt quam cognitionem deinde, licèt expreſſa interlocutio non interveniat, tamen examinis commiſſio fieri
5 poteſt. Farinac. *d. l. n.* 131. * Imò debetis, contrà quem teſtes in eâ producendi ſunt, citari ad videndum jurare teſtes, & ſi velit, exhibendum interrogatoria, Maſcard. *concl.* 1366. *n. 3.* & Gailius *I. Obſ.* 94. *n.* 4. (ubi *in fin.* ſi citatio illa contigerit, etiam *poſt annum* adhuc agi poſſe, malè docet. *v.* Textor. *ad* R. A. 1654. *Diſp. IV. th.* 59. *ſeq.* Minimùm utique teſtes receptos eſſe Adver-
6 ſario intrà annum denunciandum eſt.) * niſi periculum in morâ ſit, antequam citatus comparere poſſet. Schraderus *Tr.*

Feud.

Feud. P. IX. *Sect. 13. n.* 113. * Quamvis igitur contrarium, adeòque appellationem locum non habere, doceat Antonius Faber. *Lib.* IV. *Cod. Tit.* XIV. *def.* 37 *n.* 7. & 8. quòd toties non ſit attendenda appellatio, quoties eâ admiſsâ fieri poteſt, ut res in tuto non ſit: nihilominus enim actu perfectô illum aliquando non præjudicaturum eſſe, ſi appellationem ſinè causâ non ſuſceptam fuiſſe conſtet. * Quò non minùs reſpicere videtur der Viſitations-Abſchied d. anno 1658. zu Speyer: ibi: ſollen deren Gegentheile contrà Commiſſariũ tanquam ſuſpectum excipirt/ und von ſeinem Proceſs ad judicem competentem appellirt/ und ſolche Appellationen viele Jahr her rechthängig bleiben/ darzwiſchen dann ehe und zuvor dieſelbe mit Recht ausgeführt/ die alte betagte Zeugen/der producirenden Parthey zu hohem Verluſt und Schaden/mit Tod abgehen und verſterben. Hierauf ſtatuiren und verordnen wir/ daß ohn Anſehen eingewendter Appellation nichts deſtoweniger der Commiſſarius à quo mit Verhör der Zeugen vollnfahren/und ſolches examen der Gebühr nach zu End zu bringen Macht haben ſoll. Solche Anordnung ſoll gleichfalls in ſtrittiger poſſeſſion, darinn die Zeugen allein ad informationem Judicis abzuhören/ gehalten

H 5 werden.

9 werden. * Quid tamen ſi *ipſa Commiſſio*, non etiam illud quod exinde oriturum eſſe provideri non poteſt, gravamen in ſe
10 contineat: * veluti ſi tantùm ob metuendam oblivionem decernatur: ob quam quidem Rulandus *d. P. 2. Lib. I. c. X. n. 4.* ſe non meminiſſe ſcribit, unquam in Camerâ, (quæ aliàs hîc etiam in causâ ad *Auſtregas* pertinente adiri ſolet Mynſ. 1. *Obſ. 18. &* Gail. 1. *Obſ. 93. n.* 2.) Commiſſionem de-
11 cretam eſſe. * Quid etiam ſi gravatus oſtendat, cur ad illud examen procedendum non ſit, cur cauſæ illa præjudicet, veluti lite jam alibi pendente, item quòd captioſa ſit, & litem exinde inſtruere Pars conetur: Imò ſi vel *requiſita* obſervata non fuiſſe demon-
12 ſtrare velit gravatus, audiendus eſt. * Equidem ſi à Commiſſariis ad perpetuam memoriam, pro informatione judicis, tanquam ſuſpectis ad Cameram appelletur, non quidem Commiſſio ſuſpenditur, nec etiam Inhibitoriales, (quod de regulâ accipiendum eſſe putem,) à Camerâ decernun-
13 tur. * Interim tamen Appellationem devolvit, & citatio unà cum Compulſorialibus emanare ſolet. *jx. præjudicium in c.* Dort-
14 mund *contrà* Cappenberg *an.* 1655. * Quòd ſi verò terminum contradicendi Commiſſioni ad perp. memor. quis petere malit, quatuor-

tuordecim dies, aut quatuor ſeptimanæ, ei
concedi ſolent. v. Ruland. *d. P. 2. Lib. I. c. V.*
n. 2. j. Rec Dep. 1600. §. wann, *judicialiter.*
* Quid de Decretô Commiſſionis ad *Examen ſimplex Teſtium*, inauditâ parte editô? 15
Mevius quidem *P. 3. Dec.* CCIII. appellationem non eſſe admittendam, ne proceſſui
mora injiciatur, tradit: * Verùm cùm meliùs ſit ab initio providere, Praxin Cameralem ſequamur, ut nec in inferiori judicio 16
Commiſſio ejusmodi *inauditâ parte alterâ*
decerni debeat; * niſi etiam timenda ſit 17
ejus potentia, contrà quem teſtes producuntur, Farinac. *Lib. 3. d. Teſtibus. Tit.* VII.
qu. 72. c. 1. n. 2. & 36. aut in morâ fuerit periculum. *n. eod. &* Gail. *l. O. 102. n. 3. ſeqq. &*
O. ſeq. n. 4. item lib. 1. d. Pac. Publ. c. 5. n. 15. Ayrer. *P. 1. c. 6. Obſ. 7.* * Imò ſolus terror aut po- 18
tentia ejus, contrà quem teſtes producuntur, defectum omiſſæ citationis non emendat. Gabriel. *Commun. Concl. Tit. d. Citat.*
Concl. 1. n. 342. * Quid tamen, ratione *cauſâ*, 19
de eâ Doctorum traditione habendum eſt?
qui Teſtes ad probandum *Aſſaſſinium*, item in caſu, quô ad *privationem beneficii*
agitur, Parte etiam non citatâ, fidem facere docent. Gabriel. *Lib. 7. Concl. 1. n. 20. junct.*
Felin. *in c. quoniam. x. ut lit. non conteſt.* * 20
Equidem cuiquam defenſionem ſuam tollere,

lere, eumq; ex Probationibus, eô non evocatô factis, jure ſuo privare durum eſt. Interim & hoc jx. probandum videtur, quòd Partis Citatio toties neceſſaria non ſit, quoties *ex indiciis procedi* poteſt. *Conf.* Dd. *ad c.*
21 1. *d. Homicid. in* VI. * Quamvis enim quælibet præſumtio per duos teſtes legitimè probari debeat; Teſtis autem Parte non citatâ ne quidem faciat indicium; Felin. *c. 2. x. d. Teſtib.* Tamen & ſic inter Teſtem unicum de ipsô actu v. c. deponentem, & ſic *indicium facientem*; (in quo demum illud verum eſt,) & inter Teſtem, quô *indicium probatur*,
22 (de quo h. l.) diſcernendum eſſe putem. * Sunt etiam caſus in quibus ex naturâ cauſarum vel modi procedendi, ad hoc ut teſtes examinentur, *litis conteſtatione* opus non eſt: puta, in matrimonali contrà contumaces, & in Proceſſu inquiſitorio, item quando de plano & ſinè figura judicii proceditur; uti in cc. Decimarum, Electionum. *cl. fin. de V.S. & cl. 2. d. jud. v. ppl. ap.* Marian. Socin. *in c. quoniam x. ut lit. non conteſt. n. 9. ſeq.* Ut idcircò ſi examen ante Lit. conteſt. ſuſceptum ſit, dd. caſibus gravamen nullum
23 exoriatur. * *Publicatio* utique teſtimoniorum, ex parte *Rei*, aliàs quoque *ante lit. conteſt.* fieri poteſt. Text. *Diſp.* IV. *ad* X. A. 1654 *th.* 61.

th. 61. * Quòd ſi tandem Notarius absque 24
Decreto & Commiſſione judicis teſtes receperit, actus planè nullus, nec appellatione opus eſt: cùm in nullô præſumi h. c. pro Notario poſſit. Card. Tuſchus *voc. Teſtes. Concl. CLXIV.* * Quoad ipſos *Teſtes*, ſi illi 25
Commiſſario non pareant, quomodo hic illos in pœnã Citationis condemnet: & quid, ſi Commiſſarius ille à Camera datus ſit, hæc ulteriùs ſtatuat, de eo *vid.* Wurmſer. *Tit.* XVIII. *Obſ. 7.* * Et in genere de Teſtibus 26
mediatis, itemque *per ſubſidium* citandis. Gail. I. *O. 56. &* Tract. von Commiſſ. und Commiſſionen. *Mogunt. edit. an. 1697. ubi formul. & obſ. Pract. p. 113. 145. & 175.*

§. XX. *Inſtrumentorum* * vel productio- 1
nem vel conſervationem gravamina extrajudicialia concernunt. *Conſervantur* illa per *Transſumtionem.* * Ita non tantùm ſi par- 2
titæ ex *Mercatoris*, vel Parochi etiam *libro* quid collationandum fuerit, (ſic enim loqui liceat,) adverſarius, ad videndum deſtinari Notarium ad extrahendum ſeu conferendum, citandus eſt; ſed idem in *Exemplatione* quorumvis etiam Inſtrumentorum requiritur; Veſtrius *Lib. VI. prax. c. 1. n. 13.* * *publicis* 3
tantùm exceptis, de quibus ſi exemplum ſumendum ſit, citatione opus non eſt: niſi

etiam

etiam unici Originalis, quod corrumpendum vel abolendum eſt, copia vel exemplum ſumatur; Farinac. *Deciſ. 351.* illudve *reſtaurandum* ſit. Gailius *2. obſ. 37. n. 10. 11.* (ubi & de *finibus reſtaurandis* idem docet.)
4 * Aliàs Inſtrumenta levata, ùt ajunt, per *proprios* Notarios etiam Parte non citatâ, & quandocunque, extrahi poſſunt. Lud. Poſthius *Dec.* CCCXXVI. *n. 1. de Manutenend.*
5 * Et imò ſinè citatione extracta inſtrumenta ſemper ſaltim *præſumptionem* facere, adminiculis præcipuè concurrentibus, Idem
6 docet *in Obſ. XCIV. eod. Tr. n. 19.* * Sed an etiam *citatio per edictum* ſufficit, ad Extractionem v. c. Inſtrumenti ſententiæ, vi compulſorialium decretam? Nequaquam verò, maximè ſi extrà locum Domicilii illa citatio fieret; ſiquidem is de cujus intereſſe vel præjudicio agitur, quique non ignotus eſt, perſonaliter citari debet. *v. c. fin. d. Elect. in VI. c. fin. x. d. fide Inſtrum. &* Felin. *in t. gratum. d. off. deleg.* * Non Obſt. *c. fin. d. Dilat. & c. fin. d. Dol. & contum.* Cùm de Parte quæ poſt introd. judicium diſceſſit, item de eo caſu, quo reus judici illi ratione domicilii
7 ſubeſt, loquatur. * Debet nempe Citatio ad domum, vel ſi de beneficio agatur, in Eccleſiâ Cathedrali inſtitui, aut in loco, ubi

ubi beneficium ſitum eſt. *dd. cc. & cl. cauſam d. Elect.* * Itaque ſi etiam quis hâc in re, 8
& vel circà *commiſſionem* in transſumendo, (*d. quâ v.* Gail. *l. O. 95. n. 2.*) præjudicium, quod inde ei creari poteſt, maturè evitare voluerit, maximè actibus aliis accedentibus, illum ſibi per appellationem conſulere poſſe certum eſt.

§. XXI. Circà *productionem* * oriuntur 1
gravamina, ſi Notarius præcisè jubeatur, ut Inſtrumentum *edat*. Quid enim ſi iſtud penes ſe habere neget: * modò ad hoc 2
rem delabi paſſus non fuerit, ut præceptum reiteraretur: ſic enim appellari non poſſe tradit Anton. Faber *Lib. 2. Cod. Sabaud. Tit. 1. def. XII.* * veluti nec aliàs ſi à primo De- 3
cretô appellatum non ſit, *à Confirmatorio* appellari poteſt, *l. 1. C. quand prov. non eſt nec.* idque in utrâque Parte. * Et tamen ei, 4
pro quâ pronunciatum, eique jus per Decretum quæſitum eſt, appellare licet, ſi judex illô priori Decretô purè datò, alterum qſ. confirmatorium ſub conditione daret. *l. judex d. re jud. c. in literis. c. ſignificantibus. d. offic. Deleg.* Tiraquell. *de Retr. Lin.* §. *1. gl. 7.* * Deinde gravamen ex hinc procedit, 5
quando dum inſtrumentum parti *oſtenſum* non fuerit, judex tamen protinus ei fidem ha-

habeat. * v. c. Inducitur inſtrumentô ca-
6 ducitas, ſi ager non bene coleretur. Defert Locator Conductorem exhibitô inſtrumentô, & immiſſionem petit. Si ea immiſſio decernatur, juſta appellandi cauſa eſt: neque enim inſtrumentum liquidum fuerat, & imò de deterioratione, inauditô conductore, conſtare non poterat. *vid.* P. Surdum *Part. I. Deciſ.* XXVII. *n.1. ſeq.*

1 §. XXII. Ad *probationem artificialem* * quæque ex ipſis rerum argumentis deſumitur, non incommodè referri poteſt *Evidentia* rei vel *Conjectio à peritis* ſumta.
2 * Hinc veluti à *Medicis* ſuper cicatrice aut vulnere deponentibus, (*v.* Gailium *II. Obſ. III.*) ab *Obſtetricibus*, itemque à *Notariis*, qui Literas comparaverant, ſi non rectè proceſſum ſit, illique fines excedant, *v.* Alex. *Lib.* VII. *conſ. 21. n. 4.* appellari poteſt. Angelus *&*
3 Bartol. *in L. Arbitro. ff. qui ſatisd. cog.* * Ita ſi ad *inſpectionem ocularem* auff den Augenſchein / v. c. aggerum, ædificiorum, ſimitum, quid decretum ſit, nullum eſſe cenſetur, niſi ad eam partes citatæ fuiſſent. Tuſch. *voc. Viſitatio. concl.* CCXVII. *&* Covarruv. II. *reſol. c.* XIII *n. 5.* adeoque etiam appellabitur. * Nec minùs ſi Commiſſariùs, ad eand.
4 non inſtructus, nihilominus eam Parte reſi-

ſtente

ſtente ſuſceperit: Nam aliàs ſecùs eſt, ùt ex h. Relat. ad Majeſt. Cæſ. patet: Ob nun wol deſſen die Käyſ. commiſſion keinen Befehl oder Meldung gethan / dieweil aber jedoch des Bekl. Anwald ſelbigem nicht wiederſprochen; auch ihme ſolches zuwiederfechten in ſeinem Gewalt nicht befohlen worden / zu deme die Beſichtigung uns und denen Zeugen zu mehrerm Bericht und Einnehmung der Sachen dienlich geweſt. So ꝛc.* 5
Sed & in *Limitibus* & *Lapidibus* inſpiciendis, in Beſichtigung und Erhebung der Marckſteinen / Pars citari debet: ut tamen ſi lapides nonnulli oblivione vel errore, dum Partes præſentes eſſent, *prætermiſſi* fuerint, eos, nach vollendtem actu, de novo, abſentibus partibus inſpicere Commiſſarius poſſit. Ruland. *P. 2. Lib. VI. c. X. n. XI.*
* Nec tamen ad omnem inſpect. Citatio re- 6
quiritur. Quid enim ſi illa ſolùm *ad informandum judicem* fieret, ùt eſt inſpectio *Carceris* ſqualidi & atrocis. Gailius *I. Obſ. XXVI. n. 9. ſeqq.* Aliàs inſpectio Ocularis ejusm. eſt Privilegii, ut etiam *poſt concluſionem cauſæ* peti poſſit. Speidel. *in Notab. voc.* Augenſchein. Brunnemann. *in Proc. Civ. c. XXI. n. 2. 3.* & Richter. *ad Auth. At. qui ſemel. C. d. Probat.* *Deinde nulla etiameſt ſententia, & 7
multò magis appellabilis, quæ *Agrimenſura*

non citatâ aut præſente Parte factâ inſequitur, eò quòd Nullitas iſta merita cauſæ afficiat: juxta Rulandum *P. 1. d. Commiſſ. Lib.* IV. *c.* *XX. n. 13.* & Mareſcott. *Lib.* II *Reſol. c. 70. n 4.*
8 *ita ut aliqui etiamſi antè citata fuerit ad videndũ deputari Agrimẽſuræ peritos, Scheider unñ Umgänger/tamen ad videndũ referre petitum, citari eam adh. debere velint: quod tamen non agnoſcit *idem* Mareſcottus *d. l.*
1 §. XXIII. Adhuc * de *Juramentis*, (nam & hæc ſuô modô ad Probationes referri debent,) aliqua moneamus. Et quidem de Juramento *neceſſario*, quòd illud judex, quippe initiò cauſæ imploratus, tam ante quàm poſt cauſæ concluſionem, Parte non ſpecialiter petente deferre poſſit, *ex trad.* Fachin. I. *Contr. c.* XVI Klock. II. *conſ. 75. n. 23.*
2 ſatis conſtat. * Sed an tunc etiam *nova ad videndum illud deferri* Partis adverſæ *citatio* requiratur? h. l. videndum eſt. Requiritur utique, niſi Pars per Procuratorem ad totam cauſam citatum præſens ſit Gail.
3 I *Obſ* CVIII. *n. 8.* * ubi, quænam circà eam delationem cognitioni cauſæ ſubjici de-
4 beant, recenſet. * Ad alia v. juramenta, ùt *Promiſſ.* Relaxatio eorund. reſpicit: quam *Principes*, (*ad Conſiſtoria* enim illa Poteſtas non pertinet. Anton Faber, *Swarzburgic.* *Lib.* II. *d. Relig. reg. c.* IX. *n. 16.* Conſultat. Saxon.

xon, *P. I. Qu. IV. n. 15.* Umm. *Diſp.* IX. *Proc. tb. 13. n. 74.* & Cran. *Probl. Camer. Diſp. IX. Probl. VI.)* aliquando indulgent. * In quâ 5
non minùs *citationem* Partis adverſæ, quæ juramentũ exegit & recepit, regulariter neceſſariam eſſe Gailius docet *Lib. I. Obſ. XXII. n. 3. 4. conf.* & *Obſ. ſeqq.* (ex quibus de aliis quoque Gravaminibus circà relaxationem orituris judicari poterit.) Interim Græveus *concl.* XXII. *conſ. 1. n. 3.* inſpiciendus eſt: ipſeque Mynſingerus IV. *obſ. 84.* à Gailio recedit, ad obſervantiam provocans. * Denique 6
de ipſo *Termino Probatorio*, & maximè eô, qui *præjudicialis* eſt, nil addimus, ùt circà eum quoque Gravamen extrajudiciale nonnunquam enaſcatur. Nam alibi iſtud jam tetigimus, inque naturâ Termini ejusmodi exponendâ ſatis diligentem ſe præbuit G. Nicolai *in Part.* I. *Proc. judic.* XLVII. *n. 11. ſeqq.*

§. XXIV. In univerſum * *Ordo judiciarius* nonnunquam *inverti*, ſicque gravamini anſa dari ſolet: ut ſi cui Decretum concedatur, ut hæres fiduciarius manifeſtare debeat omnes res hæreditarias: cùm tamen nondum actione perſonali adv. eum abnegantem actum eſſet. * Similiter ſi inaudito eô cujus quæſitum eſt, judex ſinè ju- 1
2

ſtâ cauſâ contumacem adhuc admittendum
3 eſſe decernat. *v.l.75.ff. d. judic.* * Item
ſi cùm lis nondum conteſtata, nec illæ exceptiones rei, præterquam litis alibi pendentis, oppoſitæ eſſent, judex tamen, rejectâ illâ litis pend. exceptione, pronunciet: quâ
4 ratione dupliciter reus gravatus eſt. * Datur etiam gravamen ejusmodi, ſi judex cauſam Ordinariam Executivæ proponat: Salgado d.Somoza *Part.* I. *Labyr. Cred. c.* XVI. *n. 16.*
5 * in quô Cap. & quidem *in n. 28. ſeqq.* disquirit: an ſi pars Creditorum Inſtrumenta guatentigiata habeat, pars non, totus Proceſſus Ordinarius, an v. idem ſecernendus
6 ſive partiendus ſit. * Item *in n. 64. ſeq.* An per appellationem unius ex creditoribus ſententia Graduationis. (ſeu de Concurſu & Præferentiâ lata,) in totum ſuſpendi, an quoad omnes executioni committi debeat? * Porrò gravamen appellabile eſt, ſi proceſ-
7 ſus *Executivus* in Ordinariũ verti velit. v. c. ſi is qui decretum immiſſionis obtinuit, ſuper liquidatione crediti cum reis denuò
8 contendere jubeatur. * Nam huic quidem integrũ decretum relinquendum fuerat, & tenebatur ille nihilominus oppoſitis contrà liquidationem reſpondere; niſi altioris eſſent indaginis, quæ ipſe ad Ordinarium dimittere

mittere poterat. *Sic & gravamen idoneum 9
eſt, ubi vel ipſi *cognitionum gradus conturbati* fuerint: uti (1.) Si ordinariè procedi velit in cauſa, quæ non niſi ſummariè peragi debebat, utp. in puncto liquidationis poſt ſententiam definitivam, *v.* Gail. *l. Obſ. 68. n. 7. junct. Obſ.* 113. *n.* 10. Et viciſſim, ſi ſummariè cognitum fuerit, ubi plena requirebatur cognitio; cùm judex, non niſi juſtâ ex causâ, ex Pleno judicio ſummarium facere poſſit. Zanger. *l. Except. c. 1. n. 58.* Mevius *l. Dec. 170.* velut in cc. minimis, ut in illis unum etiam teſtem v. c. vel quamlibet ſemiplenam probationem admittat. Beſold. *P. I. ad Ord. Würt. n.* XII. *Atque ex- 10
trajudicialiter procedere aut pronunciare tum demum queat, ſi exceptio nullius planè momenti ſit; etiamſi tunc ſubmiſſum non fuerit. Secus utique, ſi exceptio indaginem & probationem requireret: *Imò 11
Mevius *in l. Dec.* 188. ſi omnia in terminis *contradictoriis* conſiſtant, ne quidem Partem auf einen Vorbeſcheid citare poſſe tradit. (2.) Si ipſa quoque ſummaria cognitio cum illâ quæ de plano, aut quæ levatô velô eſt: * quas tres nonnulli (contrà quàm The- 12
oph. Raynaudus fecit, *in Gemitu Columbæ ſive Judicio ſeculi pag.* 352.) diſtinguunt. (*v.* Hillig. *L.* XVII. *Don. Enc. c.* XXI. *lit. R.*) con-

13 fuſa fuerit: * Ut tamen ubique judex rectè proceſſiſſe præſumatur: Menoch. II. *Præſumt.* LXVII. *& ſeq.* & cognitionem judiciariam non in omnibus ad exactiſſimam trahamus: *v.* Ludov. Poſthium *Dec. 582. d. Manut. n. 2.* ne perpetuis cavillationibus anſa
14 detur. * Sunt etiam accuratè notanda ea, quæ *per libellum expediri* poſſunt, h. e. ad ſolam partis ſupplicationem, ſeu per nudam ad libellum delatum ſubſcriptionem, citrà cognitionem cauſæ & adverſariô non citatô: *v. l. 39. ad L. Corn. d. falſ. l. 15. ff. de in*
15 *jus voc. & l. 3. 5. C. Comminat. Epiſt. Progr.* * ut ſolent ea fermè, quæ moram non patiuntur, item ea in quibus periculum nullum ſubeſt: qualis eſt allegatio excuſationum tutoris *l. 13. §. 10. de Excuſ. tut.* (Secus atq; in admittendis excuſationibus, quippe quod cauſæ cognitionem requirit. *l. 25. ff. eod.*) Similiter ut alimenta alicui conſtituantur, *l. ſi quis à Liberis. §. ſi vel parens. ff.*
16 *d. agnoſc. liber.* & cauſæ ſimiles: * quibus opponuntur aliæ, quæ *pro tribunali* & per exactam cauſæ cognitionem definiendæ ſunt: ita enim ex adverſo ponuntur: *per libellum* & *pro tribunali.* (*l. 2. C. quemadmodum teſt. aper. l. 9. §. 1. d. Off. Proc. l. 71. d. Reg. Jur.*) item *libellô* & *apud acta* (*l. 6. C. Præd. de Minor. expediri.*

§. XXV.

§. XXV. Tantum * de ipsâ Litium & 1
Cauſarum Diſceptatione, iisque, quæ circà illam oriuntur, extrajudicialibus Gravaminibus. Nunc & *Executionem* perluſtremus:
* ſiquidem *à præceptis de Exequendo*, etiam 2
reſcriptô principis expreſſis, *l. 1. 2. t. t. C. Commin. ep. & progr. & l. 9.* §. *1. d. off. proc.*
* & *jx.* Nicell. *d. Concord. gl. n. 114.* ab *Ex-* 3
ecutione ipsâ appellari poteſt: * Adeò ut ne quidem ex *Inſtrumentô* guatentigiato adv. inauditum debitorem præciſa fieri debeat Executio. (*v.* Ant. Fabr. *Lib.* VII. *Cod. Tit.* XV. *def. 10.*) *Licèt enim interceſſio per 4
hoc non ſit prohibita; priùs tamen inſpiciendum eſt, quid decernat judex, quàm quid adv. Decreti executionem fieri poſſit:
* cùm quidem ſi Decretum *clauſulam juſti-* 5
ficatoriam habeat, illa hoc operetur, ut *executio in citationem verti* poſſe cenſenda ſit:
Bartol. *in l. 5.* §. *meminiſſe d. N. O. N.* * qua- 6
le quid etiam in quolibet *Mandato cū clauſulâ* contingere plerique tradunt. * Intereà 7
ipſe *proceſſus Citationis & Mandati cum cl.* etiam reſoluti, (quanquam majorem quàm antea affinitatem contraxerint, per Rec. Imp. *d. an.* 1654. §. ingleichem. 82.) impensè differunt, *v.* Gylman, *Tom.* IV, *Part.* I. *vot.* 30. *n.* 20. *ſeqq.* & Autor, præjud. *apud Eund. p.*

 187.

187. & 189. Klock. *Relat. Cam. 5.* Blumium *Tit.* XXXIV. *d. Mandat. in Proc. Cam.* §. *63. ſeqq. &* Frid. Mindan. *Lib. 2. d. Mandat. c.*
8 VII. *Unde quandocunque, & quidem ſemper in cauſis plenô & Ordinariô judicio diſcutiendis, (Roding. *Lib. 3. Pand. Cam. Tit. V. inf.*) non Mandatum cum cl., quia & hoc quandam executionem habet, implorant: cùm tantùm citationem decerni ſolere noverint. *d.* Auth. præjud. *p. 189.*
9 Blum. *à Tit.* § *83.* * Quanquam autem meritò doctrina *Quintil. Mandoſii* negligenda ſit, qui *in Qu.* LVI. *d. Inhib.* etiam antequam *Mandato ſine cl.* decernantur, cûm illa ſint magni præjudicii, citationem prærequirit;
10 * tamẽ narratis non eò credi videmus, ut ad executionem procedatur, ſed adhuc Sub & Obrept. Exceptio ſupereſt, (*v.* Gail. I. *Obſ.* XXXI.) atque ad hoc *citatio* annectitur: de quâ tamen *v.* R. A. 1570. §. 82. &
11 1594. §. Demnach aber. * Adeò ut licèt aliqui Mandata *Inhibitoria & negativa*, qſ. illis citatio non inſeratur, exceperint; tamen in iisdem de Stylo Cameræ idem obſervari tradat Schvvanemannus *Obſ. 134. n. 4.* atq; in genere in illis reum citati Rodingius doceat *p. 527.* ſeinen theils geleiſteten / theils willfährigen Gehorſam glaublich darzuthun/ oder

oder nicht/ und da dem Käyſerlichen Gebot zuwieder gehandelt werden ſolte/ alsdann zuſehen und zuhören/ ſed decl. &c.

§. XXVI. Igitur * ſi Decreto Clauſula 1
adhibita fuerit, res in tuto eſt; ſi verò eidem inſerta non reperiatur, etſi tunc conſtet de debito, ſed non *quantum* debeatur, tamen malè creditori hypothecæ ſit adjudicatio:
* nec juvat Decretum, ſi ei adjunctum fuerit, *liquidationem ulteriùs fieri debere*: Nam 2
id quidem planè præpoſterum eſt. * Licèt 3
etiam debitor ſe debere non neget, tamen non tunc ſolùm, ſi *defenſio* ei in Decreto *permiſſa non ſit*, appellare poteſt. *v. l. 2. & l. pen. C. de Precib. Imp. offer.* * Sed etiam ju- 4
dex, qui inordinatè, ſeu quod ajunt, *incivi-liter* exequitur, litem ſuam facit. Baldus & Dd. *in l. ſancimus. C. d. Judic.* * Ità *inordinatè* 5
exequitur judex, quando ſtatim debitorem *ſolvere, aut* verò *in carcerem* detrudi jubet. Etenim juſſus aut mandatum de ſolvendo cum *dilatione* præcedere debebat: (* ceu 6
ne quidem, in reſtitutione rerum immobilium, quin priùs ad parendum terminus præfigatur, executio facienda eſt. Kraiſſer. ad O. Bav. *Tit.* XIII. *Leg. 2. n. 2.*) niſi etiam *in pignora* fieret executio, illudque ſolùm ad Miſſionem: * utcunq; enim poſt ipſam 7

quoque diſtractionem pignora luere liceret; tamen niſi juſſus de ſolvendo & ſubhaſtatio ſolita præcedat, ne quidem ad diſtractionem protinus aditum facere debet ju-
8 dex: niſi appellari abinde poſſe vellet. * Videlicet non unicè debitoris Utilitas in eâ re verſatur, ut ſi illa fortaſſis non adeò, vel ſaltim in effectu non periclitetur, appellationem metuere neceſſe non habeat judex; verùm & *publici* intereſt, ut forma juris non ſubvertatur. Unde quamvis Decretum cum cauſæ cognitione emanatum *apparitor*, *citrà* tamen *mandatum* de exequendo, quod exhibere debet, (Ant. Faber. *in Cod. Tit. de eo quodmet. c. def. 3.*) exequi velit, nulla eſſe omnia, quæ executionis causâ geruntur, & imò apparitori *reſiſti* poſſe, *idem* Faber rectè docet. *Lib.* VII. *C. S. Tit.* XX. *def.* 28.
9 * ſola utique *manus debitoris* ad exequendum non ſufficit: cùm quidem inſtrumentum niſi *recognitum*, non probare, ſit tralatitium: * multòque minùs *Tractatus* ſive *Conceptum*, das entworffen und hernach ins Reine zu bringen iſt: de quo tamen omni-
10 nò v. Carp. *P.* I. *C.* XVII. *def.* 38. * Aut quando Debitor *Charta biancha* ſubſcripſerit aut ſigillum appoſuerit, cujus tamen contenta nunquam legit: Nam ita ſibi præjudicâſſe non cenſeretur: ita de chartâ

biancâ

biancâ auf Wechſel *ap.* Richter. *in P.* III. *Dec. 129.* elegans F. ſpecies & Reſponſ. Helmeſt. item Jenenſ. extat.) * Et tamen ſi 11
appellatum non ſit, & de debito liquidò conſtet, tum v. quia is qui exigitur, dum ſolvit, quod debet, nil damni facit. *l. 12.* §. *f. l. 14. pr. quod met. c.* non ſolùm decretum non revocabitur, Rebuff. *ad l. ult. ff.* §. *fin. eod.* ſed & judex Partem adhuc ad ſolutionem, ac ſi ritè facta eſſet executio, adſtringet. * Num etiam eand. executionem *in expenſas litis* diriget? Ita dicendum eſt: cùm 12
uti debitor ſe non habere juſtam litigandi cauſam ſciebat, ſi ſolviſſet protinus, bonam fidē agnoſcens, creditor in exequendo peccare non potuiſſet; ut tamen victo, ſi quid 13
per executionem damni paſſus eſſet, reſarciri & compenſari meritò debeat.

§. XXVII. Poterat * his omnibus quæ 1
jam diſſeruimus *objici*, quòd *à Præcepto de exequendo* appellari non poſſe doceat *cum* Dd. comm. Maranta *Tit. d. Appell. n. 249.* Alexand. *vol.* II. *conſ. 95.* Berous *Lib. 3. Conſ. 32. n. 5.* * & in ſpecie ab eo, quod *inſtrumento* paratam executionem habenti innititur; 2
Scaccia *de App. Qu.* XVII. *Limit.* X. *n. 8. 22.* Veſtrius *Lib. 7. Pract. c. 3. n. 17.* multòq; minùs *ab executione ipsâ.* * Et cur enim in judicio 3

exe-

executivo ne quidem *exceptio* altiorem indaginem requirens admittitur, ut poſteà demum deduci debeat: Carpzovius *Dec.* LII. atque à rejectione exceptionis illiquidæ interpoſita appellatio tantùm devolutivum
4 effectum habeat. * Verùm uti aliàs ab executione *rei judicatæ*, ad ea quæ paratam executionem habent, argumentari non licet:
5 * Id quod vel exinde planum eſt, quòd in his, adeoque in Proceſſu Executivo, aliæ etiam exceptiones admittantur, quàm quæ executioni rei jud. opponi poſſunt: modò liquidæ ſint, ùt eſt ſimulationis, uſurariæ pravitatis, &c. *ap.* Colerum *Part.* IV. *c.* I. *Proc.*
6 *Exec.* * Sed executioni rei jud. non niſi eas liceat objicere, quæ ad moderamen executionis pertinent, quæque ſententiam non impugnant: (*v.* Gail. 2. *O.* XVII. *n.* 9. *ſeqq.*) reliquis ad novam poſt executionem in-
7 ſtantiam rejectis. * Ita quantum ad Appellationem pertinet, διχῶς νοεῖται *Executio*, duplicemq; ſenſum habet: ut omninò inter executionem ſententiæ, quæ in rem judicatam tranſiit, à quâ appellatio non admittitur: & inter eam, quæ fit ex inſtrumento auf einen Schuld-Brieff / diſcernendum ſit:
8 * ut ſi exceptiones quæ eidem objici poſſunt, altiorem indaginem requirant, non appel-

appelletur: * niſi etiam objiciendarum ea- 9
rum poteſtas, v. c. liquidationis, in ipsô in-
ſtrumentô facta eſſet. (Mevius *Part. 6. Dec.*
377.) * Secùs autem ſe habeat, ſi exceptio- 10
nes privilegiatæ aut probatæ ſint; aut ut quis
ad probandum ſe offerat; * licèt non proti- 11
nùs è veſtigio, probationes accerſat; Con-
tard. *Limit. XIX. de Moment. poſſ. n. 24.* vel e-
tiam ſolutionem, v. c. per juramentum, cùm
quietantia amiſſa eſſet, probare vellet.
Carpzov. *Lib. 5. reſp. Tit. 9. reſp. CIV.* * Tunc 12
enim uti hæ exceptiones executioni rectè
objiciuntur: ita etiam ſi contrà eas pars gra-
vetur, ehe die Beſcheide in rem judicatam
erwachſen/ eam appellare poſſe rationis eſt:
Süttinger. *Obſ. LXXXIX.* & Lancellott. *Part.*
2. d. Attent. c. XII. *Lim. 53. n. 28.* * idque hoc 13
caſu etiam quoad effectum *ſuſpenſivum*; a-
liter atque Scaccia *d. l. conf.* Felinus *in c.*
Quod ad conſult. n. 18. de re jud. * Hactenus 14
ſcil. res judicata & inſtrumentum quod quis
recognovit, conveniunt, ut neutrubi provo-
catio admittatur; *l. 5. C. quor. appell. non recip.*
* niſi etiam *exceſſus* in exequendo tanquam
novum gravamen allegetur, (*c. novit. d. Ap-* 15
pell. ubi Decius in qualibet cauſa ob exceſ-
ſum appellationem dari ait: quod probat &
omnem adeò exceſſum *Attentata* ſequi

docet

docet Pariſ. IV. *conſ. 82. n. 12.* Lancellott. *d. Attent. App. pend. Lim. 53. n. 23. ſeqq.*) atque exceſſus deſignetur intrà decendiū, (Veſtr. *d. c. 3. n. 4.*) quò judex à quo ſciat, an appella-
16 tioni deferendum ſit: * prout de ipsâ legitimitate cauſæ judex ad quem diſceptare de-
17 bet. Ferinac. *q. 38. n. 29.** Porrò ſi Executor *injurioſè* agat, cùm illô caſu eidem reſiſti queat. A. Faber. *Cod. Tit. d. Exec. rei jud. def. XV.*
18 multò magis appellari poterit; * ſed tamen non à toto; ùt Ruin. voluit: *vol. V. conſ. 78.* verùm *à tanto* ſolùm provocatur. Contard.
19 *d. Moment. Lim. XIX. n. 19.* *Non aliter atque Executio non in totum irritatur, ſi in plus quam debetur, fiat. *v. omninò* Coſtam *de Quot. & rat. qu.* CXXXVII. & Cancer. *3. reſol. c.* XVII. *n. 350. item* Salgado *de protect.*
20 *Reg. vi appr. p. IV. c. 3.* * Nec tamen his ſolùm caſibus à præcepto de exequendo appellabitur, etiamſi fortaſſis à primâ ſententiâ, ante eam, quæ ad executionem tendit, appellari non potuiſſet: ùt rectè Felinus *c.*
21 *quod ad Conſult. n. 17.* * Sed & ſi *Tertius* poſſeſſor aut ſucceſſor ſingularis ex inſtrumento paratam executionem habente condemnetur, qui tamen in Inſtrumento nominatus non eſt: quem appellare poſſe *d.* Felinus *in c. ſuggeſtum eſt 15. x. d. Appell.* & Carpz. IV. *reſp. Tit. 1. reſp. x.* perhibent.

§. XXVIII.

§. XXVIII. Interim * quoties his caſibus 1
executio actus eſt *judiciarius*. *v.* Coll. Argentor. *d. re judic. th. 90.* Appellatio abinde competens huc non pertinet: inque eam ſententiam accipienda ſunt, quæ *ex Maranta* adduximus. * Quòd ſi tamen ad exe- 2
cutionem Partis *Citatio* requiritur: veluti tutius & regulariter juri magis congruum eſſe Salgado pronunciat: *d. protect. Reg. p.* IV. *c.* V. ut citatio antè emittatur; & reo ut intrà certum tempus ſatisfaciat, mandetur. * Imò 3
nullum eſſe ſinè citatione prætextu rei judicatæ factam executionem docet L Poſthius, *Obſ.* XV. *d. Manuten. n. 147. ſeqq. junct. Obſ. LXVI.* * Tum v. neglectâ Citatione grava- 4
men extrajudiciale non minùs dabitur. * Neſcio tamen annon illa *Salgado* traditio mendoſa ſit, ſi de eàdem, re, per eundem judicem, inter easdem perſonas, ſit facienda executio: ita enim regulam formem in centrarium, quòd ad hoc ut executio fieri poſſit, citatio non requiratur. *conf.* tamen Gailium I. *Obſ.* CXIII *n. 1. 2. 3.* * Ad Exceptiones 5
quoque ſpectat, adeoque requiritur citatio, ſi appellatum & *appellatio deſerta* eſſet; ſicq; inſtituenda foret executio: item ſi contrà victi *ſucceſſorē* intentanda; ſi *in aliâ Provinciâ*, contrà *tertium*, ſuper *re aliâ*, in *hæredita-*

te

te jacente, in ponendis *limitibus*. Græven.
6 *Concl. CXIII. n. 3. ſeqq.* * Quibus quidem caſibus gravamen extrajudiciale, non adhibitâ citatione, evenit: niſi quòd etiam hîc attendendum ſit, citationem in illis ſpecie-
7 bus non juris experiundi cauſæ deſtinari. * Verùm licèt plerumque ad extrajudiciale gravamen perinde ſit, ſive dicas omiſsâ citatione, ſive omiſsâ cauſæ cognitione, quid præjudicii gravato illatum eſſe. Tamen etiam ſola citationis neglectio, ſi ſaltim *partem inauditam, cognitâ quamvis causâ*, adhuc gravari poſſe conſtet, prout quidem in dictis ſpeciebus iſtud contingere poſſe nemo non videt, gravamen extrajudiciale
8 per ſe inducit. * Cæterùm ideò rei judicatæ executionem propriè judicialem actum eſſe dicemus, non quod authoritate judicis illa fiat, ſed quia fit vigore judicii antecedentis, quod totum reſpectum facit; *l. 57. ff. d. Evictíon.* ſicque rectiùs actus judicii con-
9 ſecutivus, (*v.* Ummius *Dec.* XXIII. *n. 2.*) diceretur. * Et tamen cùm in eo ad judicium antecedaneum tantoperè reflectatur, inde *Confeſſionem* coram *apparitore* factam in tantum pro judiciali habet Anton. Faber. *Tit. quando fiſc. vel privat. def. 8.* ut illa etiam condemnationem, (ſaltim fiduciariam,) parere poſſit.

§. XXIX.

§. XXIX. Tantum * de Executione po- 1
ſſimùm eâ, quæ *rebus judicatis* innititur.
cut autem, quod *Inſtrumenta* attinet, à
ecreto de non exequendo Inſtrumentum o-
ninò appellatur. Amatis *Deciſ. Marcb.*
XXV. n. 22. & 23. * Ita Executio ex inſtru- 2
ento *nond. recognito* intentata appellabilis
t; (*v.* Carpz. *p. 1. Conſt. 20. def. 13.*) neque
im ita ſunt Klare Brieff und Siegel: & ùt
re communi Inſtrumenta guarentigiata
ratam executionem non habent; *l. Mi-*
r. ff. d. Minorib. * quibus aliàs obligatio- 3
s & inſtrumenta pleniora ſunt, quæ *in for-*
Camera concipiuntur: h. eſt, quæ cl ha-
nt, *quòd eligendò unum remedium, Credi-*
es ab alio, donec obtinuerint, receſſiſſe non
int: indeque etiam Remedia executiva e-
modi Creditores ſtatim ab initio rectè *cu-*
lant. (Scipio *Lib. I. Rot. Spir. Dec. XXI.*) ſed
im noſtris Moribus; Myler. *D. 2. ad Ru-*
. tb. 1. p. 277 Ita nunc etiam ubi recogni-
facta non eſt, debitor confeſſus aut judi-
is eſſe dici non poteſt: * ſaltim quòd unius 4
riusve loci moribus tale quid induci nil
hibeat, ut Inſtrumentum, (ſic & *confeſſio*
cialis,) paratam executionem ſortiatur.* 5
e tamen conſuetudo ad locum *tertium*,
executio in bonis ibidem ſitis facienda
, extendi ne quidem deberet: Jac. Can-

cernius *P. 2. reſol. c. 3. n 13. ſeqq.* cùm actûs judiciarii ad geniũ loci ubi fieri debent, aptandi ſint. * Quòd verò ſi ex inſtrumento contrà
6 non citatum Executio vel immiſſio decerni non poſſit, idquid ſi fiat pro extrajudiciali gravamine, eòque appellabili, habeatur, illud docet Panormitanꝰ *in c. quod adConſult. n. 28. d. re jud.* Guido Papæ *Dec. CCXCIII.* Marant. *Tit. d. ſcntent. n. 24.* Dn. Mevius *in P. I. Dec. XV. &* Dn. Carpz. *L. 2. reſp. El. 2. & 3.*

1 §. XXX. De quo * tantò minùs dubitandum eſt, ſi *contra tertium*, non citatum, executio decerneretur. *v.* Gail. *1. Obſ. 70. n. 16. &* Mynſing. *3. Obſ. 73.* Nam & ſi poſt rem judicatam, contrà aliòs quàm litigantes, executio decernatur, gravamen appellabile
2 eſt. Clezel. *d. Appell. c. 3.* §. *4.* * Adeò ut nec adv. Tertium, qui *Banniti bona*, tempore Executionis, velut ex jure hypothecæ, poſſidet, executio Banni in illis, eò non auditô, fiat; ſed adv. eum, etiamſi *mediatus* fuerit, (per cauſæ continentiam,) *Mandatum tum Cl.* decernatur. *v.* Gail. II. *d. P. P. XVII. n. 10.*
3 *ſeqq.* * Maximè quòd non tantùm Tertius quilibet Executori, de *non jure impetrantis*, regulariter, ſi illud facilè oſtenſurus eſſet, rectè opponat. Diez. d. Mena *Lib. 1. Qu. IV. n. 55.* (ubi etiam *n. 42. Executorem Merum*, ſi Tertius, ſe cum Titulo poſſidere, nec unquam

quam aditum eſſe, demonſtret, in exequendo *ſubſiſtere*, & ad Ordinarium referre debere præcipit.) Sed etiam Tertius *innocentiam Banniti* probaturus, tanquam excuſator, admittendus ſit. Gail. *d. l. n. 8. 6.* * Equidem 4
aliquando citrà novum Proceſſum, in alios judicati executio datur: verùm illud non niſi in *exceptis, v.* Perez *præl. Cod. Tit. quib. res judic. non nocet. n.* 7. (velut in fidejuſſoribus tantùm litis; non etiam in cæteris,) obtinet: *l. ſi fidejuſſores ff. Mandati.* * Imò etiam quo- 5
ad *litium* Fidejuſſores inter eum qui *judicatum ſolvi*, & qui *judicio ſiſti* cavit, diſcernendum eſt: ut licèt neutri *Exceptio Excuſſionis* competat: tamen Executio contrà *iſtum* ſinè Citatione decerni non poſſit, uti quidē poſſet contrà *hunc*, qui judicio ſiſti caverat. A. Fab. *L. VII. C. Tit. d. Fidejuſſ. def. 8.* * Quid 6
quòd ne quidem in *hypothecæ poſſeſſoribus* diverſum obtineat: ita ut ſi vel in partem debiti, ex actione perſonali, condemnatus fuerit hæres; non tamen ei hypotheca quam poſſidet, in ſolidum extorqueri poſſit, ſinè actione hypothecariâ, (Mevius *P. IV. Deciſ. 11.*) * Unde ſi, lite quamvis ſuper hypothecâ 7
pendente, pignus alienatum ſit; viâ tamen executivâ contrà poſſeſſorem ejus procedi non poteſt: * niſi emtor litis conſcius, & de- 8
bitor aliàs non ſolvendo fuerit: quippe

quòd per jus pignoris controverſum,litigii vitium pignori non inducatur, ut alienari poſſe non debeat. *Nov.112. c.1. &* Covarruv. *pr.qu.c.XV. conf.* Contard. *de Momentan. Qu.* XXIV. in quâ latè explicat, quomodo
9 tertio,conſulatur. * Sanè ſi vel maximè contrà tertium, in quem lite pendente res alienata eſt, ſinè novo Proceſſu, ſi rem litigioſam eſſe ſciverit,fieri poſſit executio: Coler.
10 *P.2.Proc.Exec.c.3.n.418.* * Et quidem alienatio ejuſmodi, tanquam actus qui poſt litem motam,ſ. *judicio durante*, factus eſt, etiam *per conjecturas* ſuſpecta reddatur; Buratt. *Dec.724. n.3. & Dec.928. n.2.* Mantica *Lib.8. d.T. & A.Conv. Tit.25. n.37.* Tamen & hæc ipſa fieri absque prævià citatione non pot-
11 eſt. Græven. *Concl.* CVIII. *conſid.1.* * Quid tamen ſi Tertius in proceſſum *ſponte* veniat, ſuasque defenſiones alleget? Tunc, quamvis proteſtetur; tamen in eumExecutionem
12 dari juris eſt. *v.* Gail.I. *Obſ.* LXX. *n.25.* * Aliquando ab Executione *contrà ipſum Principalem* directâ Tertius *appellat. v.* Eund I.
13 *Obſ.* CXIII.*n.2.* * Vel etiam in eâ *intervenit*: quæ quidem interventio ſi non frivola fuerit,præſtitâ Tertio idoneâ *cautione*,ad alium Proceſſum reſervatur. Mevius *P. V. Deciſ.* CCCXXXV. *ubi v. præjudic.*

§.XXXI.

§. XXXI. A *Miniſtris* * ſeu *Apparitoribus* non appellatur, ceu quidem voluit Magonius *Dec.* LXVI. *n.* 26. ſed actio de dolo datur: *l.* 3. § *ſi executor. de Negot. geſt. v.* Ant. Faber *d. Exec. rei jud. def.* VIII. quandoque etiam de vi privatâ. Idem *ad Tit. d. L. Jul. de vi publ. & priv. def. un.* * Eademq; ratio efficit, ut ab *Aſſeſſoribus*, Collegis Curiarum, *Secretariis*, Miniſtris & Nunciis, ſi in Officio errârint, aut Officii prætextu nonnihil prævaricati fuerint, appellatio non admittatur. * Nam aut propriis illi actionibus conveniuntur; aut Magiſtratus ipſe, in eodem Judicio deſuper imploratus, eos pro admiſſi ratione coërcet. *l.* 3. *C. quor. app. non recip. junct.* Tiraquell. *d. Pœn. cauſ.* LVIII. *n.* 3. * Atque malè exhinc *Sutholtius*, qui tamen in Jurisdictionis argumento accuratè verſatus eſt, ab apparitore appellari poſſe docet. *Aphor.* 223. *d. Jurisdict.* * Quem quidem *Legem* 5. *C. d. t.* ita accepiſſe opinari poteramus, ut ob factum Apparitoris, qui tamen juſſum Magiſtratûs excedentis ſequebatur, appellari poſſe voluerit: niſi idem exſertè addidiſſet: *dari ſic ſpeciem, ubi ab eo appelletur, qui Jurisdictionem non habeat.* * Illud non omittendū eſt, quòd ex violento facto Executoris vel Apparitoris, *

1

2

3

4

5

6

(cui aliàs, intra terminos officii ſui ſe continenti, ſi *injuria* fiat, graviùs coërcetur, weil dergleichen Leute in des Lands-Fürſten Geleit ſeynd. Kraiſſ. *ad O. Bav. Tit.* I. *Leg.* VIII.) is pro quo facta eſt Executio teneatur, ſi *ratum* illud *habuerit.* Ant. Fab. *Tit. d. Man-*
7 *dat. def.* 3. * ſemper autem teneatur ille, qui taliter actum fieri mandavit, cùm is ordinanti, non exequenti, tribui debeat. P. Surdus *Dec.* CCXCII. *n.* 9. & *Dec.* CCXCVII.
8 *n.* 1. * Tandem, ſi *plures Executores* concurrant, quorum unus ad alterum reſpiciat, quid tunc parti faciendum ſit? *v. ap.* Diez.
9 d. Mena *Lib. I. Qu.* 4. *n.* 65. *ſeqq.* * Aque ſi *Brachium ſeculare* implorandum ſit, quòd ne hoc quidem, ſinè Citatione partis adverſæ, fieri queat. Nattam *in vol.* 3. *Conſ.* 529. *n.* 6.
10 * In univerſum, ut articulum hunc finiamus, uti in nullo *Proceſſu Executivo* facilè admittendam eſſe Appellationem vidimus, nec niſi ob gravamina, quæ Proceſſum injuſtum planè faciunt: ita Inſtantia Appellationis ſummariè, & vel Mandati Proceſſu, terminanda, & frivolè appellans tantò ſeveriùs caſtigandus eſt.

1 §. XXXII. Duo ſolùm gravamina * adjiciemus, quæ potiſſimùm ad Executionem, ejusque *Quantitatem aut Definiendi Mo-*

dum

dum pertinent. Sunt autem Æſtimationis & Aſſignationis extrajudicialis. * Nam Æ- 2
ſtimatio, die Schatzung/ licèt Judici tantùm revelanda ſit; *l.* 12. *pr. d. Religioſ.* non tamen illa ſuſcipi ſinè citatione eorum debet, quorum intereſt. * Saltim quòd rectè 3
etiam ſemotis Partibus, velut in Teſtimoniis dicendis, deinceps ea *peragatur*. (*v.* Mevium, *Diſcuſſ. Levam. Inop. Debit. c.* 4. *Sect.* 13. *n.*34.) * Aliàs valida quidem eſt, 4
quoad nil in ea præter omiſſionem Citationis deſideratur: quoad reliqua autem adhuc, qui citati non ſunt, audiri debent: idq; ſi fieri non velit, juſtè appellabitur. * Et in 5
ſpecie quidem adverſus Æſtimationem, *in ſubhaſtatione* factam, provocatur, ſi legitimè peracta non eſſet, v. c. dum denunciatione debitori ad reluendum factâ. Bartol. *in l.* 1. *C. d. ponder. aur.* * Quòd v. etiam *à pu-* 6
blicatâ taxatione, ſi enormem læſionem contineat, provocari poſſit, alibi docetur: * ut 7
tamen cùm Æſtimatio propiùs ad arbitramentum accedat, *reductio* ad arbitrium boni viri inſtituenda potiùs eſſe videatur. *v.* Mevium *d. l. n.* 35. *ubi de Æſtimatione plura cumulat: ùt &* Poſthium, A. Matthæi, Philippi, *&c. d. Auctionib. Subhaſtationibus.*
* Ab *Aſſignatione portionis* minùs congruæ 8

 appel-

appellari poſſe Rebuffus tradit, *d. congruâ port. n. 79. conf.* Coſtam *& alios*: atq; cumprimis Diez d Mena *in Lib. 1. Qu.* XIV. *per tot.* ubi diſtinguit. (*v. n. 12. ib*) * & de *Reformatione Penſionis* idem, quòd ab eâ, quoad utrumque effectum, appelletur, inculcat.

1 § XXXIII. Quanquam v. * quæ hactenus exhibuimus, gravamina in Secundam inſtantiam non minùs incidant; peculiariter tamen admonendum eſt, quòd in eo Gravamine extrajudiciale circà *Appellationis inſtantiam* detur, ſi Judex ejusdem, non citatis Partibus, & ſic causâ non cognitâ,

2 Appellationem *reſpuat.* * Etiamſi enim *deſertam* eſſe appellationem judex ex officio, non citatâ Parte alterâ, pronunciare poſſit, (uti habet *præjudicium 13. Dec. ann. 1658. in Cam Imper. in c.* Ⓔ. *contrà* Ⓛ, *obſervatum;*) *rejicere* tamen d m. appellationem nequit; ſed potiùs ab illâ rejectione, gravatus, non aliter, ac à qualibet judicis conſultatione, *v. l. 1 §. 1. d. app.* provocare debet. *Sicuti docet* Bartol. *in l. fin. C. quorum app. &* Salycet. *ibid.*

1 §. XXXIV. Sequuntur * Gravamina ob neglectam *Citationem* orta, quòd hæc non tam juris experiundi, quàm *judicii causâ*

2 requireretur: * Quibus ea, quæ in *omiſſo*

con-

conſenſu alterius fundantur, accedunt: adeoque toties appellare licet, quoties quid fit à judice, quod non niſi cùm Conſenſu meo facere poterat: * veluti ſi *Curatorem* 3
bonis præſtituat, non citatis Creditoribus. *v.* Dn. Struv. *Exerc. I. Civ. XLIV. th. 66.* * Si 4
Cautionem Uſufructuariam, quamvis à Teſtatore remiſſam, hærede tamen inauditô, remittat. * Itaque cùm alicubi *relegatus* 5
ob injurias reales, recipi Parte invitâ non poſſit: *v.* Gail. *2. d. Pac. Publ. c.* XVIII. *n. 16.* Ideò, ſi receptio hæc læsô inconſultô fiat, hic appellare poterit: * Ceu quidem nul- 6
libi Judex *pœnam Parti quæſitam* remittere valet, ut non ab eâ remiſſione, ſi non ipſa conditio judicis, (velut Cameræ,) obſiſtat, provocetur. * Sit in Camerâ v. gr. 7
aliquis in pœnam Executorialium, Fiſco & Parti applicandam, declaratus: utique ſi is pœnæ remiſſionem petat, expenſas contumaciæ offerens, à Judice *r. publici intereſſe ad Fiſcum* remittitur, qui plerumque aliquid de jure ſuo, nomine Imperatoris, remittit; ſed quoad *Partem*, ratione portionis eidem aſſignatæ, & hinc juris quæſiti, contradicentem, Judex efficere nil niſi per *Reſtitutionem in int.* poteſt. *vid.* Gail. *I. O.* CXIV. * Quæ autem 8
ſimpliciter in neglecta citatione verſantur

gravamina, oriuntur circà Remedia vel *Extraordinaria:* ut ſunt *Arreſtum, Sequeſtrum,* & ſimilia; vel *Ordinaria. Hæc* de negotiis
9 tum Licitis concipiuntur, tum illicitis. * Quoad *licita*, ſpectabimus *Mandatum de ſolvendo*, ejusque aut quorumvis aliorum
10 eventum in *Miſſione* in poſſeſſionẽ. * Quòd ſi enim Judex ſolutionem extrajudicialiter injungat, appellabitur; *l. 16. §. ſi pluris. ff. de pignorib. l. Creditor. §. juſſus. ff. d. Appellat. l. 3. C. d. re jud. &* Bart. *in l. quod juſſit. d. re jud.*
11 *n. 4.* * præcipuè ut Minori ſinè Curatore fieret, *l. 7. §. 2. d. Minorib.* Guid. Papæ *Deciſ.* CLXXV. *&* Carpzov. *Lib. 3. Reſp. Tit. V. reſp.*
12 XLVIII. *n. 14.* * Fruſtrà autem is, qui cùm executionem Mandati de ſolvendo metuens, ſoluturum ſe eſſe promitteret, nunc ſe metu adactum eſſe conqueritur. *l. 10. C. quæ*
13 *vi metûsve cauſ.* * Quid ſi debitorem, poſtulante Creditoris ſui creditore, judex prohibeat, ne creditori proprio ſolveret? Tunc verò creditor ille proprius appellare debet.
14 * Debitor autem appellare non tenetur: cui quid etiam imputari non poteſt, cùm judici parere debeat. *l. 199. d. Reg. Jur.* Neque enim appellare poteſt, cùm ejus, cui ſolvat, non interſit. *l. 7. §. 1. ff. d. Minoribus.* Hinc etiam non rectè cogitur, ut de alterius creditoris

jure

jure doceat. *Quid quòd ei ne colluſio qui- 15
dem officere poſſit: quia ex eâ creditori
ipſius nil præjudicatur: cùm hic quidem &
ipſe ſolvere creditori alteri neceſſe habe-
ret. *Sed & ap. *Tertium bonorum poſſeſſo-* 16
rem Creditores ſibi conſulere ſæpiùs opor-
tet. Ita v. ſi de *excuſſione* ille excipiat, eique,
ſi modò excuſſio fieri debuerit, telum hoc
extorqueri velit, *ſententiâ declaratoriâ* o-
pus eſt, quâ excuſſionem ritè factam eſſe
oſtendatur. *Quod autem hîc nonnulli 17
volunt, Tertium ejusmodi poſſeſſorem *ad
videndum fieri Excuſſionem citandum eſſe*;
illud judiciorum uſus non obſervat. Gail.
2. *Obſ.* XXVII. *n.* 10. *ſeq.*

§. XXXV. Ipſos * v. *Creditores* inter 1
ſe *concurrentes* quod attinet, *Decretum*, ju-
xta quod uni eorum, qui primus acceſſit,
ſolutio, ſinè cujusquam, ut concipi ſolet,
præjudiciô, fieri debet, *eò usque durat*, &
immiſſus etiam creditum ſuum ſolus inde
redigit, donec de *jure potiori alterius* non
conſtet. Honded. *Lib. 2. conſ. 86. n. 52.* *At- 2
que hic ipſe, qui miſſionis revocationem
deſiderat, eam *in eôdem judiciô* petere &
ſic inſtantiam continuare debet: Peregrin.
d. Fideicomm. art. 48. n. 63. ut adeò Cle-
ricô v. c. immiſsô, nunc ſuperveniens cre-
ditor illius forum, quaſi finitâ inſtantiâ, non
ſequa-

ſequatur: (Malè *diſſ.* Mart. *Part. 4. d. Juriſd. Cent. 2. c. 159. n. 5. ſeqq.*) maximè quòd judex immiſſionem non purè ſed ſub con-
3 ditionem reſolutivâ conceſſerit. * Imò tantùs hîc eſt nexus Judicii, ut Judex *Concurſûs* legitimè formati *ad ſe trahere* poſſit omnia *credita*, ſeparatim coram aliis judicibus pendentia; idque vel per viam Inhibi-
4 tionis vel Literarum Requiſitoriarum.* Ubi ſi tunc judex requiſitus requirentem attendere non cupiat, hic ipſe, vel etiam Pars, ad requiſiti Superiorem, tanquam à *Gravamine Extrajudiciali* per viam *Appellationis* aut Querelæ, recurrit, ut is, prævià cognitione ſummariâ, detrectantem eò adigat. Covarruv. *Pract. Quæſt. n. 2. 7.* Salycet. *in Auth. ſi verò. C. d. Adulter.* & Cancer. *Lib. 2. Reſol.*
5 *c. XV. n. 9. & Lib. 3. c. X.* * Quin imò ſi vel maximè eâ requiſitione non factâ, vel etiam non oppoſitâ exceptione Litiſpendentiæ aut Continentiæ, Debitor in illô extraneò judicio *condemnatus* fuerit, tamen adhuc creditor qui obtinuit, ad Univerſale Concurſûs judicium recurrere deberet, ut inter cæteros creditores locari queat; eò quod pro ipsô judicatum eſt interim ſuſpensò;
6 ceu quidem obſervantia docet. * Neque verò ſub *cautione fidejuſſoriâ*, ùt *ex l. is à*

quo.

*quo.57.ff.d.Rei Vind.*inferri poſſe videbatur, executio eidem decernenda eſt: (1) quia Debitor, quoad Concurſum firmat, tantiſper à Creditoribus vexari nequit. (2) Creditor v. unus vel alter in præjudicium reliquorum, dum de ordinibus eorum adh. agitur, nil quicquam exigere valet. Cùm (3) non ſequatur creditum evici, ergò præferendus ſum. (4) ne cum debitore quidem; ſed cum creditoribus unicè cauſa præferentiæ ſeu πρωτοπραξίας tractanda eſt. * Pertinet huc quoque *Subhaſtatio*, per quam ſi Debitor ſe gravatum exiſtimet, ex *quorundam ſententiâ* non minùs *Appellatione* uti poterit. Quam quidem cur non admittat Mollerus *P. I. Conſt. Sax. 32. n. 22. & 23.* à Carpzovio, *ibidem in Def. LVIII. n. 7.* relatus, præcipuè ſi non rectiùs læſo, quàm per illud remedium, conſuli poſſit, non apparet. 7

§. XXXVI. De *Miſſione* * pleniùs experiamur, & quidem tam in ſe, quà in diſſentaneâ Extramiſſione. *In ſe* vel in genere, vel in ſpecie: & hoc tum quoad *Formam*, in Decretis conſiſtentem, tum in *Objecto* quodam peculiari Miſſionis, bonorum hæreditariorum. * *In univerſum* à miſſione, requiſitis deſtitutâ appellari poſſe, citrà controverſiam eſt: atque ejus rei exemplum in *l. 5. C. d. ſent. & interl.* habetur: * ubi ſi Pro- 1 2 3

Procurator Fiſci bona debitorum, Fiſco principaliter obligatorum, fidejuſſoribus tradi jubet: non tantùm abinde poteſt,
3 ſed debet etiam provocari. *Eâdem Provocatione, vel etiam Nullitatis aut ſimili Querelâ toties opus eſt, quoties Magiſtratus iniquè & injuſtè; ſed tamen *legaliter* judicavit. Buratt. *Dec.* CLXXXV. *n.* 5. & Modern. *d. Mant. Dec.* CCCLXV. *n.* 4. & DCLXXIV.
4 *n.* 3. * Ceu quidem, quando judicem *de factô* potiùs, & inſtar privati, quàm judicialiter proceſſiſſe conſtat, non tantùm Appellationis; ſed vel *Manutentionis* etiam Remediô contrà ejus *Decretum*, ejusve authoritate *immiſſum*, uti poſſumus *per citt.*
5 * Igitur *in ſpecie* & quidem ratione *Formæ*, quamvis à *Decreto Primo* immiſſionis, (quod quidem per ſe, *dum interponitur*, nullam citationem requirit. O. Cam. Worm. *Tit.* von des Antworters Ungehorſam: & C. G. O. *P.* 3. *T.* 43. *pr.* & *T.* 45. §. doch wo der Kläger. Khraiſſer. *Tit.* 3. *ad O. Bav. Leg.* 5.)
6 regulariter appellari non poſſit: * quia illud plerumque Secundum expectat, ſibique imputare debet, qui ſecundum hoc, per
7 contumaciæ purgationem, non evitat: * Deinde nudam ſolùm detentionem illud confert, neque illô tempore, quô an primo

Decre-

Decreto locus ſit, diſputatur, de reali quodam Jure tractatur; tantùm quòd poſtquam creditor in realem poſſeſſionem miſſus fuerit, hypotheca tanquam effectus superveniat. *l. 1. C. d. pignor. prætor.* * Nihilominùs 8
tamen tunc etiam à Decreto primo appellabitur, quando multatur debitor, quòd mittendum non admiſerit, item quando judex illum cautionem offerentem non audit: Contardus. *Qu.* XVII. *ad l. un. C. ſi de mom. poſſ. n. 13. ſeqq.* *& omnium maximè ſi 9
per primum Decretum, aut ſententiam latam ſuper apprehenſione, quæ vim primi Decreti habet, jus reale aut fructuum perceptio collata eſſet. *l. Fulcinius. §. fin. ex quib. cc. in poſſ.* Gylmann. *in præjud. pag. 35.* * Un- 10
de velut hôc & ſimilib. caſibus ad effectum etiam ſuſpenſivum Jure Canon. appellari poſſe tradit Covarruvias *pr. Qu. c.* XXXIII. *n. 8. &* Afflict. *Dec.* CCLXIX. *n. 2.* *ita ne quidem 11
ad devolutivum valebit appellatio, quoties gravamen, per interventionem Creditoris, qui, ex prærogativâ crediti, contrà alium creditorem condictione experiri poteſt, reparabile eſt; * cùmque nec ipſe Debitor, 12
ſi gravatum ſe eſſe conqueri poſſet, interventione, aliiſque remediis ordinariis, velut manutentionis, (L. Poſthius *Obſ. XII. n.*

57. &

13 *57. & ppl. ſeqq.)* uti prohibeatur: * ideò regulariter ab ejusmodi Decretis, quæ nec tantum, ùt Manutentio, inferunt præjudicium, Appellationem non immeritò denegamus. *conf* Rauchbar. *P.2. qu.IX.*

1 §. XXXVII. Equidem * Jacobus Gothofredus *ad l.105. de Reg. Jur. p.460. primum* & *ſecundum* Decretum, citrà cauſæ cognitionem, in causâ damni infecti, concedi poſſe docet: & omninò ſecundi Decreti in eô ca-
2 pite non tantum eſt præjudicium. * Sed in *tertiò* Decreto in eâdem cauſâ, cùm illud longiorem moram & inquiſitionem admit-
3 tat, atq; gravius ſit, alteri ipſe ſentit. * Quanquam verò Antonius Matthæi *Lib. 1. d. Auctionib. c. VII. & c. X. n. 28.* Argentræus *apud* Struvium *n. ult. Quib. ex cc. in poſſ. eat. item* Wieſenbach. *Part. 2. Digeſt. Diſp. XV. n.14. ſeqq.* non niſi in cauſâ damni infecti duplex Decretum dari aſſerant: Tamen illis in Commentar. Pandectar. *MSC. Tit. d. N. O. N. & Tit. Quib. ex c. in poſſ. eat.* invictis ar-
4 gumentis diverſum oſtenſum eſt. * Imò Cujacius *ad l.44. ff. damn. infect.* quem *d.l.* ſequi videtur *Jac. Gothofredus*, Tertium in cauſa damni infecti adjecit, quod quidem non eſt
5 de poſſidendo; ſed de cavendo: * Et ſanè ſi eô modô proceſſeris, etiam *Quartum*

Dece-

Decretum ex conceſſione Prætoris, quando actionem in factum contrà non admittentem decernit, *per l. 1. §. 4. d. dol. & l. 22. d. Conſtit. pec.* educere nil prohibet. * Rem 6
verò ipſam quod concernit, Magiſtratus in unô alterove Decreto, quodcunque ſit, moram cognitionis & præjudicium Partis ubique reſpiciet. * Sic enim, ut *Primum Decre-* 7
tum interponi poſſit, requiritur, ut reus ſit contumax, actor actionem intentaverit, accuſaverit rei contumaciam, & immiſſionem petierit. Deinde ut poſt hanc petitionem reus iterum citetur, & tunc eodem rurſus emanente, actor ex primo Decreto immittatur. * *Secundum* v. *Decretum* uti 8
aliquando pro qualitate contumaciæ etiam ante annum interponi poteſt: *vid.* Gail. *d. Arreſt. Obſ. 1. n. 18.* ita ſi nondum ex Decreto ſecundo immiſſio facta ſit, Primum in perſonalibus, etiam poſt annum, poteſt tolli, cùm quidem ſi Secundum illud ſemel interpoſitum ſit, & contumax bona ſua recuperare velit, iſtud in petitorio facere debeat *vid.* Khraiſſer *ad O. Bav. Tit. 3. Leg. 8. 9.* * Quæ 9
quidem ex natura actionum & judiciorum varias ſortiuntur formas, & ne quidē in numeris primi vel ulterioris Decreti per ſe ulla eſt efficacia, adeoque de Appellatione ex

natura & circumſtantiis judiciorum, atque jx. modô præbitam obſervationem, judicandum eſt.
10 * Quid jam de Decreto *immiſſionis in bona hæreditaria jx. L. fin. C. d. Edict. D. Adr. tollendo?* Licèt circà eam victus, duplici ratione, (ne quidem ad eff. devolutivum,) appellare non poſſit, (*v. l. fin. ff. d. app. recip.*) idque ſi fiat, appellans & judex mulctentur. Cæſ. Contard. *ad l. un. C. ſi de moment. poſſ. in Ration. ult. Decid. n. 23. ſeqq.*
11 *& in Limit. XVII. n. 25.* * Quid tamen ſi & hîc extrajudicialiter proceſſum fuerit: præter quam ſpeciem multi etiam ab h. Regulâ caſus excipiuntur: quos compilavit Menochius *ad Remed. IV. adip. poſſ. &* Cardin. Tuſch. *concl. CCCIX. A.*

1 §. XXXVIII. Tandem * ſi poſſeſſor non ſufficienter auditus, ſicque extrà Proceſſum judicialem, *exmittatur*, appellare poterit. *c. conquerente. x. de reſtit. ſpol. l. Meminerint. C. unde vi.* Menoch. *Rem. recup. poſſ. IV. n. 170.*
2 *& rem. VIII. n. 24. 33. & 34.* * Quod gravamen latisſimum eſt, & ad omnis generis cauſas
3 exporrigitur. * Licèt etiam vel maximè judex inferior juſtam poſſeſſionem alicui adimendi cauſam habuiſſet. Cravett. *de Antiquit. Temp. in pr. & §. 2. n. 3. 4. 8.* Peregin *Lib. VI. de Jur. Fiſci Tit. IV. n. 13.* Tamen exmiſſum

miſſum contrà ejus mandatum, donec vià juris procedatur, ſuperior provocatus manutenebit. *l.33. C. d. Decur. c.7. d. reſtit. ſpoliat.* * imò ſi non per executorem facta exmiſſio fuiſſet; verùm miſſus, etiamſi ex reſcripto principis, authoritate propriâ, poſſeſſionem fuiſſet ingreſſus, etiam unà in pœnam *d. l. Meminerint.* incideret. Friderus *de Mandat. c. IV.* §.5. * Cæterùm in tantum exmisſio illa (quam dicunt,) Extrajudicialis odioſa eſt, ut ne *Uſufructuarius* quidem finitô uſufructu, ſinè Citatione, à Magiſtratu dejici posſit. Guid. Papæ *Singul.* CCLXVI. Cravett. *conſ. 124. col. 1.* * Neque *Emphyteuta* ex causâ *Commiſſi*, ob non ſolutum canonem. Quamvis enim ubi Commiſſum notorium eſt, nec in præſens reſtitutum ingreſſuro Domino Emphyteutam creditur, *Mandatum de aſſociando*, (ſic appellant Decretum, quô Dominus h. c. immittitur,) extra judicium peti & decerni velint: nullâ requiſitâ Emphyteutæ citatione a. cauſæ cognitione; (tantùm quòd à *judice*, ſi fortasſis nihilominùs rixæ aut ſcandala ſuboriri poſſent, misſionem petere ſufficiat: ut Dominus poſſesſionem non propriâ authoritate ingrediatur:) Negufant *d. Pignorib. Part IV. n. 23.* Urſil. ad Afflict. *Dec. 326. & latè* Cal- 4 5 6

das *d. Jure Emphyt. Lib.IV.c.XVII.n.44.ſeqq.*
7 * Tamen ſi poſſeſſor Domino ſe opponat, aut prætenſam caducitatem oppugnet, vel oppugnaturus ſit, in forma judicii immisſionem petet Dominus: & ſic ergò citatione & cauſæ cognitione, quâ petentis intentio juſtificetur, opus eſt. Mantica *Dec. CXCIV.*
8 *n. 2. &* Afflict. *Dec. XCVII. n. 2.* * Multò minùs ſi cùm unus poſſidet civiliter, alter naturaliter, (Poſthius *Obſ. LXXIX. d. Manut. n. 4.*)
9 hic inauditâ causâ dejici debet: & ne quidem ad confirmandam poſſesſionem judex citrà cauſæ cognitionem poteſt procedere. *l. 3. §. miſſum. ff. d. Carbon. Ed.* Baldus *in l. fin.*
10 *n. 7. & 8. C. d. Ed. D. Hadr. toll.* * Verùm hæc ipſa multifariam Dd. reſtringunt: Nam & ſic dummodô lis non pendeat, (Benintendis *Dec. LXXIII. n. 15.*) quã pendente omnem poſſeſſorem implorantem manutenendum eſſe conſtat, (Capyc. *Dec. CLXXXIX. n. 11.* Menoch. *Retin. Rem. ult. n. 1.*) mandatum de Manutenendo absque Citatione concedi
11 poſſe volunt. * Et quid ſi aliàs citandus juſtè non contradicere potuiſſet? Seraphin. *Dec. 1298.* illudque ex actis vel aliter apertè con-
12 ſtet. Pariſ. *vol.* IV *Conſ. V. n. 107.* * Quid ſi judex aliquem de facto poſſeſſorem feciſſet? nonne eum, etiam non citatâ parte, poſſet

poſſet dejicere. Cabedo *Deciſ. Lib.* I. *Dec. XV. n. 61.* * Quotiescunque etiam actum poſſeſ- 13
ſorium invitô aliô quis explicare poteſt, veluti reditus, tanquam principalis, poſt Mandatarii mortem percipere, toties citationem non requirunt. *l. qui poteſt. ff. d. R. jur.* Gabriel. *Concl. 1. d. Citat. n. 325.* & Alexand. *vol. 1. Conſ. 130.* * Idemque dices, ſi quando 14
nil novi attentetur: Quid enim v. c. citatione opus eſt, quando creditor reſiduum exacturus eſt? Fulgoſ. *conſ.* LXXXIII. *col. 2.* Decius *in c. ex ratione n. 72. d. Appell.* * Deni- 15
que in univerſum docent *Dd.*, quando reſtitui cupiens exmiſſus, aliud quoddam jus, præter Nullitatem omiſſæ Citationis, non alleget, quòd tunc is audiendus non ſit. *vid.* Achill. Perſonal. *d. adip. poſſ. n. 266.* Quod tamen cum grano ſalis accipiendum eſt.

§. XXXIX. *Illicita facta* * *mulctis* quan- 1
doque coërcentur, quas, licèt de delicto conſtet, judex tamen extrajudicialiter indicere non poteſt; ſecus appellabitur: *l. 2. quis à quo app. l. 25. C. d. Appellat. junct.* Gail. *I. Obſ.* XXXIV. *n. 10.* * utcunque Gylmannus 2
p. 318. in præjudic. eam indictionem malè inter ſententias interlocutorias, vim definit. habentes, retulerit. *conf.* Eund. *Tom. 5. Symphor. Relat. ult. n. 23. ſeqq.*

1 §. XL. Nunc * ad duo illa ſuperiùs indicata Remedia *Extraordinaria* tranſeamus, Arreſtum & Sequeſtrationem. Quod ſi enim *Arreſtum* inauditâ parte alterâ judex decernat, provocari poteſt: cùm illud in dubio, niſi periculum in morâ ſit, fieri non debeat, eò quòd Arreſtum executionis ſit ſpecies: & vel ratione Arreſti immeritò injecti actio *injuriarum* competat. *v.* Dd. *apud* Hörnigk. *d. l. Poſtar. c* XVIII. *n.* 5. *Theor.* 14.
2 * Multò minùs implorantem judex audiet, ſi de jure ejus non appareat; (Richter. *vol.* 2. *conſ.* 460. *n.* 13. & *Dec.* LXXVII. *n.* 24. & 26.) vel ex ipſius narratis exceptio
3 quædam Arreſtandi colligi poſſit. * Imò ſi Arreſtum, cauſâ nondum cognitâ, etiam in Crimine, de quô nondum conſtat; vel ſi leve delictum fuerit, decernitur, mandata ſinè cl impetrari poſſunt. Hering. *c.* XV.
4 *de Fidejuſſ. n.* 56. * Quæ toties impetranda ſunt, quoties Arreſtum notoriè injuſtum, & de facto, item propriâ authoritate, vel ſinè omni cauſæ cognitione, injiceretur; aut cautione oblatâ de ſtando juri in foro compet. & judicatum ſolvendo, (*vid.* Klock. 2. *Conſ.* LXXXI. *n.* 9. & Gail. 1. *Obſ.* 26. & 11. *Obſ.* 44. *n.* 8. *ſeqq.*) relaxandum fuiſſet. R. A. 1594. §. und ſo viel die ungleiche. & §. bey denen Arreſten. & *Rec. Deput.* 1600.

§. wann

§. wann ſich begäbe. 48. * Nam ita Jurisdictio ſupremi etiam Judicii, ad hoc ut relaxatio mandetur, eàque ſubſecutâ, cauſa principalis ſuper juſtitia vel injuſtitiâ arreſti ad competentem judicem remittatur, (*vid.* Blum. *Tit.* XXXIII. *Proc. Cam.* §. *31. ſeqq. ubi d. remiſſione in c. Pignorat. contr. Gailium.*) fundata eſt: ceu ad eam fundandam, vel unicè in ſupplicatione, quòd oblata ſit cautio, vel adhuc offeratur, narrari, ſufficit. *d.* R. A. §. dergleichen ſollen auch. 5
84. * Nec tamen niſi per viam Appellationis, tanquam ab extrajudiciali Gravamine, poſſet adiri judicium ſuperius: ſi *ſubditi* fuerint, qui vi & poteſtate Jurisdictionis à Magiſtratu ſuo, quamvis etiam propriô motu, arreſtati ſunt; R. A. 1594. §. wann aber. 6
* Item ſi Magiſtratus Arreſtum ad inſtantiam tertii, ſive judicialiter, ſive etiam extrajudicialiter, impoſuiſſet: *d.* R. A. §. ob auch wohl ferner. & Friderus I. *d. Proc.* XL. *n. fin.* 7
* Cùm quidem ſi mediatus arreſtatus *non ſubditus* fuerit, non ſolùm ad Cam. *appellari*; ſed etiam oblatâ idoneâ cautione, *Mandatum* de relaxando; ſed tantùm regulariter cum cl. impetrari poſſit. *idem* Frid. *d. Lib.* I. *c.* XX. *n.* 3. & *c.* XXXVIII. *n.* 2. *Magnif. Dn. Cancell.* Juſt. Schütz. *vol.* 2. 8

9 *C. P. Diſp.* VII. *th. 6. Lit. 13.* * Quid ſi in ſub-
ſidium juris, pro executione, Arreſtum im-
ponere Magiſtratus rogetur? Tunc v. illud,
etiam non præviâ citatione, rectè imponit,
Coler. *Part. 3. d. Proc. Ex. c. XI. n. 66.* atque
10 impoſitum denunciat: * hæcque denun-
ciatio, quâcum exceptiones, merita cauſæ
concernentes, ad Forum competens remit-
11 tit, loco citationis eſt. Quæ * verò ad im-
poſitionis Arreſti modum ſpectant, de illis
judex, absque Citatione, (aliàs enim effu-
gere, aut res aufferre poſſet arreſtandus,)
ante Decretum diſpicit: Mevius *Tract. d.
Arreſt. c. XIII. conſ.* & Brunnemann. *Pro-*
12 *ceſſ. Civ. c. XXIX.* * ubi de quolibet Execu-
tore diſſerit, quando is de Exceptionibus
cognoſcere poſſit vel debeat.

1 §. XLI. *Sequeſtrationem* * quod attinet,
uti aliàs à ſequeſtrô, quô quis fructu poſſeſ-
ſionis ſuæ ſpoliatur, appellari poteſt: An-
2 tonius Faber *Tit. Cod. Unde vi. def. XVI.* *
ita multò magis à quolibet Sequeſtro ap-
pellabitur, ſi citrà cauſæ cognitionem, ſal-
tim ſummariam, quamvis cauſa ſubeſſet,
Weſenb. *Conſ.* VII. *n. 7.* injunctum fuiſſet.
Alexand. *4. Conſ. n. 4.* & Scotanus *Diſp. ad
3 Dig. XXXV. th. 12.* * Neque enim *Perſona-
rum Rerumve* Sequeſtratio, niſi parte, cujus
intereſt, citatâ decerni debet: cùm illa Exe-
cutio-

cutionis ſpeciem præferat. * Ita *Sponſus* poſterior, dum Sponſa, quam prior Sponſus ſibi expetit, ſequeſtrari vult, (*v.* Græv. *Concl.* CXII. *conſid. 1.* & Cludius *c. V. d. ſequeſtr. caſ. 6. usque ad 10.*) inauditus de qſ. poſſeſſione deturbandus non eſt; niſi eum appellari poſſe velimus. * Imò ſi carnaliter Sponſam ab eo cognitam fuiſſe conſtet, fruſtrà ſequeſtrabitur; niſi adhuc prior Sponſus eam recipere velit: non attentô, quòd poſterior cum illâ publica etiam ſponſalia celebrâſſet. *v.* Carpzov. *Lib. 2. Juriſpr. Conſ. def. 63. & 65.* * *Rerum* Sequeſtrationem quod concernit, frequenter illi, qui *hæreditatis petitionem* inſtituunt, petere ſolent, ut *nomina* & vel ipſæ *res* corporales aliæ ſequeſtrentur. * Ita v. Poſſeſſor hæreditatis, niſi etiam vulturia ſit ac injuſta poſſeſſio, dejici de rebus non debet: ceu quidem ſi neutra Pars litigantium in poſſeſſione eſſet, faciliùs decerneretur Sequeſtratio. * Imò ſi vel maximè quis juſtè poſſideret; tamen exſerente ſe dilapidationis periculô, & fundatâ; ſaltim non apertè iniquâ exiſtente, intentione actoris, ut pro eo pronunciari poſſe credatur, ſequeſtratio adhuc recipienda eſt. Dav. Mevius *P. 2. Dec. 248.* * Nec minùs in

Margin numbers: 4 (line 1), 5 (line 7), 6 (line 13), 7 (line 16), 8 (line 22), 9 (line 28)

in *Nominibus* ita ſe res habet; ſiquidem horum quidem exactio poſſeſſori legitimo permittitur; ſed tamen & hoc non aliter, quàm ſi tam petitori hæreditatis, quàm debitori ſoluturo, proſpectum ſit: quam in rem nullus cavendi modus eſt melior, quàm ſi exacta pecunia usque ad finem litis in judicio deponatur. Carpzov. *P. 2. Conſt. 28. def. 27.* & Anton. Faber. *Lib.* VIII. *Cod.*
10 *Tit. 29. def. 50. n. 25.* *Interim ſicuti ejusmodi poſſeſſori etiam *Inſtrumenta nominum* eripi atque ſequeſtrari poſſunt: quod quidem regulariter non admiſſum eſt. Idem *Lib.* IV. *Cod. Tit. 3. def. 2. conf.* & Cothmann. *Vol. 3. Conſil. 35.* Ita nullô caſu, inauditô eô, qui inde lædi poteſt, tale quid fieri debet; niſi etiam res per citationem & notitiam illius non integra; aut aliter periculum in morâ fuerit; illudve Remedium protinùs arripere ſingularis exigat æquitas. Faber *d. Tit. 3. def. 6.* & Contard. *in L. un. ſi*
11 *de mom. poſſ. Lim.* XVI. *n. 15.* *Quô tn. caſu meliùs perſiſtet, ſi non ad inſtantiam partis; ſed officiô judicis fiat. Lancell. *c.* XII. *d.*
12 *Attent. Lim. 12. n. 221. ſeqq.* *Cæterùm, ubicunque *contrà poſſeſſorem* datum eſt ſequeſtrum, judex ſuperior illud revocabit. Poſt-
13 hius. *Obſ. LXXV. d. Manut. n. 15.* *Non obſt.

quòd

quòd etiam poſt latam ſententiam, contrà eum permittatur ſequeſtratio, qui in cauſa ſuccubuit & appellavit. *l. 21.* §. *ult. ff. d. Appell. l. 7.* §. *f. qui ſatiſ. cog.* Neque enim de poſſeſſione hoc verum eſt, quâ quidem, pendente lite, poſſeſſor dejci non debet; Pariſ. *Part. 1. conſ.* XLI. *n. 17. ſeqq.* (ubi etiam *in n. 22.* Sequeſtrum non concedi ait, niſi in caſu excepto, quem & petens illud probare teneatur:) ſed tantùm de *fructibus* rei: quid enim ſi poſſeſſor lite durante totam ſylvam litigioſam exſcidere vellet. *v.* Gail. 1. *Obſ.* 145. *item O.* 147. *& ſeq.* * Porrò etiam ſequeſtrum ſuperior retractabit, ſi rem ſequeſtraverit judex inferior, quæ ſequeſtrari apta non eſt: Ita v. c. futura *ſalaria* ne quidem in ſubſidium ſequeſtrari aut arreſtari poſſunt; ſi non habeant officiales unde vivant. Franc. Ripa *in l. 6. n. 43. ff. d. pignorib.* * Atque ſic quidem ſi Nullitas ſequeſtri evidens ſit, in quâlibet ſpecie, ad utrumque effectum, appellatio invaleſcit, devolutivum & ſuſpenſivum: Thomat. *Dec. 12. n. 17.* ubi, quod hujus loci eſt, de omiſsâ partis citatione agit. *vid. &* Buratt. *Dec.* CLXXXVI. *n. 8.* * Ulteriùs, ſi de armis non adeò metuatur, (ùt in exactione censûs plerumque,) ſequeſtrum fruſtrà decernitur: *v.* Balthaſar.

14 15 16

ſar. *P. 2. reſol. Bavar. Tit.* XIX. *reſol.* VI. *n.*
17 *19.* * ceu è contrario ſi metus armorum vel ſcandalum ſubſit, (de quo quòd ſubfuerit, non ſoli Magiſtratui, & ne Principi quidem, creditur, (Weſenb. *conſ. 48. n. 33. & 56. &* Men. *Ret. rem. Ult. ſub fin.*) etiam ex officio, ſaltim per ſummariam cognitionem, Menoch. *Rem.* VI. *Adip. n. 12. ſeq.* & extrajudicialiter, à teſtibus, licèt non juratis, ſumtâ informatione, Alciatus *Lib.* VI. *conſ. 37.* judex poſſeſſionem ſequeſtrare poteſt. Gail. I. *Obſ. V. n. 2. 6. 8. 10. & d. Arreſt. c.* XII. *n. 1. 2.*
18 * Aliàs ſi, ad effectum ſaltem manutentionis, de poſſeſſione alicujus conſtat; licèt Parte alterâ citatâ, eiq; poſſeſſio ſequeſtretur: tùm verò appellare poterit. Baldus, *ingenii feracis & fœcundi ICtus, in L. Quidam exiſtimaverunt. col. 2. & ibi* Jaſon. *n. 4. ſi cert. pet. item* Baldus *in Vol. 1. Conſ.* CCCXLV. *&* Decius *in l. f. n. 7. C. d. Ed. D. Adr. toll.* Boër.
19 *Dec.* CCXXXIV. * Deinde *contra provocatũ,* etiamſi dubia ſint jura Partis, iniquè ſequeſtrum decernitur. Fr. Marci *P. 1. Deciſ.*
20 MCXLVII. *n. 3.* * Quòd ſi verò nulla Pars petat, ne quidem cum cl. præſervativâ Sequeſtrum injiciendum eſt. Thomat. *d. Dec.*
21 XII. *n. 8. ſeqq.* * Etenim ex abrupto ſi fiat, tanquam remedium deſperatum, Achill. *Perſonal.*

ſonal. d. Adip. poſſ. n. 39. de facto revocari debet: Scaccia *C. 2. qu. XVII. Lim. VI. d. Appell.* inque eum finem officium judicis ſequeſtrantis pro caſſatione imploratur: *qui 22 ſi tunc ſequeſtrum, absque omni cautione, non relaxet: (id quod toties faciendum eſt, quoties ſequeſtrum injuſtè decretum fuit, Schurff. *cent. 3. conſ. VI. n. 4. 8. & conſ. XV. n. 5. item* Berlich. *1. concl.* LXXIII. *n. 129.*)* 23 aut ſi planè caſſationem deneget; tunc verò appellari poteſt: Gœddeus *c. 1. d ſequeſtr. n. 141. n. 150. 152. &* Cothm. *vol. 1. Reſp. 2. n. 435. & 3. reſp. 35. n. 145.* ſatis evidenti gravamine: quòd licèt per ſequeſtrum ei, qui poſſidet, non auferatur & ne quidem naturalis poſſeſſio; Mantica *Dec.* CCLII. *n. 4.* Cludius *de ſequeſtr. c.* IX. (niſi etiam rectè & ritè ad hoc ut idipſum fieret, judex proceſſerit. Gratian. *Diſc. for. c.* DCCCL. *n. 30.*) nihilomiuùs idem, qui tamen manutenendus fuerat, Menoch. *rem. adip. VI. n. 7.* in poſſeſſione immeritò turbetur. Weſenb. *d. conſ. 7. n. 4.* *idem dices, quòd ſequeſtrato 24 appellare liceat, ſi cum manutenendus eſſet, ei citatio in eventum, quo in negotio principali ſuccumberet, de reſtituendo fructûs injungi velit. Anton. Faber. *Lib. 1. C. T. x. def. IX. &* Gratian. *Diſcept. c. 113. n. 31.* * 25

Deni-

Denique etiam, contrà judicem iniquè ſequeſtrum decernentem, actio ratione intereſſe, & in ſubſidium ad idem, contrà Partem datur, ſi hæc judicem requiſierit, Jo. Papon. *Lib.* VII. *Tit* IV. *art.* 6. & læſus ap-
26 pellare vel nolit, vel non poſſit. * Uti verò in caſu judicis ſequeſtrum injicientis, vel relaxare nolentis, datur Appellatio: ita non minùs appellabit collitigator; quô inſciô, quamvis oblatâ cautione, (quæ etiam quandoque ſolùm juratoria recipitur. Gail. 2. *Obſ.* XLVII. *n.* 13.) judex ſequeſtrum *tollere* voluit. Anton. Faber *de probib. ſequ. pecun.*
27 *Def.* 5.* Imò, quamvis collitigatore ſciente, in hiſce tamen caſibus, *Cautio* nil proficit: ſi (1) res ſequeſtrata inſtanti pro ſequeſtro ſpecialiter oppignorata ſit. (2) in puncto Executionis. (3) ſi probata eſſet dilapidatio. Græven *Concl.* CXLVIII. *Conſid.* 1.

1 §. XLII. Et hæ adeò * ſpecies ſunt *frequentiores*, circà quas poteſtate ſuâ Magiſtratus, extrajudicialiter procedendô, abuti ſolet: reliquas ſub hâc *Regula* comprehen-
2 diſſe ſufficiat: * Quòd *ubic. inſcius & ignorans quis damnatur*, appellare eid. permiſſum ſit: quò pertinet Theophili Raynaudi *Gemitus Columbæ, ſeu Meditatio, (eruditiſ-*
3 *ſima) de injuſtitia damnationis inauditi.* * Adeò,

deò, ut quicquid μονομερῶς, alterâ parte abſente, nec dum ad eam cauſam citatâ, coram judice agitur, pro actu extrajudiciali habendum ſit: v. Deduction. Nullitat. *in cauſ. Haſſiacâ n. 196. ubi* Cujac. *IV. obſ. 32.* * nec ſufficiat, ſi judex ſe ex actis informatum fuiſſe dicat; niſi etiam illa producta & jura Partis expoſita fuerint, Parte alterâ ad contradicendum citatâ. Caſſiodor. *Deciſ. VII. in f. d. Appell.* Cæſar de Craſſis. *Dec. 3. n. 7. d. reſtitut. ſpoliat.* Honded. *Lib. 2. conſ. 75. n. 34.* 4
* Et ne quidem *coram Notario & Teſtibus* illa exhibita eſſe ſatis ſit. Barboſ. *in c. contingat. n. 2. x. d. Fide inſtrum. &* Caputaqu. 5
P. 3. Dec. 117. n. 6. * Nec ergò ſententia ſinè actis lata quid probet aut relevet; Seraph. *Dec. 615. n. 5. ſeq.* Mohed. *Dec. 3. d. Teſtib. n. 1. & 2.* Imò notoriè injuſta ſit, quæ ex actis juſtificari non poteſt. Socin. *vol. 1. conſ. 38. n. 15. conf. etiam de Actis judiciar.* Richterum *P. 3. Dec. 113.* * Non longè abhinc recedit, ſi non auditâ juſtâ exceptione ad executionem proceditur. Sic enim ſi de faciendâ priùs liquidatione quis excipiat, audienda, & vel per ſententiam rejicienda eſt exceptio; ſaltim ut non extrajudicialiter proceſſiſſe dici judex poſſit. *Similiter cùm per Decretum judicis, cauſam immaturè *pro* 6 7 8

con-

concluſâ acceptantis, tota cauſa perdi queat, meritò illud pro Appellabili habebitur.
9 * Neque etiam, ſi *cognitionem cauſæ* requirimus, qualemcunque; Sed tantùm *idoneam* intelligimus, qualem ſæpe intermittunt judices, decreta parturientes: dum manè acceptô proceſſu, veſperi litem terminant, *c.ponder. diſt.50.* Parteſque ſollicitantes ni-
10 miùm verentur. * Unde licèt in dubio Decretum cum cauſæ cognitione latum eſſe præſumatur; tamen illa præſumtio ceſſat, ſi tempus nimis breve fuiſſet: Ummius *Diſp. XVII. n.36.* adeoque appellabitur; vel imò decretum præcipitanter latum nullum
11 eſt. Vultej. *vol. 2. conſ. XXX. n. 110.* *Non obſtante, quòd *Probatio* non de ſubſtantiâ judicii; ſed de juſtitiâ tantùm eſſe dicitur.
12 Vant.*d.Nullit.ſent.ex def. proc. n.37.* * Nam præterquam quòd illud tantùm de abſolutoriâ ſententiâ verum ſit, quippe quæ fertur, ſi nil probetur contrà reum; tamen in *condemnatoriâ* falſum eſt,&præſumitur minimùm, judicem probatione motum eſſe:
13 * quin imò non ſequitur: probationes non ſunt de eſſentiâ judicii, E. etiam non cauſæ
14 cognitio. * Interim h. ſemper interveniſſe præſumitur, & quidem recta; indeque *appellandum* eſt: ut tamen ſi planè ex abrupto quid

quid mandet judex,atque apertò jureMan-
datum vel Decretum nullum ſit, neminem
propterea appellare oporteat. *jx.* Inno-
cent. *in c. cùm veniſſent.x.d.in integr. reſtit.*
vid. Richter. *P. 3. Dec. 136.* * Moram verò 15
decentem judices trahere pro re natâ non
dedecet: indeque judices Græci petacibus
reſpondebant, Patres ſuos Solem ap. Anti-
podes non vidiſſe, ſed exſpectâſſe ſempe-
donec & ipſis oriretur.

§. XLIII. Nunc etiam, * uti Judex per 1
Extraordinariam Jurisdictionem Partes a-
liosve gravet, exponendum eſt. Illam ve-
rò vel *ad unius petitionem* impertit,vel ad *u-*
triusq; inſtantiam. * Uni gratificatur,quan- 2
do *actum* quempiam v. c. *reſcindit.* Unde
àCaſſatione actûs, citrà cauſæ cognitionem
ſuſceptâ, provocari poteſt. * Ita cùm man- 3
dâſſet Senatus retractari Libertatem Opi-
ficii, atque ab illô mandatô, tanquam juri
Principali adverſo,ad Regimẽ appellaretur;
hoc ipſum v. protinus,citrà cauſæ cognitio-
nem,mandatum caſſaret, rectè ab illo etiam
provocari poſſe, putabatur: eò quòd judex
nil ſinè causâ cognitâ ſtatuere debuiſſet. *l. 1.*
C. ad exhib. * Neque verò ad hoc confuge- 4
re poteſt Regimen, quaſi cauſæ certitudine
motum fuerit, ſiquidem cauſa vel tunc eſt

M ambi-

ambigua, ſi modicum pro aliquo faciat, ut non evidenter non eſſe videatur. *l. 3. §. 4. ff.*
5 *d. Carbon. Ed. j. l. 10. §. 1. d. liber. cauſ.* * Id quod tantò procedit faciliùs, ſi quando citrà formam ſententiæ, ad reſciſſionem actus vel negotii, properatum fuiſſet. *l. 3. l. f. C. Com-*
6 *min. Ep. & progr.** Quòd ſi tamen quis illud retractari petat, quod ſimiliter *extrajudicialiter*, ſeq; abſente & non citatô, ab Adverſario impetratum eſt, tum v. citatio non requireretur; ſed extrajudicialiter ſuſcipi poſſet caſſatio. *v.* Zaſium *in l. de Unoquoq. n. 16. de re jud. &* Aſinium *in Prax. jud.* §. *7. c. 5. Lim. 134.*

1 §. XLIV. Uti vero * Caſſatio actûs magni eſt præjudicii, ita etiam non minoris eſt *Confirmatio actûs;* veluti Tranſactionis vel Negotii, aut etiam Sententiæ in aliô judicio
2 latæ. * Neque enim aliter fieri debet hæc confirmatio; niſi tertio, cui exinde præjudicium imminet, citatô & causâ cognitâ.
3 Gail. II. *O. 1. n. XI.* * Imò ipſam etiam Partem, actus c. cognitionem requirens, ſi ea non adhibita fuerit, non obſtringit: Unde *Lübeca*, ubi actûs à *Minore* geſti *confirmatio* à Magiſtratu facta, reſtitutionem, (contrà quàm jure Civ. conſtitutum eſt *l. 2. C. d. præd. Minor.*) excludit; nihilominùs tunc adhuc *Reſtitutio* admittitur, quando, licèt à Senatu; ſed

ſed tamen ſinè causâ cognita, negotiũ confirmatum fuerit: quâ ratione etiam *Majores* reſciſſionem communi jure petere poſſe *per l. 3. C. comm. utr. jud.* Mevius ingerit *in Lib. 1. ad jus Lüb. p. 276. A.* * Quantum 4
verò in ſpecie ad *Transactionem* attinet, etiamſi ab illâ, tanquam quæ rei judic. ſimilis eſt, recedi nequeat: *l. 16. C. d. Tranſact.* Indeque confirmatio ejus tantoperè attendenda eſſe non videatur. * Quid tamen 5
ſi juſta abinde recedendi cauſſa, aut dubia eadem, vel à judice perversè declarata ſit. * Unde ſi quis in Camerâ pro Con- 6
firmatione Tranſactionis aut Contractûs alterius extrajudicialiter ſupplices, wird es abgeſchlagen: cùm tamen actus Civiles, ut Adoptio, Electio, &c. extrà judicium confirmari poſſint. * Ratio differentiæ eſt evi- 7
dens: cum horum Actuum confirmatio ſit *Juſtitiæ*, & actum anteà nullum, etiam invitâ & inauditâ parte, validum reddat; priorum v. veluti Negotiorum juris Gentium confirmatio eſt *Gratiæ*: quæ, niſi conſentiente utrâque Parte, & ſic non niſi judicialiter, fieri debeat. * Pertinet huc quòd Decre- 8
tum *Inſinuationis privilegii* (*v.* Gail. *P. 3. n. 8. 9.*) in Camera (quæ quidem ſimiles quoque cauſas, quæ tam ſolicitè non explican-

tur, cùm ſpecialibus requiſitis conſtent, non minûs tractat (C.G.O. P. 2. Tit. 27.) aliter non decernatur, quàm cum hâc cl. Vorbehältlich des Käyſerl. Reichs Ober und Gerechtigkeit/ auch männiglichs intereſſe und Einred dargegen jederzeit vorzubringen / ſo
9 viel Recht/ hiermit angenommen. * Neque tantùm ſi circà actum ipſum quid inauditâ parte alterâ, tentet, gravamen appellabile exoritur; ſed etiam ſi ad unius Partis inſtantiam *de ſenſu & vi capitis vel articuli contractûs* ſtatuat. Non enim niſi alterâ parte
10 auditâ id fieri debet: * licèt illud petens ſe declaret, quòd ſi ejus articuli ſenſum ſciat, à controverſia, quam de reliquis capitibus movit aut movere poteſt, deſiſtere velit.
11 * Nullum ſcil. Judex alteri præjudicium creare, & nec captionem petentis promovere, aut caput ſeu contractum, de quò lis nondum eſt, interpretari debet: quod unicè Juriſconſulti eſt. *v. l. 1. §. 5. ff. d. ſeparation.*
1 §. XLV. Ad *utriusque partis * inſtantiam* Magiſtratus *voluntariam Jurisdictionem* exſerit, quæ & ipſa ad Extraordina-
2 riam referenda eſt.* Igitur ad eundem quoque articulum *actûs illius* Jurisdictionis voluntariæ, h. e. illi pertinent, qui imperari
3 non poſſunt; ſed à volentibus fiunt. * Unde

de apparet, *dationem Tutoris* eò non rectè referri, cùm ipſe Tutor à datione appellare poſſit; non poſſit autem appellare ullus ab actu voluntario, qui in ipſo intervenit; ſed tertius cujus intereſt, quique cùm citatus non fuerit, nunc voluntatem ſuam præbere recuſat.*Reperiuntur equidem qui *mixtam* 4
ex voluntariâ & contentiosâ jurisdictione conſtituerunt ſpeciem, tantùm ut eò inter alia tutelæ datio referri poſſet. v. Hahnius *n.8.ad π.* Weſenb. *d. Jurisd.* * Quos tamen 5
deſerere & in pejus ruere maluit *Carpzovius*: quamvis nonnulli, tanquam præclarô inventô incitati, eum certatim ſequantur, errorque unius cæteris lubricum, quô temerè laberentur, extiterit: dum tutelæ dationem cum Illo ad jurisdictionem contentioſam retulerunt. v. Carpzov. *de Proceſſ. Tit. 2. art. 1. n. 41. ſeqq.* * Quaſi v. quodcunque 6
ad voluntariam jurisdictionem non pertinet, ad contentioſam referri debeat, ſicq; diviſio hæc totum diviſum exhauriat;*cùm 7
tamen Jurisdictio in ſuâ latitudine accepta in Extraordinariam & Ordinariam diſtinguatur: * Illa iterum talis ſit ſimpliciter, vel 8
ſecundùm quid: Ad *priorem* ſpeciem tutelæ datio pertineat; Sed *ea quæ ſecundùm quid eſt* Jurisdictio Extraordinaria, ſub ſe,

M 3 juxta

juxta alios actûs,etiam eos contineat, quos ſub nomine voluntariorum complectimur: ceu diſtinctè illud in Commentar. *noſtra* Pandectarum *MScr.* oſtenſum eſt.
9 * Variè autem *Gravamen* per actus ejusmodi nobis illatum *extrajudiciale* dici poteſt, vel (1.) quòd Decreta paganica pro extrajudicialibus habeantur, etiamſi cauſæ cognitionem adhibitam fuiſſe conſtet:
10 * jam verò jurisdictio voluntaria Sculteto & Scabinis in pagis competat: Carpzov. *P. 3. Conſt. 3. def. 13. & 21.* Berlich. 1. *Deciſ.* XCIII. à quibus tamen non aliter gravamen extrajudiciale, quantum ad hanc tractationem, quàm à quibusve Magiſtratibus aliis, procedere volumus. (2.) gravamen
11 * extrajudiciale dici poteſt, quando cauſæ cognitio actui non fuit adhibita: & verò ſunt actus quidam voluntariæ jurisdictionis, qui ne quidem cauſæ cognitionem efflagitant; videlicet in quibus Magiſtratus, etiam incompetens, tantùm inquirit, an partibus ità placuerit, eôque cognitô authoritatem addit. *l. 2. ff. d. adopt. l. f. C. d. emancip.*
12 * Alii autem cauſæ cognitionem efflagitant, indeque tantùm coram Magiſtratu competente perficiuntur, quamvis citrà contentionem partium; *vid.* Carpzov. *Tit. 2. Proc. art.*

art. 1. §. *3. n. 31.* unde etiam quandoque Decretum intervenit: * cujusmodi actus eſt 13 Arrogatio, maximè impuberis, ſi modò nunc coram Magiſtratu, (uti ex Reſcr. Principis,) illa fieri poſſit; item Transactio de alimentis, Decretum alienationis prædii Minorum. * Itaque ubicunque extrajudi- 14 cialiter, h. e. ſinè cognitione, in his poſterioribus proceſſum eſt, & imò ubi ad prioris quoque generis actûs, is, cujus ſe præſentem eſſe & conſentire vel proteſtari intererat, citatus non fuit; * maximè 15 autem utrobique, ſi tertius quis gravamen exinde ſentiat: tum v. tanquam ab extrajudiciali gravamine appellabitur. * Et ſic 16 ergò ab inſinuatione donationis, (quæ quidem aliàs per ſe nequidem Partis citationem, aut judicem competentem, requirit: Carpzov. 2. *Conſt.* XII. *def.* 18. indeque non ex neglectu illius; ſed aliunde gravamen cauſatur,) provocari poterit, item ab oppignoratione bonorum, à Bonorum poſſeſſione Edictali, Legitimatione Liberorum, unione prolium, ſi interveniendo ſibi proſpicere non liceat; * mo- 17 dò ut non cum illis hallucinemur, qui ab actibus ad *Reſervata* Cæſaris ſpectantibus, ùt Legitimatione, ad Cameram appellari poſſe docuerunt: * ceu quoque Frider

in Lib. 1. d. Proc. c. XII. n. 3. ſimili modô lapſus eſt, quando confirmationem Legitimationis Liberorum in Camerâ peti poſſe tradidit: & rectiùs omninò ad *l. eam quam. C. d. fideic.* Baldus, quòd à Legitimatione per Comit. Palat. factâ ad Cæſarem appellan-
19 dum ſit. * De eô autem ſignificatu non dicam, quô actùs voluntariæ juriſdictionis extrajudiciales dicuntur, quia jure Civili non neceſſariò coram Tribunali, ſed etiam in domo judicis aut privati exerceri poſſunt: Michaël. *d. Juriſdict. th. 108. lit. c.* Carpzov. *P. 3. Conſt. 3. def. 13.* item diebus feriatis; Barboſa *ad l. 3. n. 1. & l. 8. C. de feriis. n. 1.* & divinis quidem, ſi cauſæ cognitionem non requirant. *n. 2. ibid. &* Franzkius *ad Digeſt. eod. Tit. n. 26.* Nam ea acceptio directò ad formam cognitionis judiciariæ
20 non pertinet. * Quanquam obiter hîc quoque notandum ſit, quòd ſi quando actus aliquis dictô ſignificatu judicialiter fieri debeat; nihilominus etiam Pars ipſa, quæ illum peragit, tunc quoque ex eodem teneatur, quando illum extrajudicialiter celebrat: Ita per *Deciſ. XXV. Electoral.* muß die Frau dem juri dotis mit einem Eyd gerichtlich renunciiren; Et tamen ſi per juramentum id fecerit extrajudicialiter, Lipſienſes

in Scabinat. & Conſiſtor. ap. Richter. *P.3. Dec. CXXV. n. 17. 18.* reſponderunt: quòd illa non minùs in conſcientiâ teneatur. Videlicet, ex propriô actu invalidô, in Conſcientia quis obſtringitur, quem actus alterius invalidus obligare non poſſet.

§. XLVI. Interim * *Declarationes*, tam Perſonarum quàm Rerum, ad Voluntariam Jurisdictionem referendæ ſunt: E quibus tunc quidem, quoad *perſonas*, gravamen procedere poteſt, * ſi quis immeritò, vel non decenti modô, *prodigus* v. c. declaretur. Rebuffus *de ſent. proviſion. art. 3. gl. 4.* Imò ſi declaratio nulla fuerit, etiam appellatione ſibi quandoque læſi proſpicere malunt. * Quamvis autem prodigum, non niſi cum plenâ cauſæ cognitione fieri poſſe, Doctores velint, pluribus etiam requiſitis adhibitis, quæ Hodierna recenſet *c. XLI. Controv. Forenſ. n. 18. & multis ſeqq.* * Tamen illud ſolùm obtinet, ſi Magiſtratus ex officio ſuo, vel ad nudam alterius, veluti propinquorum, inſtantiam, quem prodigum declaraturus ſit: adeò ut etiam in notoriè prodigo citatio omitti nequeat: adhibe Gailium *Lib. 2. d. P. P. c. 3. n. 12.* in quo *cap.* plura notat de ſententiis *declaratoriis*, item de *notorio*, & quando in hoc citatione vel ſen-

1
2
3
4

5 tentiâ opus ſit. *conf. & Lib. 2. Obſ. 51.* * Ali-
ter autem ſe habet, ſi in judicio contradi-
ctorio prodigus declaretur: tum enim non
6 tam prona & facilis exſurgit Nullitas. * U-
trobique tamen prodigus, ſi talis ſit, pro
contradictore ſaltim legitimo non habe-
tur, indeque cùm declaratio nil novi addat,
voluntariæ juriſdictioni, (Lege pro prodi-
go intercedente,) Magiſtratûs proviſio ad-
7 ſcribitur. * Quod autem in *declaratione* per-
ſonarum, idem & in illâ, quæ *rerum* eſt,
obtinet: ùt ſi beneficium Pontifici reſerva-
tum eſſe declaretur: nam hoc fieri niſi ci-
tatâ parte non poteſt. Anton. Faber. *Cod.*
8 *ad Tit. de Epiſcop. & cler. def. 45.* * Simili-
ter, cùm ſententia *Actûs* cujusd. *nullita-
tem declarans*, omnibus ex eo intereſſe ha-
bentibus, præjudicet, Jac. Cancer. *Lib. 3. c.*
XVII. *n. 401.* niſi nullitas à jure ſpeciali
proveniat: (puta ex defectu citationis illius
conſortis litigantis:) Ideò ad ejusmodi de-
claratoriam illi quorum intereſt non mi-
nùs advocandi ſunt.

1 §. XLVII. Quæ porrò ſequuntur Gra-
vamina non tam ad redditionem juris per-
tinent, quàm ad *Officium Magiſtratûs*, quô
idem in communi vitâ, tranquillitati & ſuf-
2 ficientiæ civium proſpiciat. * In quô qui-
dem

dem variè exceditur, dum vel in *Objecto* quem gravat, vel in *Formâ*, & modô officii interponendi. * *In Objecto*, quoties vel (1) 3
officii prærogativam Magiſtratus ultrà limites extendit. Tametſi enim, quando is ex officio procedit, prævió proceſſu opus non ſit; ſed à Mandato incipiatur. Lancellott. *p. 3. d. Attent. c. 27. n. 7. ſeq.* * Tamen ea ſæpè 4
ad officium iſtud ſpontaneum trahunt Judices, quæ eò non pertinent, vel etiam in exequendo illud excedunt. * Prioris exemplum, 5
in *Mandato poſſeſſionis tuitorio* eſſe poteſt. Nam illud ſanè, cùm non unicè ſinè cl. Mandatum ſit; verùm inhibitionem quoque contineat, niſi vel partis confeſſione, vel etiam documentô illud petentis, poſſeſſio notoria ſit, Parte alterâ non citatô, tanquam maximi præjudicii, decerni non debet: Roland. à Valle 2. *Vol. conſ. LXXVII. n. 25.* quæque aliæ ſpecies multæ adduci poſſunt. * (2.) gravat Magiſtratus, 6
quando civi quid injungit, quod *periculoſum* eſt, vel *difficile*; (*v. cap. accepimus. x. d. Fide inſtrum.*) aut quod præſtitu eſt *impoſſibile*. Sed hoc gravamen, etiam in cauſis ad redditionem juris ſpectantibus, occurrit. * Ita ejusmodi eſt juſſus exhibitionis Inventarii & rationum, ad viduam directus, 7
quæ

quæ poſt plures annos, & ſeniô confecta,
ſicque immemor plerorumque, eas concinnare
non poteſt: quòdque concinnatæ
non ſint, culpâ ejus fortè factum non eſt;
ſed caſu, aliâque ratione probabili, conti-
8 git. * Sic enim potiùs, ut per æquipollens
rationes ſupplerentur, judex efficere, vel
aliter, ut illis quorum intereſt ſuccurre-
9 retur, curare debebat. * Itaque ne vidua,
ſi non parere poſſit Decreto judicis, ſuô re-
tentionis jure, quod in bonis habet, deſti-
tuatur: juſtè provocat.

1 §. XLVIII. Non incommodè * ad Pro-
vocationem ab impoſſibili, quod injungi-
tur, referri poteſt, novum illud *Obæratorum
Statuum Remedium*, quô ipſi adverſus Cre-
ditores, eorumq; Mandata ſibi conſulunt:
2 * Eſt autem petitio Commiſſionis Cæſareæ,
ad docendam & cognoſcendam (etiam
ejus, quod in Cam. ſicque à judice abjudi-
catum eſt,) præſtandi impoſſibilitatem.
3 * Equidem ut ſalubre eſt illud remedium,
ita durum eſt, denudari patrimonium, ad
hoc, ut ceſſionem evitare liceat: prout o-
mninò facultates non aliter, ac in Compe-
tentiæ beneficio, detegendæ ſunt. v. Me-
morial. an das Hoch-Löbl. Fürſten Raths
Directorium apud Sprengerum *in Lucern. S.
Rom.*

Rom. Imper. p. 495. ſeqq. * Quamvis autem 4
unius alteriusve Remedii abuſus maximus
deprehendatur quotidiè, & meritò plauſum ſibi poſcere queat Cujacius, quando
*in Lib. IX. qqu. Papinian. ad l. 4. §. ſoli autem 3.
Quòd cum eo qui. pag. 220. b. Nunquam in jure auditũ eſſe*, ait, *ut propter ſolam inopiam,
nullâ aliâ causâ Legibus*, * (adde: etiam re- 5
centibus juſtisque *moribus*, qui conſervationem ſtatûs Imperii in Magnatibus, non
adeò in Pompâ excedentibus. *v.* Manzium
Patrocin. Debitor. Dec. 3. qu. 4. præferunt,)
expreſsâ adnitente, aliquem tantùm condemnemus in id, quod facere poteſt; ſed ſi moretur, ſive moram nectat, coërcemus eum & cogimus, ut ſolvat aut ſatisfaciat. * Rigidus ta- 6
men foret, nec Legum benignitatem evitare poſſet, qui cum Zaſio, Schneidevvino &
aliis à Dn. Lauterbachio *d. Benef. Compet. p. 32. th. 28. & p. 43. th. 35. citatis*, obæratum
debitorem, ſi bonis non ceſſerit, Beneficium Competentiæ implorare non poſſe aſſereret. * Enimverò à libidine debitorum 7
non pendere tantum beneficium, extrà dubium eſt. *vid.* Finckelthauſ. *Obſ. 113. n. 12. ſeqq.* multòque minùs illud à ſimplici Doctorum traditione, moribus, (qui omninò attendendi ſunt, Salgado *in Labyrinth.
Cred.*

Cred. concurrent. P. I. c. XXIV. n. 41. 52. ſeqq.
non firmatâ, (Enenckel. *Lib. 2. d. Privil.*
8 *milit. cap. XIX.*) repetendum eſt. * Dico
traditiône moribus non firmatâ, quô *Te-*
xtus in der verneuert R. H. O. *Ferdin. III.*
Imp. pertinet. *Tit. 1.* §. und weil dann, *ibi:*
Rechtmäßige *Obſervationes* und Gebräuch
in achtnehmen/und nach denenſelben ihre *De-*
creta Beſcheid und Urtheil richten/ aber mit
nichten einigerley eigenſinnige Meinung
9 denſelben vorziehen. * Valeat nempe ubique
jurisprudentia Romana; ſed & *uſualis* in-
terpretatio, h. e. quæ, prava licèt fuerit, ta-
men conſuetudine probata eſt, prævaleat;
ipſa ſc. pars ejus juris ſuccedanea. *Ulteriora*
miramur, præſentia ſequimur: quæ *Marcel-*
li Eprii eſt ſententia *ap.* Tacitum IV. *Hiſtor.*
10 *c.* VIII. *n. 2.* * Proinde ſi cui Beneficium
Competentiæ tribuendum ſit. (*d. quo in-*
terim vid. Carpzov. *P. 1. Conſt. 32. def. 15. usq.*
ad 20.) ita quoque illud explicandum eſt,
ut quidem à diſtractione bonorum & mo-
leſtiis, quas creditorum exactio infert, im-
munis debitor non ſit; interim tamen, e-
tiamſi privatus fuerit, plus habeat, quàm ut
ab extremâ inopiâ liberetur. *conf.* Manzi-
um *in Patrocin. Debit. d. Decad. 3. qu. 1. n. 117.*
ſeqq.

§. XLIX.

§. XLIX. Ulterius * in *modo Officium ſuum exſerendi* variè partem gravat Magiſtratus: quò *Tr.* M.Stephani *d. Off judic. aliorumque Tr. ſimiles* conducunt. * Sicut enim in cauſis *Extraordinariis*, quas *v. O. Cam. P. 3. Tit. 3.* absque citatione judex procedere non poteſt: ita nec in illis poteſt regulariter, quæ ad officium ejus pertinent ; Gratian. *c. CLVI. n. 27.* * præcipuè ſi privatorum præjudicium prævaleat, veluti ſi Matrem inauditam ad dotem conſtituendam adigat. *v.* Perez. *Prel. Cod. d. Dotis promiſſione. n. XIV.* *Nam aliàs absque citatione officium ſuum rectè exſerit, ſi ad ſcandala removenda, & armorum metum arcendum, tendat: quippe de quibus per ſummarias informationes, aliunde quam à Partibus, conſtare ſufficit: Maſcardus *concl. DCLXXXI. n. 5. & 41.* * ita ut Partes etiam per capturam cogere, Lud. Poſthius *LXXV. n. 15.* acceſſum illis prohibere, poſſesſionem avocare, poſſit. Menoch. *rem. adip. 6. n. 19. Scacc. c. 2. d. Appell. qu. XVII. Lim. VI. membr. 2. n. 26.* * Quibus caſibus, etiamſi pars inſtet; tamen Judex ſi provideat, ex officio proſpexiſſe cenſetur. Barz. *Deciſ. XLVII. n. 6.* * Abutitur deinde Officio ſuo Magiſtratus, quando *enormia mandata* proponit, contra jus quæſitum

1 2 3 4 5 6 7

ſitum unius vel alterius, quod *generaliter e-*
8 *dicendo* ferit aut concutit: * Veluti ſi Magi-
ſter Venationum in genere facultatem ve-
9 nandi interdiceret: * Præterquam enim
quòd magnum aliàs quoque odium Gene-
10 ralitatis ſit: *l. ult. C. d. jur. Dom. impetr.* *ve-
natio nec Nobilibus privilegiatis, vel ſaltim
non omnis venatio, quinimò nec plebejis
ea, quæ ferarum noxiarum eſt, interdici
poteſt. Speidel. *in Notabil. v.* Jagten. Inde-
que ab ejusmodi Edicto, quorum intereſt,
11 rectè provocabunt. * Similiter ut ne termi-
nos juris ſui in edicendô egrediatur, is qui
das Forſtrecht habet ſive *jurisdictionem fo-*
12 *reſtalem*, attendendum eſt; * Et nemo
ignorat, quòd das Forſtrecht / à *Banno fe-
rino*, der Wildbahn / differat: ita ut qui
jurisd. foreſt: habet, poſſit præcipere &
prohibere, ſaltuarios conſtituere, Manda-
ta, Ordinationes publicare, transgreſſores
punire, pignorare, avenam ſaltualem exi-
gere. &c. *v.* Killing. *d. Jur. Venand. th. 5.*
Wehner. *voc.* Forſtrecht. *Et* Gail. *2. O. 68.*
13 *n. 7.* * Qui quidem *in Obſ. 69.* Venationem
malè *Servitutem* eſſe ſtatuit. Meliùs Harp-
prechtus docet *ad* §. *12. Inſt. d. Rer. Diviſ. n.*
181. quòd ea jus particulare & per ſe ſubſi-
ſtens ſit, quod aliquando jure Superioritatis

Terri-

Territorialis,tum & Regalium: item Feudi, præſcriptionis, & quibusve aliis Titulis nobis adveniat: ut adeò non ſemper jure ſervitutis æſtimandum ſit.

§. L. Porrò * *Libertatem communem* 1
ſubditorum cùm *imminuere* præſumit Magiſtratus, ab Auſibus & Decretis ejus gravati appellabunt. *Illam enim gravari *vel* 2
in ſingulorum cauſis & negotiis animadvertimus; *vel* in his, quæ ad publicam etiam utilitatem reſpiciunt, ut, prætextu ſaltim hujus, privatis quid eripi velit. *Prius* fit vel *interdicendò*, vel *præcipiendò*. *Ita ſi Magi- 3
ſtratus cuiquam *negotiatione* immeritò *interdicat*, gravatus appellabit; *v. l. 7. §. 20. ſeqq. d. interd. & releg. l. 1. §. pen. d. off. præf. Urb.* * aut ſi cui agriculturam prohibeat: 4
quod fieri etiam inauditò poſſeſſore non debet; & ſi fiat, idem appellare poteſt, ſi titulum, licèt controverſum, aut jus detinendi habeat: * cùm quidem non poſſet, ſi planè 5
titulô aut jure retentionis careret; tanquam prædo, & qui nullam defenſionem habiturus eſſet: adeò ut adverſus ipſum, ad petitionem ejus cujus intereſt, à mandato, de non ultrà colendo, incipi omninô poſſet. Menoch. *Adipiſc. rem. IV. n. 450.* * *Præcipien-* 6
do factum aliquod, judex gravare poteſt, v.

c. quando Mandatum *demolitorium*, injuſtè & informiter decreviſſet. *v.* Chriſtinæum
7 *Dec. CXLVIII. ad Tit. d. N. O. N. n. 6.* * *Poſterius* evenit, ut privatus prætextu publicæ utilitatis gravetur, circà *mercatum* ſeu negotiatio-
8 nem; vel circà emigrationem. * Illud fit, ſi Magiſtratus alicui licentiam ſoli conceſſerit rei alicujus vendendæ. Ut namque contrà *Monopolium*, maximè ab eo conceſſum, qui ſuperioritatem territorialem aut regalia non habet, Mandata ſine cl. decernuntur. *arg.* 𝔈. 𝔊. 𝔒. *P. II. Tit. 33* (ut tamen non omnia Monopolia *illicita* ſint; Fritſch. *c. x. d. Monop.* & Marquard *Lib. IV. d. I. Mercat. c. VII.* eaque Principes quandoque juſtè concedere; & imò ipſi, & vel in farinâ, ſale, &c. exercere queant. Molina *Tr. 2. d. juſt. & jur. Diſp. 345.* Bonacin *Diſp. 3. d. contract. Q. 2. punct. 5.* Piccart. *ad Pol. Ariſt. Lib. 1. c. XI.* & Bornit. *Lib. 2. d. Ærar. c. 1.*) ita etiam à prohibitione, per conſequens eveniente, vel directâ etiam in gratiam alterius, cùm immutatione Libertatis omnium ejus generis mercatorum, editâ, provocans meritò audietur. * *Emigra-*
9 *turum* gravat Magiſtratus, ſi eum detinere velit, donec *detractionem* ſolvat, das Abzugsrecht / cùm tamen aut illi Magiſtratui non

non debeatur: (ùt quidem ex privilegio vel conſuet. à Præſcriptione deberi poteſt *Municipio* Eichman. *d. Jur. Detract. tb. x. lit. c.* & ex bonis Studioſi defuncti debetur *Academiæ*: Idem *d. tb. x. circà fin.*) * aut planè 10
ib. receptum non ſit; * aut licèt receptum 11
fuerit, tamen de bonis hæreditariis, quæ liberis & parentibus deferuntur, exigatur. *vid. interim* Rauchbar *p. 1. qu. XV. n. 10. ſeq. junct.* Cothman. *Reſp. Acad.* XIX. *n. 57.* (unde ubi ex conſuetudine ſpeciali jus Detractionis præſtant liberi, velut in Marchià, illis quid remitti ſolet. Köppen. *Dec. XI. n. 13.*)
* Similiter Studioſus appellabit, cui hære- 12
ditas *in ſtudium vertenda* obvenerat, ſi de eâ Detractionem exſolvere jubeatur; cùm in eô c. Detractio non obtineat. Speckhan. *Cent. 2. Cl. 1. qu. 14. n. 12. V. Cautelas*, quibus efficere poſſimus, ut Detractioni nos eximamus *apud d.* Eichman. *cit. loc. tb. XV.*

§. LI. Satis * de actibus & pronunciatis 1
plerumque à Magiſtratu ad reddendum jus conſtituto præfectis, ùt illa cauſam Appellationi extrajudiciali præbeant. Nunc etiam, num *ex Poteſtate Nomothetica ſeu Legiſlatoriâ* gravamen aliquod appellationi imponendæ idoneum fuerit? expendendum eſt. * Utique à *Lege* generali, i. e pro- 2

 priè

priè dictâ appellare non licet; *c. 32. x. d.*
3 *appellat.* * modò in eſſe Legis conſiſtat, neque *uſu contrariô*, & quidem hôc ipsô cum ſpeciali *intentione* jus novum introducendi, ùt vult Bonacina *Diſp. 1. Qu. 1. Punct. ult.* §. *3. n. 19.*) abrogata ſit: hoc enim caſu ea quæ exinde deducuntur nulla & irrita
4 forent, *niſi etiam Lex ipſa Clauſulam irritantem, & futuræ conſuetudini derogantem, contineret: quâ ratione per uſum contrarium abrogari vel infringi non potuiſſet; Covarruv. *Lib. 3. var. c. XIII. n. 3.* verùm ipſi potiùs actûs contrarii, tanquam jure nulli, reſpiciendi non eſſent. Maſtrill. *Deciſ.*
5 *CCXLVI. n. 2.* * Non attentô, quòd Heringius *c. VI. d. Fidej. n. 320.* Nullam Legem poſitivam eſſe dicat, quamvis derogantem futuræ conſuetudini, quæ hâc ipsâ tamen non tolli poſſit: doctrinam ſuam ad *Legem 1.*
6 *C. ne fidejuſſ. dot. dentur*, applicans. *Quòd enim Lex illa abrogata non ſit, *ad* §. *1. Inſt. d. Fidej. in Comment. MScr.* docuimus: ceu nec aliàs uſurpationes attendendæ ſunt; aut qnòd pactiones quandoqne inter Partes jus faciant, Proviſioni Legum, modò & hoc
7 fieri queat, renunciantes. * *Non uſus* autem, ad quem oſtendendum multa requiruntur, quæ vide *apud* Suarez *Lib. VII. d. Legibus c. XVIII.*

c. XVIII. Legem non tollit. * Quid ſi Princeps quid edixiſſet cum cl. *Non obſtantibus ſtatutis?* Ita vero non tolluntur ſtatuta, quæ ab ipſo Principe edita ſive confirmata ſunt. Felin. *in c. nonnulli, pr. n. 10. d. reſcript.* & Moreta *de Commutat. ult. vol. c.* VII. *n. 19. ſeqq.* * Non deinde *à Statuto*, vi ſuperioritatis territorialis, aut per ejus, qui iſtâ præditus eſt, conceſſionem, velut à Senatu Civitatis, latô appellatur: Matth. d. Afflict. *Dec.* CCCXXI. *n. 16.* Gylmann *Tom. V. Symph. relat. ult. n. 25. ſeq.* * idque pariter procedit, ſive dum quid conſtituitur, appellari velit, ſive dum quod conſtitutum eſt, executioni mandatur; *l. fin. § 1. d. appell. recip.* vel etiam actum ſecundùm illud celebratum per provocationem quis impugnare cupit. Marant *p. V. Tit. d. Appell. n. 345.* * Quid tamen ſi Statutum ambitioſum, (*v. l. ambitioſa: ff. d. Decret. ab ord. fac.*) h. e. tale ſit? quod cum detrimento ſubditorum, aut publico, ad propriam ſtatuentis utilitatem & cupidinem inſtituitur? Bertazol. *conſ. Civil.* XXI. *n. 31.* * Aliter atque ambitioſas copias *apud* Ammianum legimus XXIV. 19. ita magnis ſcilicet, ut ad oſtentationem potiùs, quàm uſum, comparatæ fuiſſe viderentur: * ut tamen etiam ambitioſa dicere poſſis, qſ. plus æquo ſibi

(margin: 8 9 10 11 12 13)

14 arrogantia. * *Cujacius:* gratioſa, reddit, quem & *Gotbofredus* ſequitur, *l. ult. C. d. Decret. Decur. ſuper immunit. l. 4. d. Decr. ab ord. fac. l. 1. C. d. oper. publ.* qſ. ad gratiam compoſita *κολακικά Nov. 13. c. 2.* per gratiam favoremque expreſſa, *l. 3. d. Minorib. l. ſervo. §. pretor. ad SC. Trebell.* uti *ſententias ambitioſa:* Domitianus reſcidiſſe legitur, *ap.* Sueton. *in Ejus Vita c.* VIII. qui ſignificatus ad ſtatuta ſpecialia pertinet, de quibus poſtmodùm dicererur Nonne ejusmodi Statuta appellationem admittent? Sic
15 opinor: * Et ergò ab omnibus appellari poterit, quæ contrà *Imperii* Sanctiones & *Receſſûs* intentantur: Knipſchild. *Lib. 2. de Jurib. Civit. Imp. c. x. n. 46.* Stamm. *Lib. 3. d. Servit. Perſ. c. 3. item c. 8. n. 14. 17.* & maximè ab his, quæ cum ratione Juris communis planè non conveniunt: (*v.* Gail. *l. O. 36.*) quanquam in illis dijudicandis pri-
16 vatos ſæpe præcipitari experiamur: * Nam ita v. c. illud ſtatutum circà *Cenſum*, (de quo ex Servii inſtitutô optimè Jo. Schefferus, *Exerc. Polit. Sextâ in Tit. Liv. §. 19. ſeqq.*) nonnulli malè communi juri adverſùm eſſe opinantur, quô bona Cenſûs profeſſioni ſubducta in Fiſcum redigenda eſſe diſponi-
17 tur. * Etiamſi enim non eò rectiùs ſtatuat Colerus *Conſil. XLII. & poſt eum* Beſoldus

conſ

conſ. XCI. n. 39. 75. ſeqq. item C. Arg. *tb. 4. d. Cenſibus*, quòd etiam de Jure communi bona ob non factam juſtam indicationem bonorum confiſcari queant: * cùm quidem 18
jura vectigalium ad functiones ſive præſtationes publicas malè extendantur, imò privationis pœna ſtrictè interpretanda, atque in dubio contrà Fiſcum reſpondendum ſit. *l. 10. d. jur. Fiſci: ubi* Merenda *Lib. 3. Controv. c.* XVIII. * Unde non niſi arbitrariam 19
indicit pœnam R. A. 1544. doch ſollen. (quô Receſſuum volumine non niſi continuatio Scitis Juſtinianeis ſcripta eſt.) Et jure communi bona tantùm ob cenſum tacitè obligari & diſtrahi poſſe, ad quantitatem ſc oneris debiti, dicuntur; Carpzov. IV. *reſp.* LXXVIII. *n. 8. ſeqq.* etiamſi per mille annos cenſus indictus præſtitus non fuiſſet. Molinæus *Rubr. d. Cenſibus ad Conſuet. Pariſ.* * Quòd tamen Statutô pœna Commiſ- 20
ſi induci poſſit, (prout etiam alicubi inducta eſt: Knipſchild *Lib. 2. d. Jurib. Civit. Imp. c.* XVIII. *n. 106 ſeqq.*) illud malè negat Hermes *c.* XXII. *Juris Publ. n. 76. ſibi contrarius in c.* XXXI. *n. 48.* * Utique ut *Sa-* 21
garum bona confiſcari poſſe debeant; nullô ſtatutô rectè introducitur. Beſold. *Conſ.* XCV. Klock. 1. *Conſ.* XXIV. *&* *Lib. 2. d. Ærar. c. 85. n. 34. ſeqq.* quamvis *Goldaſtus*

 con-

contrarium integrô Tr. defenderit.

1 §. LII. Quid ſi * de *obſervantia ſtatuti* ſit quæſtio, aut de ejusdem *interpretatione?* Ruginell. *Lib. 2. d. Appell. c.* XLIII. *n. 507.)* Tum verò ùt *priori* caſu ab ipsô ſtatuto, P. Gregor. *Lib. 2. c.* XXII. ita *hîc* quidem à ſententiâ ſupernaturâ ſtatuti latâ, ſi illud v. c. ad caſum præteritum trahat, *d. quo v.* Gail. *2. Obſ.* IX. *& Comm. MSc. ff. ad Tit. d. Legib.* vel in univerſum, ſi ullâ ratione iniqua, & ſtatuto diſconveniens appareat, appellari poteſt. Ruginell. *d. L. 2. c. 3. n. 891.*

2 *Sanè *Obſervantiam* Statuti ad exiſtentiam ejusdem requirunt Carpzov. *2. Deciſ. 1.* Cothmann. 1. *conſ. 21. n. 74. & vol. 2. conſ. LI. n. 297.* Quod neſcio num rectè

3 doceatur. *Nam protinùs atque promulgata eſt, etiam exiſtit Lex; modò in notitiam populi devenerit: quæ tamen ipſa notitia Legi nil confert; adeò ut ſi Lex concepta quidem, ſed tamen nondum promulgata ſit, ſcientes non obliget. Chriſti-

4 næus *vol.* IV. *Dec.* LII. *n. 2.* *Si tamen ſubditi Legem non recipiant, & Princeps ei neglectui aſſentire videatur; Tum verò cùm non-uſus ab initio quid poſſit, ut Lex evaneſcat, obſervantia in dubio non tam populi, quàm Principis gratiâ, probanda eſt. v. Frider. Martini *d. Jur. Cenſuum. c.* IV. *n. 69. &*

69. & 76. Sueton. *in Auguſt. c.* XXXVI. *item* Jacob. Gothofr. *ad L.* XII. *Tab.* VI. *p. 107.*

§. LIII. Porrò * ſi non à Statuto, tamen 1
à pœna ejus, quæ injuſta videtur, appellare
licet. * *Nil obſt. L. 13. ff. d. Pœnis* quâ impoſitio 2
pœnarum arbitrio Magiſtratûs, quidni &
definitio earum Statuentis placito, commiſſa
eſt. * Præterquam enim quòd non 3
ſimpliciter in ſupremi etiam Legislatoris
poteſtate ſit, ut juſtè ſaltim, (nam aliàs *Legem
injuſtam* eſſe nil prohibet,) minimo delicto,
gravem pœnam adaptet: * ita *di- 4
ctam Legem 13. poſt* Gilken. *ad l. rem non
novam. n. 15. C. d. Judic. alioſq́; à ſe citatos*,
adeò excuſſit *Jurisconſultus* κορυφαιότατ☉
Dn. Tabor *in Racemat. Criminal. in Expoſ.
art. 158. Ord. Crim. p. 457. n. 6.* ut nemo accuratiùs.
* Quod autem dixi, Legem etiam 5
injuſtam eſſe poſſe, ut Lex ſit, illud de Lege
ſolùm apparenter tali accipiendum eſt. * 6
Neque enim ea mihi probatur ſententia,
quâ tantum Legem ἐξαιρέτως ita dictam juſtam
eſſe debere docent; aliàs autem quemadmodum
de eſſentiâ Reip. non eſt, eam
juſtam eſſe, ita nec ut juſta ſit Lex, de ejus
eſſentiâ fore: quam in rem Ariſtotelis *in
3. Pol. 2. inf. &* IV. *Polit 1.* authoritate abutuntur.
* Videlicet tantùm ob externam 7

formam Lex injuſta Lex dici poteſt. (2.) quòd juſta eſſe poſſit in Caſibus certis, quatenus in illis juſtior haberi nequit, iſtudque eligi oportet, quod minùs injuſtum eſt. (3.) ſi Lex cum Lege comparatur, injuſta i. e.
8 non tam juſta, rectè dicitur. * Quòd ſi v. eſſentiam Legis expendas, quomodo, ſi interna ratione injuſta ſit, jus efficere: quomodo finem, juſtititiam, aſſequi: quomodo anima h. e. ratione, conſtare poteſt? licèt vel centies effectum cum juſtiſſimâ Lege parem ſortiatur: nam & effectus ipſe jus abuſivè & extrinſecus ita dictum continebit.
9 * Diſtinctio illa inter Rempubl. rectam & corruptam incongruè huc adfertur: Nam corrupta Reſpublica dici quidem Reſpublica adhuc poteſt ideò, quia corruptela accidens tantùm & externi quid Reipubl. attingit; non autem ipſum Ordinem parentium & impetrantium, qui unicè, & nec ùt Monarchicus aut Polyarchicus eſt, (quod ipſum quoque eſt accidentis,) eidem eſſen-
10 tiam largitur. * At verò Lex, quam injuſtam dicimus, internè & eſſentialiter, (quando internam & in conſcientia cogendi vim non habet,) ſibi non conſtat.
11 * Imò quod addendum eſt, Respubl. non à Legum, ſed Imperantium privative, cur-

rupta

rupta dicitur: cùm & in eâ bonæ Leges eſſe poſſint; adeoque ad Leges potiùs Reſpublica accommodanda eſſet Legibus verò ſi & ipſa Reſp. firmetur, tunc iterum Leges non erunt, ſed meræ corruptelæ. * 11
Certè ob hoc, quòd in formâ conſtituendi Legem ſive ſtatutum quid neglectum ſit, appellatione retardari id, quod aliàs rectè ſtatutum eſt, non convenit. Quid ſi enim in univerſæ Civitatis emolumentum ſalubriter quid Magiſtratus ſtatuiſſet? ſaltim quòd non ritè illud, & advocatis pro more Civitatis Delectis nonnullis, Civium ſaluti præfectis, ſive Tribunis plebis, feciſſet. * 12
Utique ſi ab ejusmodi Statuto, veluti ſumptuariô, tantùm ob modum hunc neglectum provocetur, non recipienda eſt Appellatio; ſed unicè præcavendum eſt, ut receptô more ſimilia inpoſterum perficiantur: * ut idcircò ſolennitas extrinſeca, 13
poſtquam actus ſemel perfectus eſt, attendi non debeat. *l. 14. C. d. Procurat. l. 7. d. contrab. ſtipul.*

§. LIV. De *Statuto ſpeciali* * videamus, 1
quod gravamen uni alterive perſonæ aut Collegio infert. * Juxta enim quòd ob il- 2
lud gravatis doli detur exceptio, *l. 1. in f. d. doli mal. & met. exc.* officiumque judicis imploretur, *l. 6. in f. d. Pollicit.* etiam

via

via appellandi patet: *l. 1. §. ſolent. ff. quand. appell. & l. 59. d. Decurionib. item l. ſi conſtat. d. appell.* cùm plus in invidiam appellantis, quàm pro bono publico, conditum eſſe reputetur.
3 * Sit hæc ſpecies, quâ Senatus in Pannicidarum favorem ſtatuit, ut nemo inpoſterum id mercimonii genus, niſi qui per ſexennium apud peritos ſerviiſſet, exerceret: Non ſanè dubitamus ei, qui ſub ejusmodi Statuti, circà idem tempus emanantis, obtentu, ab eo mercimonio excludi voluit, appellandi beneficium
4 concedere. * Quid quòd eum quoque appellare poſſe Dd. doceant, (*v.* Barthol. *ad d. l. ſi conſtat. n. 3.*) adverſus quem non tacitè ſolùm; ſed & per conſequentiam ſtatutum ejusmodi propoſitum eſſe videtur; idque tum ſi gravamen perpetuum ſit, etjam poſt decendium: veluti, cùm extrajudicialiter & citrà cauſæ cognitionem Edictum prohibitorium ferretur: in dem der Biſchoff der Ritterſchafft verbotten/ daß dieſelbe innerhalb der geſetzten Hegſäulen
5 nicht mehr jagen ſolte, deciſum fuit. * Hactenus enim gravamen continuum quoque putatur, ut quandocunque à Statuto provocari poſſit. Franch. *in c. conſuluit. 29. ill. 3. n. 5. d. Appell.*

§. LVI.

§. LV. Igitur * nec à Lege nec à Statuto 1
regulariter provocare conceſſum eſt: Eademque viget ratio *pro incolumitate Privilegii*, quod ex Poteſtatis plenitudine, vel aliis Privilegia tuentibus requiſitis, Princeps cuiquam conceſſit. * Num enim à 2
Principe (ſummô ſc.) appellari poteſt? Et Principis tamen atque νόμου, itemque ab hoc exemtionis, unitæ ſunt poteſtates. Jacob. Gothofred. *C. VII. d. Imper. Maris. pag. 40.** 3
Num etiam ab eâ Principis ſubalterni benignitate provocabitur? quâ quem ſuorum levat ſubditorum, in causâ, de quâ ex Dominii vigore, in ſuo Territorio, poteſt diſponere? * niſi verò cum cæterorum ſub- 4
ditorum nocumento illud conjunctum fuerit; unde etiam in L. XII. Tabb. vetita erant privilegia: *de quo v. Idem* Gothofr. *ad Tab. IX. pag. 228. ſeq.* * Quod v. ſolùm ad in- 5
ſtar privilegii eſt, uti ſi *Regimen principale*, die Regierung / civi cuidam ab oneribus urbanis immunitatem concederet: non dubitandum eſt, quin ſi Civitas eâ gravatam ſe ſentiat, perinde ab eâ conceſſione, atque ab aliis ejusdem Regiminis Decretis, provocare poſſit: * maximè quòd privilegii in- 6
dultum per ſe, & cumprimis in Magiſtratu, ad renitentiam eorum quorum intereſt,

quid

7 quid audente, odioſum ſit. * Multòque magis gravati Cives provocabunt, quando *Univerſitas* Concivem, à quo pecuniam mutuò accepit, publicis tributis & oneribus, cum eorum præjudicio, liberare niteretur. *v.* Burger. *Cent. 2. Obſ. 68. & Cent. 3.*
8 *Obſ. 31.* * Cæterùm ùt non quilibet *actus Domini Territorii* appellationi cauſam præbet; ſed quandoque alia Remedia ſuppetunt, v. c. ſi is hominem qui in ejus territorio habitat, proprium alterius eſſe neget: ita enim non appellandum, ſed Remedio Ordinario turbationis vel prehenſionis ex-
9 periendum eſt. Gail. *d. Pignorat. Obſ. VIII. in fin.* * Ita quidem ſi *Reſcriptum* à Principe emanet, abinde non tantùm appellari poteſt; ſed etiam protinùs atque illud parti editum fuit, debet, ut audiendus gravatus non ſit, ſi *eventum* Reſcripti ſacri ſe expectâſſe
10 prætendat. *l. ff. quand. appell. ſit.* * Verùm hæc ſpecies cum jurisdictionali Decreto mixta, nec ſimpliciter Nomothetica eſt.

1 §. LVI. Sanè * *ſub autboritate Principali*, quam inſtar Legis etiam, cùm per eam quid in jure reddendo decernitur, ſuſpicimus, ſæpè ab inferiori Magiſtratu *peccatur:*
2 * Ita ſi Princeps immiſſionem cuipiam decernat:

cernat: num non ita inferior Decretum iſtud intelligere debebit, ut eum qui in poſſeſſione eſt, ſinè cognitione cauſæ exinde ejiciendum Princeps non voluerit; * vel ſi 3
de ſententiâ Principis dubitet Officialis, nonne ſepoſitâ executione, ad Principem referet? * Aliter mandati non tantùm im- 4
punè non parebitur; ſed etiam provocari poteſt. *v.* Mevium *p. 1. Dec. CXLI.* * Simi- 5
liter ſi Princeps ſtatim rem reſolvi præceperit; tamen vox ea ſummariam cognitionem non excludet. Salycet. *in l. quis poſthac. C. d. bon. proſcript.* * Et cauſam ſimpli- 6
citer & de plano, ſinè figurâ judicii, reſolvendam eſſe Princeps reſcribat, judex citationem omittere non poteſt; Rittershuſ. *p. IX. c. 3. ad Novell. n. 20. ſeqq.* aliàs enim ab eo non minùs appellabitur. * Reſcribat etiam 7
v. gr. Princeps de ſtatim exequendo, ita ſi exceptio liquidationis attendi non velit, etiam provocabitur. * Quid tamen ſi hæc 8
ipſa in Reſcripto non audienda eſſe dicatur: ita verò Reſcriptum Sub & Obreptitium eſſe cenſetur. * Major eſſe videtur dubi- 9
tatio, ſi omnes in genere *Exceptiones* admitti *prohibeantur.* Veruntamen hoc etiam caſu de frivolis ſolùm Princeps intelligi debet: *l. 7. C. d. precib. Imper. offer.* Gail. *l.*

Obſ.

Obſ.33.n.5. Coler. *p.IV. d. Proc. Exec. c.1.n.8. ſeq.* & de his quæ parvi momenti ſunt; aut
10 de apicibus juris. * Imò ſi Auguſtino Barboſæ fidendum eſt, *cap.13. x. d. offic. & pot. jud. deleg.* de omnibus aliis quoque accipi debebit. Id quod tamen non admiſerim, ſi non enixa voluntas Principis appareat; aut quamvis enixa fuerit, tamen exceptiones tales ſint, quæ in continenti deduci
11 queant. * Vel potiùs, enixa voluntas in his talibus nunquam reſpicienda eſt, niſi tantùm ad modificandum, limitandum, reſervandumque jus, quod Parti competit: ut videlicet Exceptiones dilatæ, non peremtæ, adeoque à præſenti ſolùm proceſſu ex-
12 cluſæ eſſe cenſeantur: * quanquam ne quidem differendæ videantur illæ, quæ ex ipsô inſtrumento, de quô agitur, protinus apparent, & ad ſubſtantiam actûs pertinent. Neque enim inſtrumentum hâc ratione
13 impugnat, qui eôdem nititur. * Utique *Exceptiones*, quæ æquitate nituntur & merita cauſæ, vel etiam Ordinem partium, reſpiciunt, ùt eſt inhabilitatis, incompetentiæ, item Excusſionis, cum ſimilibus, vel adeò excluſæ eſſe non cenſentur: (Ar. Pinell. *d. Reſcind. vend. Rubr. p.1. c.2. n.23. &* Zanger. *p.2. c.8. d. Except. n.3. & c.22. n.19.*) quia

quia nec fidejuſſor, qui omnibus Exceptionibus renunciavit, adhuc Exceptionem Excuſſ., tanquam ex naturâ actûs procedentem, objicere prohibetur. Gailius *d. Obſ. 53. n. 5.* Nec ſtatutum quod omnes Nullitates excludit, Exceptionem incompetentiæ ſuſtuliſſe putatur. Idem *Obſ. XIV. d. pignor. n. XI. ubi ppl.* & Caldas *2. For. Quæſt. 2. n. 57. & Qu. 36. n. 11.*

§. LVIII. Tantum * de Reſcriptis, qui- 1
bus, antequam ad alia tranſeamus *Mandata*
jungere liceat: quippe quæ hactenus quidem judicialia dicuntur, quòd non niſi à judice decernantur; *extrajudicialia* tamen etiam appellari poſſunt, quia inauditâ parte emanant: Sic enim Blumius *in Tit. XXXIV. Proc. Cam. n. 4. Mandata ſunt præcepta judicis, quibus nullâ citatione præviâ, Reum inauditum aliquid facere vel omittere jubet.*
* A ſimplicibus verò Magiſtratuum De- 2
cretis, ſaltim in ſupremis judiciis, aliquantum diſtingui, & immediatam directamve Legis executionem præ ſe ferre videntur: de Mandatis enim *ſinè cl.* nunc disquirimus. * Quæ quidem ſi in caſibus à Jure con- 3
ceſſis, ſeu quibus à præcepto inchoari poteſt, *(quos v. O. C. P. 2. Tit. 23. & ſeq.)* ferantur, appellationem non admittunt: * quia 4

O gra-

gravato per Exceptionem ſub & obreptionis abundè cautum eſt, idque attendi non debet, quòd cùm Proceſſus Mandatorum ab ordinariâ judiciorum telâ longè diverſus ſit, Partium quàm maximè intereſſe videatur, ne per Mandatorum impreſſionem ab ordinatâ procedendi ratione dimoveantur.
5 * At verò ſi *in caſibus à jure non conſtitutis* Mandatum ſinè cl. decernat judex, tum quia inpoſterum ulteriùs gravaturus eſſe judex præſumitur, j mque extrà viam juris abreptus eſt, appellatio non immeritô locum habebit:
6 * idemque dicetur, ſi caſus dubius fuerit: Nam quæ præcipitia ſunt, contrà jura vergere cenſentur, Fr. Mindan. *2. d. Mandat. c. x. n. 1.* & in ſe appellatio *per Argl. l. f. C. in quib. cc. reſtit. in int.* favorabilis eſt.
7 * Unde in priori quoque ſpecie, ſi vel maximè caſum Lex contineat, appellationem toties largiemur, quoties gravamen, quod ſubeſt, per Exceptionem ſub & obreptionis emendari non poſſet.

MEMBRUM II.
DE
CAUSIS REI PUBLICÆ.

1 §. I. In *Publicis Cauſis* * non minùs quàm in privatis, ad Appellationem Extrajudicialem

lem proficientia gravamina, occurrunt. Quorum alia ad *Jus Perſonarum;* alia ad *Jus Rerum* pertinent. * *Illud* concernit *Dilatio* 2
vel indictio *Munerum*, quæ ſententiæ vicem, aut Decreti propriè dicti, ſubire non poteſt. *l. 1.* §. *6. ff. quand. app. ſit.* *Perversè 3
penitùs rem explicat Cruſius *IV. de indic. delict. c.* XLVIII. *n. 38.* * Sed Vallenſis *in Lib. 2.* 4
Decretal. Tit. XXVIII. §. *4. n. 14.* diſtinguit Munera in ea, quæ auctoritate tantùm publica, utilitate privata ſunt, quale eſt Tutela; & ea quæ utrôque modô ſunt publica: ut à nominatione ad hæc appelletur; *l. 2. C. d. Decurion.* ſed ab iſtorum delatione non item. *l. 1. §. ſi quis. ff. quand. appell.* * Quæ qui- 5
dem *Vallenſis* traditio, ſi de neceſſitate appellandi accipiatur, rectè habet. * Nam cui 6
Decurionatus v. c. tanquam Munus poſterioris generis, delatus eſt, cauſas immunitatis atque excuſationes, (quas *v. ap.* Zahnium *in Ichnogr. Munic. c.* XXIII. & num inter eas *Podagra* connumeranda ſit, *l. 3. C. qui morb. ſe excuſ.* Pariſ. *d. reſignation. Lib. V. Qu. 3. n. 42.* cujus Laudem deduxit Bilib. Pirckheimerus *in Operib. Polit. pag. 204.*) non aliter allegare poteſt, quàm ſi appellationem, non quidem à Decreto Præſidis, quod hîc nullum eſt; ſed à vocatione ſeu

nominatione & Decreto Decurionum interpoſuerit. *l. 4.7.21. C. d. Appell. l. 1. §. 2.3.4. quand. appell. l. 2. C. d. Decur. l. 4. C. d. Muner.*
7 *patrim. l. 1. C. quemadm. Civ. mun. indic.* * Quale quid etiam de Duumviro in Magiſtratum creato habetur *in l. 21. §. 2. d. Appell.* atque de Syndico, & quôvis aliô ad munus publicum vocato, aſſerendum eſt, *l. 1. pr. §. 1. d. vocat. & exc. mun.* Ant. Fab. *Lib. VII.*
8 *C. Sab. Tit.* XXIX. *def. 2.* * ùt ſi quis à ſe Dignitatem, quæ emolumentô, ſaltim imminenti, deſtituitur, à ſe dimovere cupiat: ceu Senatoriam, ſimilemve aliam: eam non aliter, quàm per appellationem, deprecari queat.
9 * Videlicet Dignitates etiam appellando refugimus, ſæpèque onera dignitatem abſorbent, *e gli huomini non ſi curano molto di quelle dignità, le quali hanno la fatica per*
10 *ſodisfazzione, e l'applauſo per guadagno.* * Sed *Lübecenſi jure* ab electione Conſularis vel Senatoriæ Dignitatis appellare non licet; *Lib. 1. Jur. Lüb. Tit. 1. art. 6.* & Mevius *ibid. in Comment. n. 43.* Imò nec fortaſſis a-
11 deò ſolet. * Et nec putem facilè ſpeciem exhiberi poſſe, ubi civium aliquis *à Syndicatu* ſibi delato appellaverit: quippe quos Syndicos *Penſionarios*, oder belohnte Rathsherrn/ quòd penſione fruantur, appellant Hol-

Hollandi. *v.* Voſſium *Lib. 3. d. Vit. Serm. c. XXIV. p. 562.* * Civitates Imperiales non- 12
nullæ *Conſulentes* vocant, quos niſi per modeſtiam appellatione abſtinerent, Limnæus, VII. I. 56. ſuos *Cancellarios* appellare poſſe tradit: quoniam non minùs Archiva ſua & Cancellarias, atque cæteri Statûs, habeant. * Quid quòd in quibusdam Civita- 13
tibus Syndicos Cancellariorum nomine honorari tradat Scheinemannus *in Diſſ. inaug. d. Syndicis* §. *XII. p. 11.* ſicuti hoc nomine nonnulli in Comitialibus conſignationibus ſubſcripti reperiantur: citans eam in rem exempla à Kirchnero producta, *in Tr. d. Cancell. Lib. 1. c. 4.* ad quæ fruſtrà reſpondeat *ipſe Kirchnerus.* * Utique Syndi- 14
cus, aut ſaltim *Protoſyndicus* in effectu nil aliud eſt, quàm Cancellarius, quippe quòd Principum Cancellarios ad ejusmodi munera opimis allici Salariis & ab eminentibus Imperii civitatibus evocari videamus. * Unde Phil. Andr. Oldenburger *in* 15
Limnæo Enucl. Lib. IV. c. 1. §. *21.* non eò immodeſtiùs acturas eſſe Civitates Imperiales opinatur, ſi nomina ſuorum Syndicorum in nomina Cancellariorum immutarent, cùm & Academiis ſuos habere Cancellarios conceſſum ſit: * Ut cùm ab anti- 16

quo Comites, quicunque Cancellariam bene inſtructam tenent, ſuos plerumque Cancellarios habuerint, illud ipſum Dignitati Eorund. perſonali acceptum ferri non debeat.

1 § II. Quòd ſi cui * prioris generis *munus*, quod *utilitate privatum* eſt, ùt *Tutela*, injungi velit, is tunc protinus apud eundem Magiſtratum, excuſandi cauſas, ſi velit, allegare poteſt, *l. 20. ff. d. admin. tut. l. 40. ff. d. Excuſ. tut. & l. 17. § 1. ff. d. Appell.* Hilliger. *3. Don. En. c. IX. lit. R. & Lib.*
2 XXVIII. *c. V. lit. A.* * Non oportet eum provocare: quamvis ſtatim à nominatione provocare poſſit; & ſi coram deferente exceptionem proponere maluerit, eaque repulſa fuerit; dum demum appellare debebit. *l. 1. §. 1. ff. quand. appell. l. 4. pr. l. 13.*
3 *l. 16. ff. d. Excuſ. Tut. l. 18. C. eod.* * Nil adeò contrà textum indolemque rei valente Antonio Fabro, qui in *Lib.* VII. *Cod. Sab. Tit.* XXVI. *def. 8. & Tit.* XXIX. *def. 1.* ideò Tutorem à nominatione arbitrium appellandi non habere ait, quòd dilatio ex-
4 inde oritura foret. * Eſt enim omninò non tanta dilatio, ſi protinus per appellationem excuſationes apud Superiorem deſignatus Tutor proponat; quàm ſic à rejectis demum excuſandi cauſis ad eundem gravami-

vami-

vamina ſua deducturus procedat. * Haud 5
dubiè *vir ſublimis* unâ cum aliis, quos inter
etiam eſt Arn. Vinnius *in Comment. ad* §. *16.*
Inſt. d. Excuſ. Tut. per *d. l. 1.* §. *1. in fin.* ſeductus fuit: ubi Juris C: *ante* (quàm rejecta
fuerit excuſatio,) *fruſtrà appellatur: per* §.
16. Inſt. ibi: *non appellant.* * Verùm uti hîc 6
Imperator cum particulâ: *neceſſariò* accipiendus eſt, collimans ad differentiam aliorum munerum publicorum: (aliàs enim hîc
de Appellatione quid inſerere, inſtituto
non adeò fuerat conveniens) ita *in d. l. 1.*
JCtus effectum rei in oculis habuit: Quid
enim intereſt, ſi iniquum tibi non fore Magiſtratum inferiorem conjicias, an coram
eô te excuſes, an protinùs à nominatione
ad Superiorem procedas. * Quod tamen in 7
Muneribus utrinque publicis, velut Decurionatu, ſi quis æquè attendendum fuiſſe,
objiciat? Reſpondebo: Differentiam in
eô ſitam eſſe: quòd Ordo Decurionum, qui
nominat, quodammodò in causâ propriâ
verſetur, cùm ejus interſit, ne deſignatus
oblatum munus recuſet; at vero Magiſtratûs in Tutore dando nil intereſt, ut ab hoc
Tutor ſtatim, & ex juris neceſſitate, appellare cogendus non fuerit.

§. III. Cæterùm, * quod ab indictione 1

 mune-

muneris provocari notavimus, etiam de *Interdicto* enunciandum eſt, ſive Muneris, ſi-
2 ve alterius quoque Ordinis. * Talis erat olim *ex Ordine* Senatorio, vel Equeſtri, apud Romanos *ejectio*: *v.* Valer. Maxim. *Lib. 2.*
3 *c. IX.* à quâ non dubito, etiam in Populari ſtatu, ad Populum provocari potuiſſe. * Talis etiam eſt frequens adeò hodiè ejectio *Opificum* ex Collegio: Richter. *2. Dec. 80. n. 27. Senatorum* è Concilio, veluti ſi arcana Senatûs divulgent. Chriſtinæus *V. Dec. Belg.* LXXV. *n. 27.* Item *civis* à Societate Civili excluſio, quam Magiſtratus ſinè voluntate aut delicto ejus ſuſcipere non poteſt. Mevius
4 *Lib. 1. ad Jus Lüb. art. 2. n. 79.* * Et denique ſi officio abſtinere quis jubeatur, aut ſummotus fuerit: nam ita rectiùs, quàm ab officio ſuſpenſum quem eſſe dicimus. Talem verò appellare poſſe, *ex l. un.* §. *4. ff. Nihil in-*
5 *novari app. pend.* conſtat: * niſi etiam officium à voluntate conſtituentis penderet, ut pro εὐδοκίᾳ ſuâ & beneplacitô agitare iſtud verſareque poſſit: Nam ita, licèt perpetuum non minùs reputetur, (Cacheran. *Dec. CXLIV. n. 13.*) & quælibet deſtitutio quid affricet, *l. 51. ff. d. manum: teſt.* tamen cùm non minùs revocabile ſit: Menoch. *Lib. 1. Arb. jud. Qu. 55. n. 4.* ideò quandocunque, etiam

etiam nullâ adjectâ cauſâ, Miniſter dimitti ſeu removeri poſſet: G. Lud. Lindenſpür. *d. Arcan. Imper. Monarch. c. VII. p. 186. ſeqq.* * 6
dummodò injuria non acceſſiſſet; aut in damnum vel pœnam facta non fuiſſet abdicatio: nam ita adhuc, cauſâ non apparente, provocari poſſet. H. Cævallos *qu.* CCCCXXV. *Comm. Opin.* Boër. *Dec.* CXLIX. *c. 10. ſeqq.* * Sunt modi complures, quêis *colorem* dimiſſioni conciliant Magnates, und gibt es auch höffliche Manieren/ einen Diener/ unter einem ſcheinbaren Titul und Namen/ abzuſchaffen. *vid.* Dn. W. Ign. Schütz *in c. V. Reflex. Polit.* §. 19. * Nec tamen facile eò, ut Miniſtros dejiciant, procedere debent; adeò ut talis etiam, qui poſt approbationem ſemel factam inhabilis deprehenditur, caſſari ne quidem poſſit: niſi in officio maximi momenti, idque ſinè contumeliâ, & ut ei functio alia conferatur; quin imò ſi emendatio probabiliter ſperetur, relinquendus eſt. Zahn. *c.* XXXVI. *Ichnograph. Munic. n. 8. ſeq.* & Fritſch. *d. Reſignat. c.* IV. *n. 99. ſeqq.* * Parcant potiùs Miniſtrorum exiſtimationi, nec protinùs *Proceſsûs inquiſitorios* contrà eos inſtituant: Nam & ſimpliciter remoti, ob delictum remoti eſſe præſumuntur. Klock. *2. Conſ. 94. n. 33. ſeq.* * Atque facilè eſt,

(margin numbers: 7 at "Sunt modi", 8 at "Nec tamen", 9 at "Parcant", 10 at "Atque facilè")

eſt, ut Principibus etiam non promeritis ingratitudo imputetur: de quâ eleganter Nic. Machiavelli *della Ingratitudine à Gio-*
11 *vanni Folſchi.* * Cùm & prætereà de iisdem ea proſtent Axiomata, quæ Miniſtris erectam fiduciam & expectationem labefactare vel eximere poſſint. Ita Anton. Perez, *Secretar. Phil. II. intimus, in Aphoriſm. fol. 199. Utuntur*, ait, *Principes Miniſtris, ùt Artifices inſtrumentis: abjiciunt attrita.* Et *in fol. 21. & 40. ſi Princeps aliquem diligit ſinè causâ & promovet, eum & ſinè causâ deprimit: ſi propter virtutem vel Concinnitatem quandam, mox ea, ùt flos marceſcet: ſi ob meritum aliquod inſigne, ſcias debitorem vix ſincerè amare creditorem, mutuò jam contractô, ſi occaſione obſequii minùs juſti, vel à Deo, vel ipſo Principe tandem punietur. ſi propter animi promtitudinem ingeniique dexteritatem aliquem æſtimat Princeps, actum eſt cum ipſo, ſi non donis hisce ad Principis indolem accinere ſciat. Favor eſt pulchritudo: quæ decipit, attrahitque; tandem evaneſcit. Principum gratia fallax eſt, caduca, mortalis, umbra mortis imò mors ipſa, ur-*
12 *ſæ inſtar, quos complectitur, ſuffocare ſolet.* * In viam revertamur: Et de falſo ſi accuſetur Officialis, vel Senator, non è veſtigio deſtituendus eſt, ſed retentis interim priſtinis hono-

honoribus, (*l. libertus.* §. *12. ad Municipal.* & *l. 1. C. de reis pooſtul.* quos itaque multò magis aliquando reſtitutus obtinebit: *l. 2.* §. *1. d. Decurion.* Langlæus VII. *Semeſtr.* VIII. *p. 360.*) exercitio tantùm Muneris & officii, donec ſe purgaverit, abſtinere jubetur. * 13
Et tamen ſi de falſo, vel ſimili etiam delicto in officio commiſsô, jam dum per informationem præparatoriam conſtet, ab officio etiam *ſuſpendetur. Idem* Boët. *Deciſ. CL.* * De quô quidem, vel aliâ quâlibet cauſâ, ſi non apparuiſſet, gravatus omninò 14
potuiſſet provocare: Et tunc in ſequentem modum pronunciatur: wird nach Beſchaffenheit dieſer Sachen / die wieder M. F. ſeines Stands und Schöpffen-Ampts halber gethane ſuſpenſion, jedoch der Haupt-Sach dadurch nichts benommen / ex off. hiemit aufgehoben; auch derſelbe in den Stand / wie er dazumal geweſen / reſtituirt und eingeſetzet. ita Cam. in c. M. F. wieder J. N. Hauſſfr. Appell. (17. Febr. 1665.) Reiterat. ſub pœnâ 10. March. L. G. 7. Jul. ej. ann. * Neque tamen ſolùm appellari ob 15
remotionem à ſtatu vel dignitate; ſed & injuriarum agi poterit: quanquam actio illa perpetua, ex L. Corneliâ, malè eò referatur: * niſi quòd ſi, tanquam à dejecto 16
de

de qſ. poſſeſſione Officii & Honoris, ſpolii intentetur actio,(ceu non minùs in h. c. pro re natâ interdictum uti poſſidetis obtineret:) perſecutio ad 30. annos duret, & actio injuriarum, modò & ſic intrà annum quoque intentetur, unà cumulari
17 poſſit. * Quid quòd in caſu hoc injuriarum, ſi illæ in ſpecie deducantur, de reſtituendo in honores priſtinos, Mandata ſine Cl. etjam decerni, iisque Citatio ſuper injuriis adjungi ſoleat: *cujus rei exemplum ap.* Gylmannum *extat Tom.* IV. *ſupplic. Part. 2.*
18 *ſuppl. 82. & in præjud. V. Actio injur.* *Illud eleganter quæritur, ſi ſuperior, Ordini è quo quis ſummotus eſt, Decreto pœnali, ut ſupplicantem *compendiis Senatorii* Muneris vel Ordinis frui permittat, injunxerit: quomodo Ordini conſulendum ſit? ſanè ab
19 ejusmodi etiam Decreto appellabitur: * & ſi ad plura Decreta rem devenire paſſus ſit Ordo, ne quidem, tanquam à re judicatâ, appellari poteſt: ita ut priora vim judicati ſortita, appellationem, quæ à poſtremo Decreto ſuſcipi vult, impediant: cùm quidem ſi à primo ſtatim Decreto provocatum eſſet, omnia Decreta & cætera illud inſequentia pro attentatis haberi, ſicque
20 cenſeri invalida, potuiſſent. * Quòd ſi tamen plura

plura etiam Decreta, ad nudam ſupplicantis inſtantiam, citrà omnem cauſæ cognitionem, emanâſſent, diſpiciendum eſt: num non requiſita ejus Comminationis aut Epiſtolæ habeant? quæ in rem judicatam non tranſire, & ſic Appellatione opus non habere dicuntur; *t. Tit. C. Commin. Epiſt. Progr.* * Vel etiam, annon novum grava- 21
men contineant? ſic enim, poſtquam v. c. per Decretum, ſub præſtitâ cautione, illi qui hactenus fructus perceperant, porrò eos percipere per aliud Decretum, prioris, quod in rem judicatam tranſierat, confirmatorium, permitterentur, ſicque præteritô interim poſſeſſoriô Ordinariô, illi qui cautionem receperant, remitterentur ad petitorium: non dubitandum eſt, quin à poſteriori Decreto, quod ſinè cognitione cauſæ Ordinarium poſſeſſorium adimebat, provocari potuerit. * Quòd ſi etiam prior ſententia 22
in poſteriori virtualiter contineatur, tum verò etiam à poſteriori ſolâ ſi provocatum ſit, ſufficere putant. Sed vide Guid. Papæ *qu.* LXXIV. *ſeq.* * Illud interim certum eſt, 23
cùm prima executio in ſecundam confluit, quòd tùm ei, qui ab utrâque appellavit, ut poſteriorem ſolùm proſequatur, ſufficiat. *jx.* Anton. Fabr. *de Tempor. & Reparat. Appell.*

24 *pell. def. 1.* * Denique *à Dimiſſione denegatâ* etiam appellare Miniſter poterit: licèt in perpetuum ſe obligâſſet. Nam tacitè exceptum cenſetur, ſi prægnantiſſima cauſa non ſupervenerit: eaque ne generali quidem renunciatione contineri potuit.

1 §. IV. Sed & * de *Academiarum Dignitatibus*, quando nunc quidem in Academiâ degimus, hoc ſubjungendum eſt, quòd uti is qui eas honeſtè petit; ſed ad illas, vel examen pro eiſdem obtinendis, citrà cognitionem admitti non vult, rectè provocat:
2 * ita etiam filios Profeſſorum; eorumque qui Profeſſorum Privilegiis in Academiâ fruuntur, appellare poſſe, quando pro collatione honoris Doctoralis aut Magiſterialis ab iisdem quid exigi; aut ſaltem, ùt ſtatuta quarundem Academiarum habent, ultrà dimidiam honorarii quantitatem urge-
3 ri velint: * quòd enim hi tales etiam communi jure gratis examinandi ſint, Benius docet. *P. 3. d' Privileg. Juriſconſultorum c. LX.* Vivius *item in Deciſ. CLIX.* & Beſoldus *Theſ. pract. v. Doctor.*

1 §. V. Poſt Munera * & Dignitates de *Oneribus* agendum foret. Nam ab oneris novi & inſoliti impoſitione, civem v. c. à Civitate ſe gravante, appellare poſſe, *arg.* 𝔑. 𝔄. *1594*

A. 1594. §. 93. & trad. Gylmanni *Tom. IV. p. 1. Vot. 30. n. 267.* planum eſt. * Velut & ab exi- 2
gente *Collectas*, Decimas, Tributa & ſimilia, ſi modum conſuetum & ſtatuta excedat. Menoch. *d. Arb. Qu. c. VII n. 28. &* Maſcard. *d. Probat. Concl. DCXCVI. n. 6.* Item ab illo, 3
qui Munus, veluti Metatorum, imponit, cùm quidem ad eum; dum *in communione* eſſet locus, da der Ort vielherriſch iſt / eorum impoſitio non pertinebat, rectè appellatur. vide de *Con Domino* ejusmodi Dn. Taborem *d. Metat. C. VI §. 16. p. 40. ſeq. item* Nolden. *c. XVI. d. ſtatu Nobilium n. 35.* Kyllinger. *d. Gauerb. Diſc IX.* Gailium. *d. Pignorat. O. XX. &* Beſold. *Lib. 2. Polit. c. 5. item* Binder *d. J. Albergariæ, Concl. VIII.* * ubi ei 4
inter Con-Dominos *Jus Albergariæ* tribuit, der die OberVogtey (centenam omnigenam) hat / cum jure Territoriali. Indeq; etiam in h. jure, ſi per reliquos illud exigi velit, ad provocationem confugere licet.* Verùm 5
quia hæc talia ad ea quæ perſonas afficiunt, ferè non ſpectant, atque ût in univerſum ab impoſitione onerum, veluti cenſuum, collectarum, vectigalium, &c. provocetur, inferiùs exponamus; ideò de *operis* tantùm hoc inſerendum eſt. * Nempe quòd ab injun- 6
ctâ earum præſtatione gegen Abſchied und her=

Herkommen gravari appellent. Gail. *2. Obſ. 61. in fin.* Quid enim ſi ruſtici alternativè
7 ad operas aut pecuniam ſe obligaverint? * Ita ſanè ſi in ruſticorum gratiam promiſſio pecuniæ accepta fuerit, illorum electio quoque erit, num operas nunc quidem præſtare velint: Ant. Faber *Lib.* IV. *Cod. Tit.* XXIV. *def. 13.* à quo ſi arceri & pecuniæ præſtatio præciſè illis imponi velit, rectè appellabunt.
8 * Idem beneficium indulgebimus, ſi ſervitia indeterminata velint trahi ad inſolita, aut de loco ad locum: vel determinata in alia, quamvis ſimilia, commutari voluerint.
9 * Aut ſi Magiſtratus, da einem oder andern frohnenden Unterthanen die Pferd von dem Feind ausgeſpannt oder ſonſt verdorben / cæteris injunxerit; ut iſtis damnum illud reſarciant: Cùm tamen operæ non eſſent impoſitæ denen Unterthanen ins gemein / ſed cuilibet ùt ſingulo Kopf für Kopf. *vid.* Myler. *d. Pr. & St. Imp. c. LXXII. n. 10. 11.* Quô caſu quemque damnum ſuum pati juris fuerat.

1 §. VI. *Commoda Publica* * non ſibi ſemper Univerſitates ſervare ſolent; ſed quandoque jura, ex quibus emolumenta profluunt, in privatos ipſæ transferre; aut hi etiam contractu quopiam, cum ipſa Univerſitate aut

aut Collegiô initô, vel præſcriptione, ſibi ea acquirunt: quin & à Principibus prærogativas aliquas privilegiis & conceſſionibus conſequuntur: adverſus quæ ſi graventur, appellationis quoque extrajudicialis remediô uti poterunt: veluti quilibet qui à Ma- 2
giſtratu v. c. Urbico per Decretum in *poſſeſſione juris* cujusdam quæſiti turbatur, appellabit.*Nam ſi vel maximè civitas contra No- 3
bilem, cereviſiam ad vendendum braxantem, *ex l. 3. C. d. Commerc.* fundatam intentionem habet, ut eidem adverſus Nobilem Mandatum ſinè cl. concedendum ſit.
* Quòd ſi tamen hic aliquo tempore in poſ- 4
ſesſione braxandi ſteterit, cùm vel ſolâ præſcriptione, vel etiam privilegiô, inſtructus eſſe queat, ſi tum ei braxatio interdicatur, rectè provocaturus eſt. * Quid ſi verò Civitas 5
Privilegiô ratione circum jacentium, inſtructa ſit, & ex vi jurisdictionis ſibi competentis ipſam interdicere Nobili, in paganico prædio braxanti, nitatur? *Neque enim Prin- 6
ceps, etiam ex plenitudine poteſtatis, (Cephal. *vol. 3. conſ. 301. n. 75. ſeq.*) Nobili v. gr. in pago das Braurecht/oder eine Schenckſtatt/ concedere poteſt, inauditis civitatibus vicinis, quarum intereſt. Dn. Tabor. *c. 3. §. 10. d. Jure cereviſ.*) * Equidem Nobili ſic appel- 7
lanti Inhibitiò adverſus Magiſtratū decerni

P non

non debet, cùm hic privilegiô, eôque clarô, und gegen welches noch zur Zeit durch den von Adel nichts erhebliches eingewendt wird/ inſtructus ſit: maximè ſi nondum in quietâ
8 poſſeſſione fuerit Nobilis. * Et tamen Appellatio non rejicitur. Quid ſi enim illi privilegio adverſus appellantem locus non eſſet, aut non in tantum; aut etiam eidem præſcriptum, illudve non uſu amiſſum ſit; vel Proceſſus denique Mandati, aut quilibet alius, contrà Nobilem fuiſſet incongru-
9 us. * *Poſſeſſio* ubique vel maximè attendenda eſt: Unde ſi Princeps eum, qui *in qſ. poſſeſſione venandi* eſt, ſinè causâ cognitâ, venatione prohibeat, quaſi illa in inveſtiturâ expreſſa non ſit; tamen ab ejusmodi inhibitione rectè provocabit gravatus; licèt cum pertinentiis Feudum conceſſum eſſet; ſub illis autem Regalia (niſi quid aliud concurrat,) non contineantur. Roſenthal. *c. V. Concl. Feud. XIV. n. 1. & c.* Mylero *citati in Tr. d. Menſur. & Ponder. c. 3. §. XI. conf. &* Gail. *II. Obſ. 61. & 62. ubi d. Pertinent.* Nam ne quidem jus illud, quod Nobilis v. c. poſſidet, ſequeſtrari poteſt. Weſenb. *ad l. 3. C. qui legit. perſ. ſtand. n. 5. & V. Conſil. 213. n. 32;*
10 *ſeqq.* * Aliquando etiam *participare* nonnulli de Beneficiis alterius corporis deſiderant,

rant, qui ſi immeritò abinde excludantur, etiam appellabunt: * ùt ſi quis Profeſſorum 11
aut Studioſorum in favorabilibus pro cive haberi cupiat; ſed ad jura civium admitti nolit. Hermes I. *Publ. C. XXXIII. n. 173.* * 12
Quod quidem de favore illò accipi non putaverim, qui in eorum perſonam præcisè conceptus eſt. *conf.* Mevium *in quæſt. prælim. ad jus Lübec. Qu. IV. n. 39. ſeqq.* * Ob 13
hoc gravamen appellabile non naſcetur, quando Territorii Dominus *Fodinarum* poſſeſſoribus, ſi incultas eas jacere permittant, ſi pecuniam pro operis non ſolvant, ſi majora Metalla inveſtigare negligant, easdem poſt trinam admonitionem eripit. *v. gl. in l. 3. C. d. Metall.* Peregrin. *Lib. IV. d. j. Fiſc. Tit. 2.* Roſenth. *c. V. Concl. 90. n. 1. &* Klock. *Lib. 2. d. Ærar. c. 48. n. 10.*

§. VII. Ulteriùs * appellari tanquam 1
ab extrajudiciali poterit gravamine, ſi *privilegia tollere* velit Princeps, ab Anteceſſoribus, ita ut revocari non poſſe videantur, conceſſa: quam in rem pulchra eſt *apud* Boxhornium Conſultatio *in Disquiſition. Polit. Caſu XIII.* * Quamvis enim privilegia, quando vel rei communi gravia eſſe, *v.* M. 2
Schockium *de Seditiòn. p. 757* vel in aliorum præjudicium vergere incipiunt, Knipſchild.

Lib. V. d. Jurib. Civit. Imp. c. 3. ſuô modô re
vocari poſſint: ne de aliis momentis, quæ
apud Rümelinum, Enenckelium, Thurovi-
um *d. Jure Princip. in Privileg. Sect. VI, &c.*
3 leguntur, operosè quid moliamur: * Ta-
men, citrà cauſæ cognitionem, illud fieri
non debet, aliàs ad competentem judicem
provocabitur: maximè cùm Enenckelius
in Lib. 3. d. Privil. c. IX. doceat, quòd ne qui-
dem ex publicâ neceſſitate privilegium re-
vocari poſſit, niſi ejusdem præſtaretur æſti-
4 matio. * Interim revocatio illa tantùm pri-
vilegiato intimanda eſt; non *tertio*, cui per
illam fieret præjudicium, modò aliter hic
contradicere non potuiſſet. Dec. *conſ. 169.*
5 * Imò quando Privilegium à Lege revoca-
tur ipsô jure, veluti per contraventionem,
ita revocationem intimatione non indige-
re Felinus docet *ad c. ex parte. col. 15. d. Re-*
6 *ſcript. conſ.* Creſcent. *in Dec. IV. d. privil.* *
ubi de privilegio *cum Decreto irritanti* con-
ceſsô tradit, quòd ſicuti eidem renunciari
non poſſit, ita illud multò minùs per con-
traventionem amittatur; & ne quidem a-
lius contrà taliter privilegiatum, veluti com-
munitatem intrà 40. annos v. g. præſcribe-
re queat, quippe qui ob Cl. illam irritantem
in qſ. poſſeſſionem præſcribendi venire

non

non potuerit *Eſt quoque hoc addendum 7
de *Interpretatione Privilegiorum*, quòd eam Princeps, ſive quilibet concedens alius, fruſtra ſibi aliquando, nec citrà gravamen eorum quorum intereſt, ſumturus ſit: uti ſi ille quid rebellibus in conditionibus Pacis impoſuiſſet, conceſſiſſet: ſi ad ſupplicationem datum fuiſſet Privilegium: ita namque Privilegiati ſuper ſenſu Privilegii admittendi ſunt: uti non minùs de *obſervantiâ* Privilegii antiqui Princeps eos audire debet. Thurovius *d. Tract. Sect. V.* Atque hæc **potiſſimùm* ſunt gravamina circà 8
cauſas & negotia profana contingentia, unde *cæteras* ſibi *ſpecies* Juris Conſultus effingat oportet. Scimus equidem nil in Tractatione ſuſceptâ ἀνεξέταστον παρελθεῖν oportere; ſit tamen hoc quoque juſtum gravamen, quòd omnia gravamina recenſere ſit fermè impoſſibile.

SECTIO II.
De
CAUSIS ECCLESIASTICIS.

§. I. Supereſt tantùm * ut de cauſis ſpi- 1
ritualibus experiamur, vel potiùs de *Eccle-*

ſiaſticis: Quid enim *Decimis* cum Spiritu:
2 * quanquam Decimas ipſas temporales eſſe concedant; ſed jus tamen decimandi rem eſſe ſpiritualem prætendant, quæ ſcilicet
3 licet animæ & Spiritui inſerviat. * Enimverò cauſæ Eccleſiaſticæ exſertè à ſecularibus *in C. 18. Cauſ. 2. qu. 6.* in eô diſtinguuntur, quòd in iſtis etiam ante cauſam peractam, ſi neceſſe fuerit, aut pars gravatam ſe eſſe viderit; aut etiam ſe gravari metuat, rece-
4 dere permiſſum ſit: * quâ ratione multò faciliùs ab extrajudiciali gravamine appellare licebit: cùm quidem aliâs, ut medium judicium provocatione interrumpamus, non permittatur. * Itaque à quolibet actu circà *Conſtitutionem Perſonarum Eccleſiaſticarum* appellari poteſt, velut ab electione, poſtulatione & ſimilibus: *c. 1. & 3. x. de bis quæ fiunt à maj. part. & c. 29 x. d. Jur. Patronat. c. 9. d. Appell. in 6. c. 23. x. d. Appell.* Brederod. *P. 1. d. Appellat. Tit. XX. col. 337. ſeqq. &* Ant. Butr. *ad c. Conſtitutis. 46.* cujuſc. Electionem fieri, vel non eô modo fieri, aut
5 factam eſſe, interſit. * Nam & Collationes ipsô jure nullas intrà decendium retractari expedit, v. gr. ſi Canonicus Regularis ad curatum beneficium ſeculare promoveri; Concil. Trident. *ſeſſ.* XIV. *c.* XI. aut Monachus

chus Regularis Eccleſiæ parochiali præfici velit: (quod quidem ut fiat in Canonicis regularibus admittitur, *c. 5. j. c. 2. x. d. ſtatu Monach.*) * Et rectè igitur appellabo, ſi be- 7
neficium alteri cuidam, in mei præjudicium, collatum ſit; *c. concertationi. d. Appell. in 6.* aut ut ne collatio hæc fiat. *c. 10. c. 19. 29. x. d. Elect.* Nam & à gravamine, cujus exitus nondum apparet, ſicque à futuro provocare licet, ut ne in beneficii poſſeſſione turbet: de quo tamen inferiùs. * Utique 8
varia circa Electionem *gravamina*, indeq; variæ etiam & diſtinctæ appellationes exiſtere & inſtitui poſſunt. Nam & ante Electionem appellatur, ſeu in eâ: tum & poſt eam; item à confirmatione, ubique à quovis, (& ſic etiam confirmationis gravamine: cujus Decretum inſtar ſententiæ eſt,) intra decendium. Similiter poſt confirmationem, ne ad conſecrationem procedatur, appellari poteſt. Et poſt conſecrationem denique, ſi crimen & infamia objiciantur. Non minùs * ſi à *Patrono* præſenta- 9
tus, & idoneus, inſtitui nolit ab Epiſcopo, ille tanquam â gravamine ſibi illato, appellare poteſt: Joh. Gutierez. *3. part. XIII. d. Juram. Confirm. n. 8.* Ipſeq; Epiſcopus à Superiore cogetur, ut præſentatum inſtituat. *c.*

 decer-

decernimus. XVI. *qu. 7. c. paſtoralis. 29. d. I.*
10 *Patronatûs.* * Quòd ſi verò Patronus, poſtquam unum præſentavit, alterum quoque præſentet, cùm jus duos præſentandi habeat; Epiſcopus v. ſecundô locô præſentatum inſtituat, primus appellare non poterit. *d. c. paſtoralis. conf. tamen c. quod autem. & c.*
11 *cum autem. eod. tit.* * Aliter ſi Patronus idem primô locô unum præſentâſſet, qui dolô recuſatus appellavit: quòd ſi enim poſtmodum idem Patronus pendente appellatione alium præſentat, tunc nihilominus Epiſcopus primum præſentatum rectè
12 inſtituet. *dd. cc.* * Sed & ſi in præſentato ſcandali quid appareat, non tenetur eum Superior confirmare; etiamſi is idoneam de futuro cautionem inferre paratus ſit, v. c. daß er die Sache mit ſeiner verlobten Braut ausführen/ oder ſie auf ergangenes Erkäntnüß ehlichen wolte. Adeò ut Patronô in præſentatione alterius perſonæ idoneæ (donec tempus legitimum, de quo, & quando currere incipiat, *v.* Diez. d. Mena, *Lib. 1. qu. 3.*) ceſſante, Epiſcopus ex officio aliquem inſtituere poſſit, *v. præjud. ap.* Richter. *3 Dec. 102. n. 12.*

1 §. II. Verùm hæc * ad conſtitutionem Perſonarum Eccleſiaſticarum reſpiciunt; ad

ad *Functionem* earundem & *Officium* procedendum eſt: ubi tum quoad *Locum* ejus, circa *Reſidentiam;* tum etiam quoad *modum*, in *Correctione*, *Cenſurâ* & ſimilibus gravamina ſe inſinuant * Enimverò à Monitione & *mandato de reſidendo* in Eccleſiâ, 2
aut loco beneficii, quod mandatum etiam extrajudicialiter abſque citatione, regulariter fieri ſolet, *c. ex tua. d. Cler. non reſid.* Panormit *in c. pervenit. d. Appell.* appellare permiſſum non eſt; *c. 18. x. Eod.* *dummodò 3
juſtam non reſidendi cauſam non habeat, Ant. de Butrio. *ad d. c. pervenit. 28. b.* & per ſe beneficium illud reſidentiæ fuerit: * qualia eſſe Regularia docet Felin. 4
c. cùm omnes. n. 33. d. Conſtitut. item curata Dn. Mauritii *in Reſponſ. Chilonienſ.* XIV. *n. 2. ſeqq. item n. 38. ſeqq.* Nam & Non-reſidentiæ beneficia dantur. *v.* Petr. Suav. *Lib. 2. Hiſtor. Conc. Trident.* * Quid 5
verò quòd *Concilium Tridentinum* omnibus reſidentiam injunxerit? De regulâ, & quidem in ipſis reſidentiæ beneficiis intelligendum eſt. * Non eſt ſublata diſtin- 6
ctio, ſed neceſſitatis reſidendi ſtabilita: Idem enim Concil. Trident. *Seſſ.* XXIV. *c. 17. d. Reform.* duo uni & eidem beneficia conferri poſſe voluit, ſi utrumque perſonalem reſidentiam non requireret: (*v. e-*

tiam de reſidentia, ſi quis duo habeat Beneficia incompatibilia, Diez. d. Mena *Lib. 1. Qu.* XIV. *n. 22. ſeqq.*) * Et tamen adhuc *poſt Conc. Trident.* præterquam quòd corporalis reſidentia ſufficiat, & Clericus officium per Vicarium ſuum exercere poſſit, casûs etiam ſuperſunt, quibus reſidere quis penitùs non teneatur. *v. c. cùm dilect. d. Cler. non reſid. c. cætero. c. ex parte. c. relatum.*
7 *eod.* * Qui quidem tantò accuratiùs, poſtquam reſidentiam ſeverè indixit Concilium, & jam antè quis ex capite intermiſſæ reſidentiæ, beneficiô privari poteſt, *c. conquerente. c. ex parte d. tit. j.* Concil. Trid.
8 *XXIII. d. Reform. c. 1.* examinandi ſunt. * Profectò Marcus Antonius de Dominis *in Libr.* VI. *d. Republ. Eccleſ. c. X. n. 21.* non niſi unam exceptionem agnoſcit, quando quis toti Eccleſiæ, cum majori ejus ſpirituali emolumento, alibi laboraret.

1 §. III. Quantum * ad *Correctionem*, quicunque pro aliquo exceſſu per Cenſuram Eccleſiaſticam, quæ ipſa quandoque Correctio ſeu ἐπανόρθωσις dicitur, corrigendi fuerint Regulares, (de quibus *v.* Zieglerum *ad Lancellott. Lib. 1. Tit. ult.*) contrà iſtam diſciplinam Prælati aut Capituli ſui provocare nequeunt: *c. ad noſtram 2. ubi* Butrio. *&c.*

&c. reprehenſibilis x. d. Appellat. * & o- 2
mnium minimè tranſire ad Laicum, qſ. videlicet, cùm Abbas v. c. Monachis, in correctionem, præbendis interdixerit, ſuper poſſesſione litigetur: (niſi etiam Abbas colore, ſeu per πλάσμα quoddam correctionis avaritiam tegat.) Nil enim commune habet cum poſſeſſione interdictio: ut adeò ſi appellandum fuerit, ad judicem Eccleſiaſticum fieri debeat tranſitus. * Appel- 3
lamus autem hoc gravamen *extrajudiciale*, quia cùm aliàs ad ſententiam ferendam citatio in tantum requiratur, ut ne quidem admonitio per *Denunciationem Evangelicam* ſufficiat: (de quâ *Denunciatione v. c. 13. x. de judic. &* Dn. Gothofr. de Jena *Cancellar. Brandenburg. in Tract. d. L. S. M. Commiſſ.*) tamen ad corrigendum ſufficiat admonitio: ceu docet Anton. Butrio *in c. 5. n. 19. x. d. Appellat.* * Et poteſt tum 4
quidem à correctione appellari, ſi corrigens eôdem morbô laboret: Cævallos *Tom. 2. comm. Opin. pag. 310.* ſi ipſa correctio modum excedat. P. Gregorius *Lib. 1. d. Appell. c. X. n. 1. & 8.* Tuſch. *Concl. CCCCXII. in A. &* Concil. Trident. *Seſſ. XXII. d. Reform. c. 1. & Seſſ. XXIV. d. Reform. c. X.* * 5
Neque enim Superiores ab his exemtos eſſe putandum eſt, quæ de eſſentiâ juris ſunt:

uti

uti ſunt probationes & legitimæ defenſiones; tantùm quòd ea omittere liceat, quæ
6 in judiciô contentioſo requiruntur: * vide *Proceſſum*, quomodo nunc Capitulorum Cathedralium aliarumque Eccleſiarum correctiones inſtituantur *in* Concil. Trid. *Seſſ.* VI. *cap.* IV. *&* *Seſſ.* XIV. *c.* IV. *d. Reform.*
7 * Interim per Appellationem hanc à Correctione Executio non ſuſpenditur: niſi veriſimiliter de Jurisdictione Superioris corrigentis dubitaretur, an ad eum correctio pertinuerit: quo tamen caſu non tam de correctione, quàm de poteſtate corrigentis
8 ageretur. * Et cùm inſuper jus commune Appellationi à Correctione reſiſtat regulariter: hinc non tantùm quando judicialiter ad correctionem proceſſum eſt, cauſa gravaminis exprimi, ſed etiam in extrajudiciali adduci debet. Ph. Franc. *ad c.* 3. *d. Appell. n.* 4. *&* *c. reprehenſibilis. eod. col.* 2. *n.* 9. *conf. etiam* Gratian. *Deciſ. March.* LXXXVIII.
9 * ubi de ſententiâ *Viſitationis* Epiſcopi monet, quòd nec ab eâ regulariter appellare permiſſum ſit. *v. c. pervenit. x. d. Appell. &*
10 Concil Trid. *d. Seſſ.* XXIV. *c.* X. * modô quòd ſi Clericus exemtionē non tantùm alleget, ſed etiam exhibeat, executione ſuperſedeatur. Ant. Gabr. *Libr. V. Acquir. poſſ. Concl.*

VI. *n.*

VI. n. 5. * Imò ſi Epiſcopo, *remotâ Appellatione* viſitanti, aliqua rationabilis cauſa Exemtionis objiciatur, quæ Viſitationem impedire valeat, ipſiq; de eâ fides fiat: ita Epiſcopus Appellationi deferet, nec ultrà progreditur; cùm ejusmodi Appellatio Attentata cauſet: Gabriel. *Lib. V. Concl. Tit. d. Acquir. Poſſ. Concl. 6. n. 1.* Lancell. *d. Att. lit. pend. Lim. 1. n. 48. ſeqq.* * Similiter in cauſa Viſitationis tunc appellari poteſt, ſi res ad privationem ſpectaret. Hieron. d. Cævall. *d. cognition. per viam violent. in cc. Eccl. in Lect. gl. VI. n. 20. & Qu. LXXIV. n. 24.* * Sed quid de his dicendum eſt, quæ contrà Laicos decrevit Epiſcopus, dum viſitaret Eccleſias, veluti in illis, quæ ad reparanda templa pertinent. Non etiam ab his appellari poteſt, etiamſi reparatio illa temporalis cauſa ſit; & ne quidem tanquam ab Abuſu: ne vana ſit Viſitatio, ſi Templis non ſtatim proſpiciatur. * Quòd ſi tamen in ejusmodi reparationibus ſuper Poſſeſſorio moveatur controverſia, & Laici ad ſecularem judicem remitti deſiderent; non verò eos remittat Epiſcopus: ita vero tanquam ab Abuſu appellare licet; verùm executio interim non ſuſpenditur. Aliàs viſitandi Jus Eccleſiaſticum ad tria capita redegit *Joſuas Arndius,*

Arndius (1) redituum cuſtod. (2) reparationem Baſilicar. & ædificior. ſacror. (3) inquiſitionem in vitam Clericorum. *Lexic.*
15 *Antiquit. Sacr. v. Epiſcopi.* §. *146. ſeqq.* * Pleniùs de eo ex veteribus Card. Tuſch. *v. viſitare.* CCXVIII. Jo. Franciſcus d. Panvinis, & de eod. è recentioribus aliqua conſcripſit *Abasv. Fritſcius*, inter Theologos autem defectus viſitationum detexit Theophilus Großgebaur in der Wächter-ſtimme/ & Joach. Betkius im AntiChriſtenthum.

1 §. IV. Cæterùm * quod in Eccleſiaſticâ Viſitatione obtinet, idem in *Politicâ* und einer Land-*Viſitation* non minùs attendendum
2 eſt: * eòque pertinet illuſtris locus *ap.* Auctorem noviſſ. Deſcriptionis Regni Chinenſis *Lib. 3. c. XI.* qui inter alia de Viſitatorum à Rege miſſorum procedendi modô prudentiſſimo ita ſcribit: Solches Urtheil/ (des *Viſitatoris*, *quem Leachum vocant*,) ob es ſchon gantz ſcharff iſt / wird es doch alsbald vollzogen/ dann es iſt dem Verdamten nicht zugelaſſen / etwas dargegen vorzuwenden / weil man von ſolchem Urthel ordentlicher
3 weiſe nicht *appelli*ren mag. * Commendat porrò eam procedendi rationem, alſo

„ſo daß dieweil man weiß / daß die Gu-
„ten wann es kundbar wird / geehrt / und
„die Böſe ernſtlich geſtrafft werden / und
„ſolches ohne einigen Mangel geſchiht /
„So muß man dieß Regiment für der be-
„ſten eines in der Welt achten. * Quan- 4
tam verò fiduciam preſſis è parentibus & ſubditis hæc addat Viſitatio, ſi præſens Princeps vix aliter emerſuris animum inſpiret, eamque curam ipſe ſubeat, ſatis celebrari non poteſt. * Injunxit ſanè illud Filio 5
ſuo Rex Britanniæ ſapientiſſimus Jacobus *in δώρῳ* ſuo Βασιλικῷ. *v. omninò* Forſtner *ad Libr. XV. Ann. Tacit. c. 21.* ubi eximiè de hâc Provincias circumeundi neceſſitate diſſerit, quòdque eâ non utentes Principes, quantumvis validi civili prudentiâ, tamen Statûs ſuos imminuerint, oſtendit. * Explici- 6
cité, & ùt ſolitus eſt, cordatè, B. Lutherus *in Explic. Text. Evangel. Dom.* VII. *poſt Trinit.* wann die Fürſten ſicher ſeynd / ſo wird das das Land voll Heuchler / ꝛc. * Sed & Princi- 7
pem hac in re Machiavellus *vel Libr. del Prencipe* c. XVII. ita proceſſurum ingerit: *che la troppa confidenza non lò faccia incauto, & la troppa diffidanza non lo renda intolerabile.*

§. V. In his * quæ *Cenſuram* concernunt, 1
accu-

Arndius (1) redituum cuſtod. (2) reparationem Baſilicar. & ædificior. ſacror. (3) inquiſitionem in vitam Clericorum. *Lexic.*
15 *Antiquit. Sacr. v. Epiſcopi.* §. *146. ſeqq.* * Pleniùs de eo ex veteribus Card. Tuſch. *v. viſitare.* CCXVIII. Jo. Franciſcus d. Panvinis, & de eod. è recentioribus aliqua conſcripſit *Abasv. Fritſcius*, inter Theologos autem defectus viſitationum detexit Theophilus Großgebaur in der Wächter-ſtimme / & Joach. Betkius im AntiChriſtenthum.

1 §. IV. Cæterùm * quod in Eccleſiaſticâ Viſitatione obtinet, idem in *Politicâ* und einer Land-*Viſitation* non minùs attenden-
2 dum eſt: * eòque pertinet illuſtris locus *ap.* Auctorem noviſſ. Deſcriptionis Regni Chinenſis *Lib. 3. c. XI.* qui inter alia de Viſitatorum à Rege miſſorum procedendi modô prudentiſſimo ita ſcribit: Solches Urtheil / (des *Viſitatoris*, *quem Leachum vocant*,) ob es ſchon gantz ſcharff iſt / „wird es doch alsbald vollzogen / dann „es iſt dem Verdamten nicht zugelaſſen / „etwas dargegen vorzuwenden / weil „man von ſolchem Urthel ordentlicher
3 „weiſe nicht *appelli*ren mag. * Commendat porrò eam procedendi rationem, also

„ſo daß dieweil man weiß/ daß die Gu-
„ten wann es kundbar wird/ geehrt/ und
„die Böſe ernſtlich geſtrafft werden/ und
„ſolches ohne einigen Mangel geſchiht/
„So muß man dieß Regiment für der be-
„ſten eines in der Welt achten. * Quan- 4
tam verò fiduciam preſſis è parentibus &
ſubditis hæc addat Viſitatio, ſi præſens
Princeps vix aliter emerſuris animum in-
ſpiret, eamque curam ipſe ſubeat, ſatis cele-
brari non poteſt. * Injunxit ſanè illud Filio 5
ſuo Rex Britanniæ ſapientiſſimus Jacobus
in δώρῳ ſuo Βασιλικῷ. *v. omninò* Forſtner *ad
Libr. XV. Ann. Tacit. c. 21.* ubi eximiè de hâc
Provincias circumeundi neceſſitate diſſe-
rit, quòdque eâ non utentes Principes,
quantumvis validi civili prudentiâ, tamen
Statûs ſuos imminuerint, oſtendit. * Expli- 6
citè, & ùt ſolitus eſt, cordatè, B. Lutherus
in Explic. Text. Evangel. Dom. VII. *poſt Trinit.*
wann die Fürſten ſicher ſeynd/ ſo wird das
das Land voll Heuchler/ ꝛc. * Sed & Princi- 7
pem hac in re Machiavellus *vel Libr. del
Prencipe* c. XVII. ita proceſſurum ingerit:
che la troppa confidenza non lo faccia incauto, & la troppa diffidanza non lo renda intolerabile.

§. V. In his * quæ *Cenſuram* concernunt, 1
accu-

accuratiùs nos verſari oportet. Nam & in
2 *ſecularibus* ſæpè cenſuræ infligi ſolent. *Imò ubique *Magiſtra illi pudoris & modeſtiæ* locus eſſe debet, cùm *ea paullatim omiſſa funditus Remp. trahat.* Våler. Maxim. *Lib. 2.*
3 *c. IX.* *Unde cùm parvâ ap. Romanos eſſet Origine, magnô tamen incrementô aucta eſt, ut decoris dedecorisque diſcrimen in omni ordine ſub ditione Cenſorum eſſet. *v. Pl. Rev. Dn. D.* Ph. L. Hannekenium, *Collegam noſtr. honorand. in Exercit. 3. Rudis*
4 *Latii. c. 2. p. 33.* * Cùm verò proprium Cenſuræ munus ſit, *corrigere ea, quæ pœnâ nondum digna ſunt, neglecta tamen aut inſuper habita multorum magnorumque malorum cauſam præbent, ex* Dione *in Lib.* II. Hinc illæ unicè coërcitiones nomen Cenſurarum merentur, quæ ſòlùm ad ſcandalum & correctio-
5 nem fiunt, ùt eſt ſuſpenſio ab officio. * Quâ ratione tam, ex ſententiâ Canoniſtarum, appellare non licet, quòd pœnam talis Cenſura non contineat; quàm etiam quòd ipſa ſuſpenſionis ſententia ſecum protinùs
6 executionem adferat: * quanquam ex hâc poſteriori ratione colligatur, ad effectum quidem ſuſpenſivum appellari non poſſe; Scaccia *qu. 3. d. Appell. n. 63. ſeq.* poſſe tamen, maximè ſi quem graviter læſum eſſe appa-

reat,

eat, ſimpliciter: * ceu ex priori illâ fluit, 7
uòd quatenus pœnam continet, velut
uoad privationem emolumentorum, ex
officio deſcendentium; ſaltim quoad emo-
umenta, (licèt ipſa Suſpenſio executioni
detur,)appellari, etiam cum effectu ſuſpen-
ſivo, poſſit. Hinc ſi deſtituto emolumentis
v. c. Senatoris, in eôdem Ordine ſuffectus,
eadem donec de Crimine ſuſpenſi ſive de-
ſtituti cognoſcatur,percipere velit; ſuſpen-
ſus autem judicem imploret, ut is in redi-
tuum perceptione ſe defendat, & hic De-
creto implorantem tueatur: ab hoc Decre-
to Succedaneus ille non rectè appellat, cùm
hactenus ſuſpenſivus ille Appellationis ef-
fectus ſe exerere videatur.

§. VI. Eccleſiaſticam Cenſuram * Mar- 1
cus Ant. de Dominis *Lib. V. de Republ. Eccl.
c.IX.n.6.* vocat, quæ poteſtate Clavium exer-
cetur & ita peccatum ligat in terris, ut e-
tiam ligatum ſit in cœlis. Ubi autem vin-
culum Coërcitionis animam non ligat, non
rectè dici Cenſuram; ſed externam tantùm
emendationem Eccleſiaſticam eſſe: * Igi- 2
tur cùm Canoniſtæ Cenſuram Eccleſiaſti-
cam regulariter tribus generibus conſtare
doceant: *Excommunicationis*, *Interdicti* &
Suſpenſionis ſententiâ, * (*Depoſitio* enim & 3

Degradatio pœnæ ſimpliciter vindicativæ ſunt,atque corrigendi facultas ex Lege Diœceſanâ magis pendet; uti puniendi poteſtas ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam pertinet.) *Idem de Dominis* Interdictum veram eſſe
4 Cenſuram negat: * cui ſi Suſpenſionem quis adjungat, non peccaverit; etiamſi ob ſolam contumaciam & ùt medicina inferretur: (nam ſi ob criminis vindictam imponitur, haud dubiè pœna eſt. *c. 8. d. pœnis. &*
5 Auguſtinus Barboſa *ad c.20. x. d. V.S.* *quem *Barboſam* à Conimbricenſibus, Præceptoribus ſuis, omnia ferè ſcripta ſua mutuatum eſſe, prodit Ferd. Ar. d. Meſa *Lib. 3. reſol. c. XLI. n. 25.*) ſolâ adeò manente ſuperſtite
6 Excommunicatione: * Imò nec ipſa hæc *Excommunicatio*, niſi impropriè, Cenſura appellabitur, ſi non tam *Marcum A. d. Do-*
7 *minis*, quàm Canoniſtas ſequaris. * Nimirum hi, ut Excommunicationem ad omnia ſocietatis humanæ vincula tantò liberiùs extendere poſſent, nil operari eam docuerunt, quoad Deum & Eccleſiam triumphantem; ſed tantùm ad forum externum, in Ordine nihilominus ad ſpiritualia, re-
8 ſtringendam eſſe: * ut perinde ſit Canoniſtis, num animam liget Cenſura, nec ne; dummodò ad externa & ſecularia, ut illis in-

ıcubare poſſint, ſeſe Cenſura inſinuet.* 9
Mihi equidem ea *Cenſuræ definitio* admo-
um probatur, quâ *dicitur: eſſe* ſententia,
uæ privet bonô aliquô ſpirituali, vel bene-
cio, per Eccleſiaſticam poteſtatem, prolata
d Rei correctionem: * hincque veram ibi 10
Cenſuram eſſe agnoverim, ubi non tam pœ-
a, quàm emendatio, intenditur; quod qui-
em quàm maximè Eccleſiaſticæ eſt pote-
atis: ceu oſtenditur *in* Σωζομένοις Jo. Ca-
neronis *Scoto-Britanni, Prælectionibus de
cclefiâ. p. 315. ubi & p. 318. d. Excommunica-
ione, quæ ap. Judæos obtinuit, eruditè diſſe-
it: conf. &* Th. Raynaudum *de Monitoriis
& Excommun. in Vol. XIV. Operum Ejus.* **Ani-
ıæ* etiam emendatio quærenda eſt, quamvis
xterni effectus converſationis Civilis con-
equantur: quæ quidem in Excommunica-
ione non minùs occurrunt: * quippe quæ 11
ùm non tantùm ab externâ verbi & Sacra-
nentorum communione, (*v.* Gilbert. Voët.
*Part. I. Politicæ Eccl. p. 663. ubi de baptizandis
Excommunicatorum Liberis.*) ſed internâ
quoque & ſpirituali gratiâ excludat, emen-
lationem utique conciliare poteſt: eôque
nodô quat. non ad pœnam vergit, rectè
Cenſura appellatur: *licet omninò Cenſura 12
ion detur, quæ non pœnam ſpiritualem

Q 2 conti-

contineat ; & tamen non viciſſim omnis
13 pœna ſpiritualis cenſura ſit: * Interim non tam ablationem boni ſpiritualis, aut beneficii, in Cenſurâ ſpectamus, quàm quòd actus aliquis, ad emendationem hominis,
14 de cujus ſcandalis agitur, tendat. * Omnium autem minimè cum *Marco Ant. de Dominis* attendimus, ſi fortè correctio ex Clavium poteſtate non veniat: adeò cùm ſuſpenſio cætera requiſita habeat; quamvis ex hâc poteſtate non procedat, eam rectè
15 tamen adhuc ad Cenſuras referamus. * Juvat autem hodienum quoque Cenſura Eccleſiaſt. juriſdictionem ſecularem, (ceu *ſeculare Brachium, d.* quo *v. omn.* Dn. Fabrit. *ad Gail. 1. Obſ. CXV.* Eccleſiæ ſuccurrit:) ita ut ſi quis ultrà annum & diem in Banno perſeveret, Cenſurâ *jx. Bullam Raymundi* notari debeat, *per Rec. Imp. d. an. 1548.* De quo *in* Protribunalibus, *Penſo XII. d. Minution. cap.*
16 *Delib. 3.* me quid dixiſſe memini. * De Forma excommunicandi jx. normam Juris communis ſi quid deſideres, *Dn.* Jo. Strauchium *Exercit. Exot. Jur. Publ. VI. th. 8. j.*
17 Gail. *2. d. P. P. Obſ. VI. n. 21.* * In Græca Eccleſiâ *à S. Trinit. & CCCXVIII. Spiritu Dei actorum Patrum Nicænorum, omniumq́ SS. communione excluduntur excommunicati: ita*

ut

ut ipſos eadem, quæ Diabolum & Judam, maneat hæreditas. ap. Angel. *d. Stat. & Rit. Eccl. Græc. c. 25.*

§. VII. In Eccleſiis Proteſtantium * umbra quædam adhuc priſtinæ Excommunicationis retinetur, cùm non tanta vis judiciis Eccleſiaſtis nunc quidem ſuperſit. * Neque etiam Noſtratibus ea *Major* eſt *Excommunicatio*, quam Canones effingunt. Hinc in Articul. Smalkald. *P. 3. a.* IX. daß der kleine Bann allein ſey der rechte Chriſtliche Bann/in welchen man keine weltliche Straff mengen ſolle. Der groſſe Bann ſey eine lautere weltliche Straffe/ und gehe die Kirchendiener nichts an. * Sed noſtrô potiùs, i. e. defæcatô intellectu, cum conſenſu Eccleſiæ fieri debet, *1. Cor. 5. v. 3.* Sicque ad ſeculares quoque pertinet: * Indeq; ſi nunc fieri debeat Major illa Excommunicatio, quæ ubique eô fine inſtitui non minùs debet, ut magis emendentur peccantes, quàm deformentur: tunc quidem magnâ cum gravitate illa à pluribus, quos ſibi Conſiſtorium authoritate Principis, ex vicinis præcipuè Miniſtris verbi Divini, & honeſtis civibus, (veluti antehâc presbyteris laicis, qui moribus externis Chriſtianorum & Ordini in Eccleſiâ conſervando præ-

1

2

3

fecti erant, (*Dn.* Hülſemannus *in Breviar. c.* XIX. §. 18.) ad ſententiam ferendam advocatis, ſuſcipiendam eſſe, ingeritur *in P. 2.* Conſil. & Judicior. Theolog. Wittebergenſ. *Tit. 1.* von Kirchen- und Miniſterial-Sachen: *In Inſtructione de Viſit. & Ord.*
4 *Eccl. inſt. Art.* IV. *p. 6.* * Neque verò dubitandum eſt, quin ea Excommunicationis, præcipuè *Minoris*, poteſtas Miniſtris Noſtratibus competat: quicquid hactenus Jeſuitæ objecerint; *v. Maximè Reverend.* Dn. D. Haberkorinum: *de Efficac. & Poteſt. Miniſter. Eccl. Luth.* Dn. Chemnitium *P.* IV. *Exam. Concil. Trident. Tit. d. Indulgent. c. 3. arg. 2. &* Repetit. Aug. Conf. *in ann. 1630. à Dnn.* Theol. Marp. *ſuſceptam*, (*ibi in Diſp.* XII. *ſub Dn.* D. Hannek. *th. 3. n. 3. Datur etiam in Miniſtris noſtris præter poteſtatem Ordinis, poteſtas aliqua jurisdictionis, ſeu authoritas excommunicandi obnoxios publicis Criminibus, & rurſus abſolvendi eos, ſi converſi petant abſolutionem.*) modò illud in caſibus, Ordinatione non expreſſis, cùm cauſæ non tantùm cognitione, ſed aſſenſu etiam Domini Territorii fiat. *conf.* Kirchov. *in vol. 1. Var. Conſil. 5. & Dn.* Jo. Gerhard. *d. Magiſtr. Polit. c.* VI. *ſect.* V. *m. 1.*
5 * Cæterùm etiam Papam excommunicari poſſe

oſſe evincit Marc. Ant. d. Dominis *Lib. V.* . *IX. n. 28.* cujus priores tantùm Libros erſecutus eſt Cœffereau, *Epiſcopus Maſſiienſis*, (qui & aliàs ex illis eſt, qui Libro Jacobi Angliæ Regis reſponderunt.) * Sic & 6
SummæPoteſtates excommunicari poſſunt. v. Dn. Dannhauerum *Part. II. Spec. Theol. Symbul. Diſc. 3. pag. 1130. ſeqq.* * In Angliâ, 7
quod Scharrokius notat, *Lib. 1. de incontinent. art. 2. pag. 2.* Laicus ne quidem ex delegatione Epiſcopi excommunicari poteſt: quando ſcil. Excommunicationis ſententia, in notorii alicujus delicti pœnam immediatam, aut ob contumaciam adv. jurisdictionem Eccleſiaſticam ferenda eſt. * 8
In Belgio Hiſpanico Exercitium Cenſurarum contrà Officiales ſeculares prohibitum eſt; Aliàs autem Executiones Decretorum & ſententiarum Eccleſ. per Cenſuras fieri, permittitur. Zypæus *ad Tit. de ſent. excommun. in fin.*

§. VIII. Illud * quod de *Presbyteris Laicis* paulò antè diximus, majori curâ exponere lubet. * Quanquam enim quòd Pres- 2
byteri illi Laici fuerunt, non evidenter colligatur ex *1. Tim. 5. v. 17.* neque ex *Rom. XII. v. 3. junct. 1. Cor. XII. v. 4.* ibi: προϊστάμενος. * Nam πρεσβυτέρου nomen Seniori inter do- 3
centes, tanquam majoris authoritatis, com-

petebat: *1. Petr.* V. *v. 5. Epheſ.* IV. *v. 11.* ibi: *Doctores & Paſtores:* atque ne Doctor quidem minor eſt Paſtore Eccleſiæ, ſed idem; nec Diaconi, priusquam id multitudo pau-
4 perum exigeret, inſtituti ſunt: * Seniorem deinde à Paſtore diſtinctum non inveniamus, & *1. Cor.* XII. *v. 28.* de munere Paſtorali accipiendus ſit; voces etiam *1. Tim. V.* *οἱ κοπιῶντες, προεστῶτες,* quas exponit Lentulus *Lib.* IV. *Apic. Roman. Gloriæ. cap.* XII. *pag. 963. & ſeq.* neminem eò facilè permo-
5 vere poſſint. * Tamen quòd Laicos etiam complures vetus Eccleſia, dirigendæ cultus adminiſtrationi, præfecerit, ambigere nos non patitur, inter alia, *Archieroſynæ* munus:
6 * quod qui ſuſtinebant ἀρχιερεῖς, (Sacerdotales Præſides *Tertulliano,*) templis præerant, externum ornatum, qui ſub ſenſus caderet, curabant, ſacerdotes ſeu ἱερεῖς in officio continebant, & cuique quod ei conveniret, tribuebant: ùt obſervat *Vir Cl.* Jacob. Gothofredus *de interdict. Chriſtianorum cum Gentilibus Commun. pag. 20. & ſeq. &*
7 *pag. 23.* * Ulteriùs qui pecunias Eccleſiæ tractabant, Φροντισταί, qui autem cauſas ſeculares & litigia diſceptabant, ipſamque rerum & perſonarum Eccleſiaſticarum gerebant defenſionem, προστάται, ἔκδικοι, Defenſores erant, poſterioribus temporibus Advo-

Advocati: de quibus plenô Commentario *Martinus Magerus*, & noviter nonnulla *Amicus noſter & Profeſſor in Acad. Franckerana* Dn. Mich. Buſchius *d. Nat. & Jur. Bonor. Eccleſ. jung.* Gail. 2. *Obſ. 54. &* Wehner. *voc.* Vogtey: * ubi, quòd dentur etiam Advocati, qui jurisdictionem habeant: ita & Beſold. *Th. Pract. v.* Schutz- und Schirms-Verwandte: item de Advocatorum offic. Aventin. VI. *Ann. p. 480.* * Aliquando enim hi erant, qui in Vic. & Scabinos inquirebant. *v. Diplom. Carol. ap.* Meibom. *f. 63.* Potiſſimùm v. judiciis præerant, Mager. *d. Lib. c. 2. n. 73. ſeqq.* & poſtremis quidem temporibus ſolùm Criminalibus. Idem *c.* XI. *n. 69.* * Alii ab his *Commendatarii* die Commenthurn / (tot enim nomina nobis, præter ſimplicitatem Veteris Eccleſiæ, peperit ambitus ſequentium ſeculorum; & rebus profanis terrarumque poſſeſſionibus & divitiis ſeculi inhiandi libido:) De quibus Commendatoribus, an bonâ Conſcientiâ Commendas ſuas poſſidere queant, *v. disquirentem* Marcum Ant. de Dominis *L.* IX. *d. rep. Eccl. c.* XI. * Et quomodo ſub Principibus alicubi ſint, & Land-Stände unà cum cæteris Prælatis: L. Hug. *d. Stat. Reg. Germ. c.* IV. §. 17. *ſeqq.* Quos tamen tanquam Eccleſiaſti-

8

9

10

cos collectari non poſſe, ſtatuere auſus eſt Diez. d. Mena *Lib. 2. qu. 21. n. 204. ſeq.* Sed de his & ſimilibus Adminiſtratoribus non
11 adeò quæritur. * Illud huc pertinet, quòd, ſaltim creſcente Oeconomiâ, jam in antiquiori Eccleſiâ, ſpecialiter quidem acceptô nomine Presbyterorum, tantùm Paſtores & Epiſcopi venerint, qui docuerunt.
12 *1. Tim. V. 17.* * Sed tamen, qui aliàs ſpecialiter *κυβερνῆται* dicebantur, *1. Cor.* XII. *Rom.* XII. eos unà cum iſtis communi vocabulo Presbyterii quandoque venire, (& quidem in *1. Tim.* V. *17. Act.* XV. *Hebr.* XIII. *v. 7. 17. 24.* ita ut ex utrisque Collegium unum presbyterii *1. Tim.* IV. *v. 13.* (*Num.* VIII. *v. 10.*) cui nunc ferè reſpondent Conſiſtoria, conſtitueretur,) perhibet *Dn.* Gerhardus *Loc. Theolog. d. Miniſt. Eccl. n. 232. conf.* & *Dnn.* Theol. Marpurg. *in repet. A. C. ann.*
13 *1630. Diſp. V. ſub. Dn. D.* Steubero *th. 42.* * Quanquam Joſuas Arndius *in Lexic. Antiquit. Eccl. v. Epiſcopi. p. 361.* §. *2.* in primitivâ Eccleſiâ Presbyteros fuiſſe eosdem doceat, qui Epiſcopi, & poſt tempora Apoſtolorum humanâ inſtitutione diſtinctos: cùm diſciplina in Eccleſiam introducta fue-
14 rit. §. 19. * Quæ tamen non pugnant: nam ſtrictâ appellatione, quod & ſupra indicavimus, omninò Presbyteri iidem fuêre qui

ui Epiſcopi; ab his v. totum Collegium
reſbyterium appellatum fuerat: * cui et- 15
am Apoſtolorum tempore diſciplinam
quampiam competiiſſe, & directionem
aliam, præter immediatum Dei cultum,
non ambigendum eſt. * Patres verò haud 16
dubiè per Presbyteros non ſemper intel-
ligunt Presbyteros eosdem cum Epiſcopis;
ſed Laicos & Seniores plebis, γερουσίαν,
πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, & qui nomine plebis
ab Epiſcopis adhibeantur in conſilium,
συμβούλους καὶ συνεδρευτὰς ἐπισκόπου. * Ad- 17
eò ut negari non poſſit, tum temporis et-
jam Laicos, ſeu ex Laicis Seniores, unà
cum miniſterio, rebus Eccleſiæ, ipſique
diſciplinæ præfuiſſe: * ceu hodienum ple- 18
risque locis apud Noſtrates, Paſtores Ec-
cleſiæ, authoritate æquales, convocati, aſ-
ſumtô in conſeſſum piorum è Laicis viro-
rum presbyterio, qui populum præſen-
tent, res Eccleſiæ, & ſi per claſſes vel ſyno-
dos id fieri debeat, etiam authoritate Prin-
cipali, cum Viris dignitate conſpicuis, ordi-
nant. * Videlicet ſumma etiam poteſtas in 19
partem judicii non tantùm de diſciplinâ,
ſed etiam ſacris quibuslibet, in Synodo ad-
vocanda eſt, cùm duas perſonas habeat
Gubernator, alteram communem cum o-
mnibus,

Google

mnibus, qui eandem conſcenderunt navem, quâ ipſe quoque vector eſt; alteram
20 propriam, quâ Gubernator eſt. * Interim Presbyteris ejusmodi nil, quod ad claves Evangelicas pertinet, tribuimus, quas exercendas ſolis paſtoribus à Chriſto datas, nobis ad alios transferre non licet.
21 * Atque ideò ad Excommunicationem ipſam, quatenus illa Paſtoris opus eſt, nil confert Presbyterium, præter conſilium; quatenus v. plebis opus eſt, quæ facinoroſos à ſe removere debet, indeque olim quoque ad cenſuram & excommunicationem admiſſa eſt, (Lentulus *d.l.c.XIII.*) eatenus, ſi plebem non penitùs repræſent, προβούλευμα facere poteſt, quod approbandum plebi proponatur.
22 * Nec quicquam jurisdictionis externæ ſive ἀναγκαστικῆς δυνάμεως, ultrà quàm Leges i-
23 pſis permittunt, exercebunt. * Imò ipſum jus extrà cœtum relegandi, deponendique Paſtorem Synodis aut Presbyteriis ſi competeret, illis tantùm communicatum foret.
24 * In *Conſiſtoriis* autem modernis adeò ſoli etiam Clerici nil poſſunt: ut negotium ab illis ſolis ſuſceptum planè nullum ſit. Cypræus *c.IV.d. Sponſal.* §. *ult. n. 9.* & Ant. Faber. Schvvarzb. *d. Relig. Regend. Lib. 1. c. IX. n. 12.*
25 * Utut *Laici ſoli* perſonam Epiſcopi, ex delega-

gatione, repræſentare queant: quippe uòd Conſiſtoria ex poteſtate, conſtituen-s, ejusve jurisdictione, metiamur, Ziegler. *d Calvol.* §. *Landſaſſ. Concl. 1. n. 189. junct.* aur. Ohm. *d. 1. Epiſc. 6. XVI. lit. a.* ubi etiam Cancellariis alicubi Eccleſiaſtica expedi-i, & dein ſubſcribi tradit: Fürſtl. zu denen Conſiſtorial Sachen verordnete ꝛc. * Sicuti 26
utem in his quoque Superintendentes & Doctores Theologi aſſident, Titulò tan-ùm Conſiliariorum, quòd obſervantia tale uid non porrigat, conſultò abſtinentes; iſi quòd in unius alteriusve Principis Re-imine Conſiſtorii ne quidem mentio fie-i, & cumprimis cauſæ matrimoniales, quæ maximam partem Conſiſtorialium Diſce-tationum conficiunt, ad Cancellariam de-erri, atque inter cauſas ſeculares recenſeri debeant: * Ita nullibi non Theologi, ubi 27
de Rebus Sacris agitur, in Conſilium ad-hibendi ſunt *v.* R. A. *ann. 1555.* §. So ha-ben ſich die Churfürſten / *circà fin. ibi:* darzu auch ieder mit ſeinen Gelehrten und Theologis ſich mitler weil dermaſſen gefaßt machen/ ꝛc. Et *d. an. 1530.* §. demnach. * Id- 28
que etiam in illis, quæ ad *externam admini-ſtrationem* pertinent. Carpzov. *Lib. 2. juris-pr. Conſ. def. 247. junct.* Bernegger. *ad Tacit.*

d. Mor.

d. Mor. Germ. Qu. LVI. ubi oſtendit, quomodo in cauſis Politicis, quæ Conſcientiam tangunt, robur & authoritatem bonæ ſententiæ adferant; vel reprimant, coërceantque in alia ruentes: De rebus v. merè Politicis loquatur Ambroſius *Lib. d. Fuga Seculi, c. 2. Eccleſiaſticus Officium impleat, quod ſpopondit, in Dei rebus ſollicitus, à ſeculari negotio alienus. Quod enim ad alia negotia confertur, hoc religionis cultui, divinoque officio decerpitur.*

1 §. IX. Verùm * extrà vim nos ampliſſima & multis ſpinis involuta Excommunicationum doctrina, cum Affinibus, abripuit, utque in eam revertamur, agendum exhibeamus, quid *de Appellatione à Cenſurâ* in-
2 terponendâ jura nos erudiant. * Equidem à Cenſurâ Eccleſ., ſi non ad correctionem, ceu in Interdictô, Suſpenſione, ipsâque Excommunicatione fieri putant, ſed *ad pœnam*, (quæ v. c. in Depoſitione impingitur,) fiat,
3 appellare, * etiam ad ipſam Cameram, ſi cenſuræ ſententia vel incidenter in causâ ſeculari, vel nulliter, lata eſſet, (*præjud. in c.* Brunforſt *contrà* Baden/ *& Official* zu Cölln *contrà* Sander/) in tantum conceditur, ut etiam ſuſpendatur Executio. v. Abbat. *ad c. ſæpè. d. Appell. ubi c. is qui de ſent. excomm.*

ita

a limitat: item ad c. laudabilem. ut lit. pend. ubi Epiſcopum depoſitum, ſi appellârit, 4
ntegrum ſtatum retinere, atque appellatio-
e pendente, cùm illa ſuſpendat, omnia
ura Epiſcopalia exercere docet. *add.* Scac-
iam *qu. 3. art. 1. n. 77. ſeqq.* * Itaque licèt à 5
ententiâ excommunicationis adhuc *feren-
â*, tanquam à futuro gravamine, item ab
xcommunicatione, quæ ſub conditione
acta eſt, Extrajudicialis Appellatio admiſſa
it: (*vide exemplum Appellat. à Bullâ Leonis
. Beati Lutheri ap.* D. Strauch. *Exercit.
xot. Jur. Publ. VI. th. 8. p. 159. ſeqq.*) * eaque 6
interponatur, excommunicationẽ poſteà
npactam; quæ tamen per ſe propriè ſen-
entia non eſt, *Vallenſ. d. ſent. excommun.
1, n. 1.* jure nullam reddat. *c. dilecti. x. d. ap-
ellat.* * Tamen à ſententiâ *jam latâ*, eô quòd 7
enſura, quam dicunt, Medicinalis ſit Ex-
ommunicatio, ſi appellatum fuerit, appel-
tio non ſuſpendit, *c. 40. d. ſent. excomm.
& c. 29. eod. in VI. item c. 53. §. 1. x. d. Appell. ubi
. Butrio.* * nec judex à quo, ſi hunc talem 8
xcommunicatum, ſicque vitandum eſſe,
iplomate publicaverit, attentare dici pot-
ſt: *c. 13. §. verùm. x. d. Appell. j. c. 40. eod.* * 9
ùm quidem in plus non liget illa denun-
iatio. *v.* Peregrin. *d. Fideicommiſſ. art. XLVI.
n. 42.*

n.42. Gail. *2. d.pac.p.c. VI. n. 21.* Anton. d.
Butr. *add.c.40.* * ubi oſtendit, quibus for-
mulis ſententiæ quis cenſeatur excommu-
nicatus, & quibus declaratus, & Brederod.
Lib.1.d.Appell.Tit.XX. qui p.382.ſeqq. de Fru-
ctibus & Beneficiis diſquirit, an illis excom-
10 municatus interim privetur. * Accedit
ad excludendam Appellationem, quòd
protinus Excommunicatio ſecum execu-
11 tionem ferat: * quanquam illa, licet ab eâ
non appelletur; tamen in rem judicatam
tranſire non cenſeatur. *tx. in c. licet. d. Ex-*
12 *commun. in 6.* * Item quòd per cautionem,
de obediendo Eccleſiæ, facilè Reus à cor-
13 rectione liberari queat. * Quæ tamen ra-
tiones cùm examen facilè non ſuſtineant:
Verior eſt ſententia, quòd ab excommuni-
catione, ſi non juxta jus Canon., ſaltem ex
ratione juris communis, appellari poſſe
14 debeat: * cùm per ſe Excommunicatio
ſimplicem medicinam non contineat, ſed
ſi non tam cauſam, ob quam infertur, quàm
Effectûs rigorem attendas, vix ſinè pœna,
maximè ſi cum Canonibus ad externa ex-
tendatur, concipi poſſit, *v. Vallenſ. V. Decre-*
15 *tal. Tit. XXXIX.* * ſuntque meræ argutiæ,
quæ *ap.* Anton. Fabr. leguntur *Tit. d. Tem-
por. & repar. app. def. 1.* quòd excommuni-
catio

atio non tam ſi pœna peccati, adeoque non afficiat animam, quoad formalem rationem: (hinc ſc. non eſt pœna?) ſed quoad aggravationem peccati: cùm ſit pœna perſeverantiæ in peccato. * Deinde Ex- 16
communicatio ſemel impacta præjudicium irreparabile inferre cenſeri poteſt. * 17
Quod autem dicebatur, ideò appellationem admitti non poſſe, quia Excommunicatio ſecum executionem trahat; ex eo nil ſequitur. Nam & ab Excommunicatione, quæ pœnam infert, datur Appellatio, item ab eâ per quam Prælatus deponitur, & deinde à ſententiâ capitali: quin imò hactenus Executiva non cenſebitur, quòd per appellationem ſuſpendatur: * 18
Et nonne etiam in illis ſententiis, ubi pœna & emendatio concurrunt, h.e. quæ pœnam emendatricẽ continent, regulariter appellatur? [Philoſophi pœnam illam νουθεσίαν appellant, item κόλασιν, παραίνεσιν; *Plutarchus* ἰατρείαν ψυχῆς: cujusmodi pœnæ ad mortem pertingere nequibant: Aliæ v. ab his παραδείγματα dicebantur.] Quid quòd à ſententiis declaratoriis, ùt infamantibus & aliis, quibus jus declaratur, nec quid rei corporalis conceditur, Executio ulterior non deſideretur; & anne ergò ab hiſce appellari non

R poterit?

19 poterit? * Profectò Antonius de Butrio, *quem utriusque Juris Monarcham vocant, ad c. 53. n. 14.* huic rationi prohibitæ Appellationis unicè inſiſtit: quia Excommunicatio ex Poteſtate Clavium ſit, & certam formam in tollendo habeat: adeò ut in Partis poteſtate eſſe non debeat, an ſuſpendere illam velit: uti in ſententiis circà actûs privatos, & jura ex illis competentia, fieri poteſt.
20 * Quæ quidem ratio, ſi ulla alia, modeſtiam
21 præfert. * Interim niſi miſcuiſſent Pontificii, aut temerâſſent, illam poteſtatem: niſi pœnam contineret Excommunicatio: niſi irreligiosè exerceretur, tolerari commentum illud poſſet. Verùm ſecus ſe o-
22 mnia habere nunc oſtenſum eſt. * Denique cùm ipſi Canoniſtæ illum appellationis à ſententià effectum eſſe doceant, quòd appellantem jurisdictioni excommunicantis eximat, & judex ad quem illum ſinè remiſſione abſolvere poſſit: omninò concedunt, quòd interim judex à quo ſententiam exequi nequeat, ſicque ſuſpendatur executio:
23 *niſi etiam non tam ſuſpendi ipſam excommunicationem, quàm effectus ejus velint, ut judex ſuperior eô ipsô, quòd abſolvere dicitur, excommunicationem hactenus
24 valentem retractet. * Simile in Interdicto occur-

occurrit, à quo ſi quis appellet, non quidem interdictum ſuſpenditur; interim tamen Appellatio efficit, ut excommunicati deinde interdictus pendente Appellatione non poſſit; adeoque præſens gravamen non tam ſuſpenditur, quàm ut futurum evitari videatur. * Admittendum eſt etiam, 25
quòd licèt à ſententia excommunicationis, à ſuffraganeo lata, nulla detur provocatio, tamen rectè recurratur ad Archi-Epiſcopum pro eâ remittendâ: juris formâ ſervatâ *in c. 8. d. offic. judic. Ord. c. 25. x. d. Apell. c. 50. d. ſent. excomm.* * Quid deinde ſi *inordinatè* in excommunicatione proceſſum eſſet? 26
ita ſanè appellatio non deneganda eſt. Sit v. c. mandato de exequendo inſerta Cenſura? Tum verò excommunicandus perſonaliter citari & de parendo admoneri debet, vel etiam intimandum eſt ei mandatum perſonaliter communicatione. Seraphin. *dec. 113. n. 3.* Secùs ſi fiat, ad declarationem procedi nequit, & ſi procedatur, vel Nullitatis remediò vel Appellatione uti gravatum poſſe, nemo inficiabitur. * Quòd ſi tamen 27
aliàs ex quâlibet culpâ quis pro excommunicato declarari debeat? Tunc quòd declaratio iſta ſinè citatione fieri queat, extrà dubium eſt. * Cæterùm dum citationem re- 28

 quiſi-

quiſivimus ſeu ſolennem intimationem, facilè patet, ubi de Cenſuris & privatione agitur, *notitiam rei* non ſufficere. Felin. *in c. cùm contingat. x. d. reſcript.* Ut tamen de intimatione per copiam intimationis Originalis, in actis cauſæ repertam, conſtare ſatis ſit. Mohedan. *Dec. 1. d. Fid. inſtrum.* Sanè quòd ex *ignorantia juris* excommunicationem incurrere quis poſſit, ùt Moniales, dum ad profeſſionem intrà annum approbationis aliquam admittunt, *idem* docet *Dec. ult. d. ſent. exc.*

1 §. X. Competit ergô * etiam ab Excommunicatione quandoque Appellatio, eamque non fruſtrà *Appellationem extrajudicialem* nuncupamus: tam quòd, ubi auditô reô fieri debet, quandoque eô non citatô & ſic vitiosè, imponi ſoleat; quàm etiam quòd ſententia Excommunicationis nonnunquam extrà judicium rectè feratur: *c. dilecto. tit. ſent. excomm. in 6.**& imò ipſa ſenten-
2 tia excommunicationis nullam citationem vel admonitionem judicis requirat: Gabriel. *d. Citat. Concl. 1. n. 167. & 459.* idque ſemper, ſi non ad inſtantiam partis, ſed ex officio judicis; A. d. Butr. *Tit. d. Cohabit. Cleric. c. 42.* Item ſi quando non pro contumaciâ, ſed pro delicto infligitur. Idem *in c. n. d. exceſſ.*

d. exceſſ. prælat. aut etiam quandocunque à Canonibus ipsô jure impingitur, & ſolùm applicatione opus eſt: * ut aliàs quidem, ſi citatio aut monitio non præcedat, regulariter nulla ſit. d. Butrio *ad c. 26. x. d. Appell. n. 18. conf. latè* Nicol. Milis. *in Repertor. voc. Citatio. fol. 68. &* Knipſchild. *Lib. 2. d. jurib. Civ. Imp. c. 3. n. 240. ſeqq.* ubi etiam ab Eccleſ. A. C. ſinè cognitione Magiſtratûs & Decretô fieri nec poſſe nec debere, docet. Item Gail. *11. d. P. P. c.* VI. *n. 17.* in quo cauſam Excommunicationis in ſententiâ exprimi debere, ait. * Dura tamen ſatis eſt Conſuetudo vel abuſus, quô tantùm non maximè Jus Canonicum crevit: *v. c. 3. d. conſuet. in 6. j. c. 2. x. d. his quæ fiunt à maj. part. cap.* ut non citatum excommunicare, nec ab excommunicationis ſententiâ, * (quamvis à *declaratoria*, quòd quis in excommunicationem inciderit, & quidem cum effectu ſuſpenſionis ſententiæ & attentatorum, cùm & ùt malè declaret, accidere poſſit, Bertrand. *Præſ. Tholoſ. in vol. 1. conſ. 50. col. fin. &* Eelin. *in c. præterea. d. ſponſalib. col. 2.*) appellare liceat: de quo paulò ſuperiùs diſſertum eſt. Rectiùs omninò *Nicæna ſynodus*, quæ *Canone V.*

3 4 5

excommunicatum ad plurium Eccleſiarum cognitionem provocare poſſe voluit.

1 §. XI. In *Gallicana Eccleſia* * Pontificis etiam aſtûs cordatiùs eliduntur, idque vel maximè poſt editam *Sanctionem Pragmaticam*, quâ Decretis Concilii Baſileenſis, in Pontificum poteſtatem acriter invehentis, robur additum fuit. *v.* Petr. d. Marca *Lib. 6. d. Concord. ſacerd. & Imper. c. 9.* & quæ adv. Concilium Tridentinum decreverunt, *ap.* Suav. Pol. *Hiſtor. Conc. Trident. p. 917.* & paſſim; item Duarenum *de Libertate Eccleſ. Gallic. &* Innocentium Gentiletum, *& Cenſuras* Academ. Pariſ. *Libbr. Santarell. Jeſ. & Bellarm. oppoſitas ap.* Calixtum *ſub*
2 *fin. Operis d. Conjug. Clericor.* * Adeò ut poſt alia de *alluvione*, quam vocat, *Eccleſiaſtica*, Benjamin Prioli, *in Libr. Sexto Hiſtor. Gall. ab exceſſu Ludov.* XIII. *pag. 315.* in hæc verba erumpat: *Gallis Senatoribus & Venetis exceptis, reliquus Orbis imperitus vanæ*
3 *ſuperſtitioni ſuccumbit.* * Quod etiam de Venetis, quomodo ſe Paulo Pontifici oppoſuerint *Libri ult. ap.* Thuanum *enarratio*
4 firmat. * Igitur Gallicanis Conſtitutionibus peculiares, quas *ab Abuſu* dicunt, *Appellationes*, introductæ ſunt, quibus adv. Excommunicationes nullas aut temerarias

Se-

eculariũm Principum præſidium implora-
ur: de quibus interim, donec inferiùs ipſi
le ejusmodi Appellatione diſpiciemus,
:onſule Petr. d. Marca *Libr.* IV. *c.* XIX. *n.* 5.
Majori ſuperſtitione *Hiſpani* ſcita Pontifi-
:ia venerantur; dummodò quid inde Statui
uo conducere queat. * Facile eſt mundum 5
Veterem ſuperſtitioni donare, ſi Novum
Veteri Pontifex donaverit. (*vid.* Bullam
quâ Alexand. VI. *Ferdinando & Iſabellæ* Re-
gibus Cathol. terras Americanas dono de-
dit *ap.* Calixtum *Part.* 2. *Reſponſi contr. Mo-
guntin.* §. 53.) * Etenim cùm vivente adhuc 6
Luthero Clemens VII. Papa Franciſcum I.
Galliæ Regem in Carolum V. concitâſſet,
Cæſar, ut injuriam à Clemente ſibi illatam
ulciſceretur, nominis Pontificii authori-
tatem, Idoli Papæi jam oblitus, per omnem
Hiſpaniam aboluit: ùt J. A. Thuanus recen-
ſet *Lib.* 1. *Hiſtor. v.* Locum præclarum,
quô ſcena hæc detegitur *ap.* Eund. *L. Hiſt.*
137. * In his tamen, quæ ad ſuperſtitionem 7
Papæam non ſpectant, ſed ad Civilia magis
referuntur, Leges Pontificias, in Hiſpania
non receptas, quenquam non obligare, ſic-
que tantùm ex conſuetudine valere, per-
hibet Salgado *Tr. d. ſupplicat. ad Sanctiſſ.
P.* 1. *c.* 2. *n.* 114. *ſeqq. ſect.* 111. *per tot.*

1 §. XII. Et tantum * de Excommunicatione, atque provocatione, quæ ab eâdem intenditur. Quid ſi excommunicatus *abſol-*
2 *vi* velit; * (ad quod ut fiat, ſi per ſimplicem querelam, (& ſic non interpoſitâ appellatione,) ſuper de Excommunicatione cognovit, abſolvendus ad inferiorem remitti debet; *c. ad reprimendum. d. off. Ordin.*] Pars autem adverſa, ne ei conferatur abſo-
3 lutio, appellet? * A denegatâ abſolutione excommunicatus appellat haud dubiè; ſed tamen à ſententiâ, quâ datur abſolutio, appellari non poteſt: Lancellott. *c.* XII. *d. Attent. n. 106.* maximè ſi ea poſt præſtitam ſatisdationem aut cautionem juratoriam,
4 (Butr. *ad c. 25. in f. d. Appell.*) contigerit. * Non enim eſt attendendum, quòd alter appellet, ne is abſolvatur, ſi ſufficienter abſolvendus caveat. Idem *ad c. 16. & d. c. 25.* Adeoque judex à quo rectè eum, qui ſe pariturum Mandato judicis Superioris promit-
5 tit, abſolvet. * Quòd ſi tamen abſente Parte, cujus non abſolvi excommunicatum intererat, fiat abſolutio, (quod iterum intelligendum eſt, ſi ad implorationem Partis; non ſi ex officio judicis Excommunicatio contigiſſet,) tunc verò, licèt ſic quoque excommunicatio ipsô jure non

mi-

minùs valeat, tamen appellatio gravati, (quæ igitur ſuſpenſiva non erit,) admittenda eſt.* *v. de Abſolutione abExcommunicat.* 6
Joſ. Arndium *in Lexic. Antiquit. Eccl. pag. 310. per tot. Cap.* ubi & in §. 79. & 80. exponit, quidnam in veteri Eccleſiâ injuſtè excommunicato faciendum fuerit?

§. XIII. Cæterùm * *d. Pœnis Eccleſiaſticis,* 1
quales ap. *Conſiſtoria* noſtra non ultrà Suſpenſionem, Remotionem, Carcerem aut Mulctam pecuniariam, & necdum ad relegationem procedunt, (Carpzov. *Lib. 3. Jurispr. Conſiſt. def. V.* de *Proſcriptione* Eccleſiaſticorum in Imperio uſitatâ *vid. Dn.* Strauch. *Diſſ. Exot. p. 166. ſeq.*) quid dicendum ſit, ex infrà monendis apparebit, * Interim verò *Depoſitionem*, quæ ſemper pœna per naturam ſuam perpetua eſt, à *Suſpenſione* diſtingui oportet, & vel imò maximè 2
à *Degradatione*. * Nam Depoſitio non eximit reum ab Ordine, quin adhuc illa quæ Ordinis ſunt, validè exercere poſſit? modò jurisdictionem ea non requirant: * Non etjam ab Oneribus Clericalibus, uti à canendo horas Canonicas; neque à jurisdictione judicis Eccleſiaſtici eum excludit; * ſecùs atque Degradatio, quæ ob grave impingitur flagitium, præſente etiam Magiſtratu ſeculari.

R 5

6 culari. * *Cauſis* quoque ſpecies illæ coërcitionum Eccleſiaſt. facilè ſecernuntur. Nam ſuſpenſio fit ob vulgatam infamiam, ſcandalum, vehementem ſuſpicionem, falſum
7 teſtimonium, crapulam. * Unde ſi quis in contumaciâ per annum in c. crimin. ſteterit, ſimul beneficio privatur; ſi in causâ Civ., per triennium. *c. 8. x. d. ætat. & qualit.*
8 * Depoſitio infertur v. c. ob concubinatum, perjurium, ſimoniam. * Degradatio ob hæreſin, ob inſidias Epiſcopo factas, & quandocunque Clerici ex crimine ſeculari puniendi eſſent. Concil. Trid. *Seſſ.* XXIII. *c. 4. latè.* Ferinac. *Qu. Crim.* VIII. *n. 71. ſeqq.*
9 *& Qu.* XIX. *n. 49. ſeqq.* * Nam ita etiam in *Doctoribus*, (qui non ſimpliciter ſunt in ſtatu Eccleſiaſt. ut quidam voluerunt; *v.* Le-
10 nauder. *part. 1. d. Doctorib. qu.* XIX.* quanquam id faciliùs in illis qui in Academiis docent, Profeſſoribus, admitti poſſet. *v.* Franc. Balduin. *Lib. 2. in Conſtantin. p. 185. &* Cothmann. *reſp. Ac. 1. n. 142. 415.* quorum cauſæ etiam piis annumerantur. Alciat. *in l. Privilegia. n. 7. C. d. SS. Eccl.* Sed tamen multa etiam, velut in Titulis, ceu omnes Würdige & olim Ehr/ Titulo Eccleſ. Barthius XXIX. *Adv. 19.* gaudent, ipsâq; Dignitatis privatione, quoad h. l. communia habent.

bent. *v. c. 7. x. d. Privil. in 6. &* Walther. *de ſtat. Doctor.* §. *49. 53. cap.* IX. Nobilibus aliàs comparati: Hörnigk. *c.* VI. *d. l. Poſtar. Theor. 9.* præferendi autem ſæpiùs militibus: Gail. *2. Obſ. 118. n. 14. ſeq.* Et qui digni ſint, ut illis Comitiſſa nubat: Salycet. *in l. providendum. C. d. Poſtul.* Campegius *d. Dote. P. 1. Qu.* XIII, *n. 2.* ceu Schlickius Doctor & Eques Ducali matrimonio illuſtratus fuerat, Dn. Eiben. *c.* IX, §. XI, *d. Feud. p. 199.*) Degradatio obtinet: ut priusquam ex notabili Crimine puniantur, anteà degradari, & judici ſeculari ad puniendum tradi ſoleant. Reinkingius *Lib. 3. d. Regim. ſec. & Eccl. cl. 2. c. 2.* * Qualem ſemel degradatum gradari, 11
ſeu in Doctorem rurſus promoveri, non poſſe tradit *Hermes c.* XXXIII. *Jur. Publ. n. 175.* * Sed per hoc tamen Doctores, 12
Eccleſiaſtici non erunt: cùm Degradatio ad alias quoque Dignitates *Politicas* pertineat: quam in rem notanda ſunt quæ ſcribit *ſuprà citatus* Author. *Deſcript. Regni* „*Chinenſis, in eôd. Cap.* XI. *ibi:* Ehe und „zuvor einiger Schuldiger mit Worten o„der Wercken geſtrafft werde / ſo nimmt „man ihnen die Zierde des Ampts / als einen „Gürtel / ein Pareth oder Hut mit einer klei„nen Binden: dann der Viſitator kan kei„nen beſtraffen oder beſchweren / ſo lang er dieſe

„dieſe Zierde noch trägt/bey Verſierung ſei-
13 „nes Kopffs. * Illud adhuc antequam de gravaminibus, occaſione perſonatum ſacrarum ortis, finiamus, addendum eſt: quòd *à Reprobatione vel Relatione Examinatorum* in Beneficiis curatis, ne quidem quoad effectum devolutivum, detur Appellatio. Nicol. Garcia *de Benefic. c. 2. §. 1. n. 242. ſeqq.* Quod tamen ſimpliciter temporum noſtrorum morumque ratio non admit-
14 tit. * Quænam verò ſcientia in Candidatis noſtris Miniſterii requiratur: de eo *v.* Tarnov. *d. Miniſt. Eccleſ.* & Weber. *d. I. Patronat.*

1 §. XIV. Cæterùm * ut gravamina *res* ipſas & *cauſas Eccleſiaſticas* contingentia expendamus, nil attinet, cùm ea cum aliis, quæ circà profana negotiá recenſuimus, ferè
2 coincidant: * tantùm quòd de Impedimento jurisdictioni Eccleſiaſticæ injecto, & quomodo adv. illud per Appellationem conſuli gravato poſſit, aliquid admonendum ſit: quanquam & ſimile in ſeculari Juriſdictione, quando in eâ quem Superior
3 turbet, occurrat. *Gail. l. O.* CXXIII. *n. 6.* * ita ſi v. c. per Decretum Superintendenti Urbis Provincialis, curam rei Eccleſiaſticæ Magiſtratus Principalis injungeret; (ceu qui-

quidem cur illa ad ipſum tanquam Epiſcopum pertinet *jx.* Auguſt. *Lib. XIX. d. Civit. Dei c. 19.* ibi: *Verbum Epiſcopi Græcum eſt, & inde deductum vocabulum hoc; quòd ille, qui præficitur, eis quibus præficitur, ſuperintendit: Epiſcopum ſi velimus, latinè ſuperintendere poſſumus dicere:*) cùm tamen urbs illa Superintendentem ex ſuâ non tantùm vocatione haberet, ſed etiam jura Epiſcopalia ſibi competere prætenderet? nonne Urbicus Magiſtratus rectè provocaturus eſt? * Utcunque enim Jus Epiſcopale alii, 4
quàm ei qui Superioritate Territoriali inſtructus eſt, competere poſſe non videatur: [diſſentientibus Cothmanno *Reſp.* XXXIII. & Klock. *1. conſ. LI. n. 20.*] * Tamen, quin 5
una alterave pars ejus concedi poſſit *Mediatis*, dubitandum non eſt; velut eſt cura rerum Eccleſ., item Eccleſiaſtica jurisdictio, ſpeciatim dicta: * Nam hactenus Urbes 6
quoque Provinciales inter privatos, ùt vetera Municipia, immeritò cenſentur. Merckelbach. *int. conſ.* Klockii *1. Conſ. XXII. n. 98.* * Jus autem Reformandi, Deſtituendi 7
Perſonas Eccleſiaſticas, Synodos indicendi, Ordinationes Eccleſiaſticas concipiendi, non putem ulli mediato competere poſſe. * Quin imò etiam quoad Jurisdictio- 8

nem

nem Eccleſiaſticam contrà Mediatos eſt præſumptio, adeò ut non niſi præſcriptione vel conſuetudine, (quæ omni conceſſione major, & inſtar Legis ſive privilegii eſt,) acquiri ead. poſſe videatur: * nec *Nobilibus*
9 Vaſallis, omnimodâ licèt Jurisdictione inveſtitis, (quô quidem caſu nec criminalis Jurisdictio iisd. tributa erit,) matrimonialium cauſarum cognitio conceſſa eſſe putetur; aut etiam expreſsè concedi à Principi-
10 bus, ſeu Feudorum Dominis, ſoleat.* Nempe in Commercio illa Jurisdictio non eſt, ùt ſecularis altera, quæ pactis & tranſactio-
11 ni privatorum ſubjici poteſt: *neque tam in his talibus tam rei natura, quàm potiùs uſus Imperii, attendi debet, qui in his ipſis
12 Legem Statibus quoque effingit. * Quibus, ùt plura competunt, quæ nec per ipſos aliis communicari poſſunt; ita viciſſim Mediatis aliqua à Cæſ. Majeſt. conferuntur, ùt eſt Legitimatio, Nobiles, Do-
13 ctores, Notarios creandi poteſtas: * quæ quidem Statui (& nec ut, ſi expreſsâ conceſſione eadem impetraverit, effectus illorum extrà Statûs ipſius territorium porrigatur,) fruſtrà adſcripſeris.

DE

PARS III.

DE

GRAVAMINE FUTURO.

§.I. QUòd ſi * Provocationis Extrajudicialis Utilitas ex tam diverſis Gravaminum generibus, quæ per illam reparare licet, non perſpiceretur: ſaltim in eo remedii ejus præſtantia ſe exhiberet, quòd cùm aliàs intrà judicium à *Futuro Gravamine* appellare permiſſum non ſit; Guid. Pap. *conſ. 138. n. ult.* tamen ad inſtantia quoque & futura Gravamina Extrajudicialis ſe extendat Appellatio; Damhouder. *pr. Civil. c. CCXXXIV. n. 11. & 12.* * & vel à proceſſu futuro, veluti ne inquiratur, vel contrà me procedatur, appellari poſſit: modò cauſa, quare illud fieri non debeat, allegata & attenta non fuerit; * ſecùs ſi quis cauſam cauſæ, quam appellant, ſeu innocentiæ prætendere velit. Baldus *in l. 2. C. d. Epiſcopal. audient.* * Quanquam nec ſimpliciter appellationem judicialem Gravamina quælibet futura averſentur. * In quam rem, cùm plurimum lucis tractationi noſtræ adferre poſſit, multique heic etiam, dum ſpecioſis doctiſ-

1
2
3
4

doctisque erroribus autem adſenſumque ἀνεξετάςως præbent, in abrupta trahantur, peculiari ἐπιςάσει inquirere viſum eſt.

1 §.II. Et de eo quidem * inter omnes facilè conſtat, ſi per interlocutionem judex quid ad inſtructionem animi ſui fieri juſſerit, quod tunc vel ideò appellari non poſſit, quia ne veſtigium quidẽ gravaminis ſe exſerit; nec Partes cur iſtud judex deſideret, ſciunt. Anton. Faber. *Lib. VII. Cod. Tit. XXVI.*
2 *def. 32.* * Omnes quoque Regulam eam in confeſſo collocant, quòd, antequàm ſententia lata ſit, fruſtrà appelletur. *l. eos. §. ſu-*
3 *per. C. d. Appell.* * Unde quamvis Jure Canon. à quocunque gravamine appellari poſſe certum ſit; *c. 12. 47. 60. x. d. appell.* tamen ne quidem eô jure, quod quidem in impertiendâ Provocatione tam profuſum eſt, à gravamine futuro & nond. illato appellatio (*jx.* Carpzov. *Lib. 3. reſp. El. Tit. XII. reſp. 127. n. 4. c. 14. 59. & 63. x. d. Appell.*
4 citantem,) admittetur. * Adeò ut *Cap. Bonæ memoriæ in eod. Tit.* ſummus, (*elogiô* Jacobi Gothofredi *d. Mutat. & Augment. Monet. p. 19.*) Juris Antiſtes *Cujacius*, (qui tantum promeritus eſt, ut nullius ingenii & violentus Legum interpres diceretur, *v.* Befold. *in Delib. ad Digeſt. pag. 143.*) impropriè & de

qua-

qualibet proteſtatione contrà intentatum ſpolium accipere maluerit; quàm ut Appellationem à futuro gravamine inibi reperiri, concedere debuiſſet. * Verùm regula 5 iſthæc de Gravamine judiciali inferendo accipienda eſt: Klock. *conſ. XV. n. 2. ſeqq.* à quo, exceptis abſque dubio Beneficialibus, (Guido Papæ *qu. CCCCXXXVI. n. 32.*) Jure Canon. provocari non poſſe verius eſt. *v. c. Conſuluit. c. ex parte. c. ut debitus. c. dilecto. §. fin. x. d. Appell.* * In tantum, ut ne quidem 6 ſub conditione illud permiſſum ſit: *ſi non admiſeritis Exceptionem, quartam dilationem, &c. appello.* * Neque enim quicquam 7 ea Appellatio, licèt cum clauſula: *ex nunc prout ex tunc*, interpoſita fuerit, devolvit, niſi ſubſecutô factô & gravamine: quod ſemper intelligitur. Graff. *Deciſ.* XIV. *n. 6. 7.* * Ut vitium hîc patiatur *Quintil. Mandoſii* 8 traditio, quando *Regul. XIX. d. Infirm. qu. IX. n. 3.* docet, quòd clauſula: *ex nunc*, actum de præſenti inducat, quamvis ex futuro penderet; (modò in diſpoſitione purâ, non autem in conditionali verſemur: ſicque Cl. illa conditione aliquâ non nitatur. *v.* Mohedan. *Dec. d. Præbend. 21.*) item Contardi *in Rep. L. Diffam. c. V. n. 78. C. d. ingen. manumiſſ.* quòd Cl. ex nunc prout tunc, ope-

retur, ut præſens ſit præſens futuro & futurũ præſenti. Junge de eâd. Cl. Gailium *remiſſiv. in Obſ. XIII. n. 6. de Pignorat.* Mart. *Part. 1. Cl.*
9 *20.* Cephal. *Conſ. CLII. n. 21.* * [ubi Clauſulam *ex nunc* non tantum operari ait, atque Cl. *ex nunc prout ex tunc:* niſi quòd & hoc ipſum diſcrimen in Beneficialibus non attendi alii
10 annotaverint.] * Item *latè* Tiraquellum *d. Retr. Conv.* §. *2. gl. 1. n. 85.* & Puteum *Lib. 11. Dec. 190.* quos citat & elegantem disquiſitionem inſtituit Creſcent. *Dec. 7. d. Conceſſ. prebend.* ſimulque decidit, Mandatum de providendo *cum Cl. prout nos ex nunc prout ex tunc & econtrà conferimus, & Decreto irritamus omnes alias collationes factas & faciendas.* &c. præferri ſecundæ gratiæ factæ ante executionem & collationem; cum ſuſpenſione omnium aliarum gratiarum ſpecialium & generalium, etiam non factâ mentione primarum literarum.

1 §. II. Quòd ſi verò * etiam de *extrajudiciali* gravamine, quod non durante Proceſſu metuitur, disquiramus? ita plures quoque in aliis Cauſarum generibus dari caſus, quibus *Canonicô jure* à futurô Gravamine appelletur, non tantùm ex quàm pluribus textibus, v. *c. 2. x. d. Conjug. ſerv. c. cùm dilecti, x. d. dol. & contumac.* Sed etiam

Docto-

Doctorum obſervationib. colligitur: *v.* Berlich. *2. Deciſ. CCIV.* Speckhan. *cent. 2. cl. IV. quæſt. XXXVI.* Decium *vol. 2. Conſ. CCXIV.* Bocer. *Cl. VI. Diſp. 34. n. 12. poſt* Scacciam, Gregorium, Ruginellum, Brederod &c. * Quæ tamen cùm egregiè fluctuent, di- 2
ſtinctiùs ex utroque jure, (cùm Proceſſus, moribus utut inſtitutus, complura tamen adhuc ex J. Civ. habeat,) rem ita complectemur: * Aut Gravamen futurum *in nullô* 3
metu conſiſtit, nec ullam, quod ajunt, cauſam radicatam habet. *v.* Schrader. *vol. 1. Conſ. IV. n. 236.* Et tum, * velut aliàs nun- 4
quam jus futurum in judicium trahi poteſt, *l. 2. §. fin ff. d. recept. l. 31. d. judic.* ſi à præſenti non pendeat; *l. 1. C. d. ſent. quæ ſinè certâ quant.* (ceu de ſequentium annorum cenſu hodiè agi poteſt; *conf.* Gailium *2. Obſ. 74.*) aut etiam ſi non ad declarationem tantùm vergat: (unde in ſucceſſorem, Majoratus aut jus Colonarium, vivô adhuc anteceſſore, rectè tranſcribitur, & ad liquidum redigitur. *jx.* Petr. Heigium. *2. qu. VIII. n. 20. ſeqq. item n. 33. ſeqq.*) aut jam tum jure actionis contineatur: (Uti Gailius *1. Obſ. 116.* cautionem de non moleſtando in futurum, ſi à parte non petita, nec in ſententiâ expreſſa fuerit, adhuc in executione impetrari poſ-

ſe docet.) Ita nec ab ejusmodi gravamine
5 appellari poteſt *c. 60. x. d. Appell.* * Sed aliis contrà illum metum remediis utendum eſt: veluti quandoque ſunt *Mandata de non offendendo* ſinè cl. de quibus *v.*Cruſium *Part. 1. d. Judic. Delict. c. XXXV. n. 11. ſeqq. item* Gail. *Lib. 1. d. P. P. c. 2. & 3. & Lib. 1. Obſ. IV. ibique* Græven. *Concl. IV. conſ. 1.* Friderum *Lib. 2. d. Mandat. c. XXXIV. & XXXV.* Gylmann. *Tom. IV. P. 2. ſuppl. 30. 37. 40. 93. 106. & ſeq. & latè* Not. Roding. *Lib. 3. Pand. Cam. Tit. VIII. p. 531.* ubi quòd & ea *Mediati* in Camerâ im-
6 petrare poſſint, docet. * Ut plurimùm verò Cautione de non offendendo nobis proſpicimus: quamvis *ùt nihil ſpernendum, ita tamen non omnia metuenda ſint.* Tacitus *2.*
7 *Annal. c. 40. n. 2.* * Agit autem de eâ Cautione & universâ Minarum causâ Carpz. *p. IV. Conſt. XV. item* Mevius *Lib. IV. ad jus Lübec. Tit. XVI. art. IV.* Herculan. *tot. Tr. d. Caut. de non offend. Et de Diffidationis ab Admenatione differentiâ* Dn. Tabor. *in Armament. pag. 205. & ſeq. th. 29. junge etiam obiter de Duellis veterum,* vom alten Teutſchen Kampffrecht / Dn. Jo. Conr. Dietericum,
8 *in Otton. 2. §. VI. pag. 54. usque ad 77.* * De hac ſpecie futuri ſimpliciter gravaminis *Antonius Faber* accipiendus eſt, quando in

in *Lib.* VII. *Tit.* XXVI. *def.* 3. ait, ne quidem jure Canon. à futurô gravamine appellari poſſe, quia gravamen præcedere appellationem debeat; nec audiatur appellans, niſi ejus jam interſit. * Et verum eſt omninò, 9
quòd in judicialibus *Proteſtatio* adverſus ejusmodi metum ſufficiat: (ſicuti de Decretis Publicationis Atteſtationum docet Rulandus *P. 1. d. Commiſſ. Lib.* VI. *c. 1. n. 8.*) vel à rejectâ demum proteſtatione appelletur; * In extrajudicialibus autem, & qui- 10
dem talibus, quæ aliquam juſtificationem non requirunt, (ùt quando illud injungi aut mandari ſupplicatur, quod aliàs jus commune vel ordinatio judiciaria mandat,) ſimplicia mandata, etiam in futuris caſibus, impetrentur: ùt de non offendendo, de non inquietando & ſimilia. * Deinde ſi grava- 11
men ità ſe habeat, ut *quid injuſti nunc ſentiatur:* (* qualem metum ad bellum quoq; 12
ſuſcipiendum ſufficere Hugo Grotius docuit, *in Lib. 2. d. I. B. & P. c.* XXII. *n.* 5. Si videlicet non de potentiâ ſolùm conſtet vicini, ſed etiam de animô nos invadendi, & quidem ſi ità conſtet, ut illud certum ſit, eâ ſaltim certitudine, quæ in morali materiâ locum habet:) * quomodo futurum ra- 13
tione tantùm perfectionis appellabitur,

cùm oppoſitum ei, præſens gravamen, complementum ſuum habeat: indeque adhuc
14 à futuro rectè diſcernatur. * Tunc verò refert: an *certum* illud gravamen ſit & *perpetuum*, quâ ratione ad effectum appellationis ſufficit quod nunc in præſenti eſt, & ex jam facto imminet. Scacc. *d. Appell. qu. V.*
15 *n. 113.* * Tale eſt v c quod judex in futurum *comminatus* fuerit, Ruginell. *d. Appell. §. 2. c. 3. n. 189.* Tuſchus *in v. Appell. concl. CCCLXI. n. 13. 14.* ubi Caſtrenſi reſpondet.
16 * Tale etiam eſt, quod ſub judice jam corrupto metuendum eſt: (v quando judici pro labore quid accipere liceat, Mynſing. 2. *Obſ. 75.*) Nec minùs illud, quod per *ſuſpectum* infertur *judicium*: (de quâ ſuſpecti causâ *v. latè* Rodriguez Fermoſin. *d. judic. Rubr. d. Foro compet. qu. 2. ſeqq.* & in ſpecie de Commiſſariis ſuſpectis Ruland. *Lib. 2. c.*
17 *15. p. 1.*) * Sint v. c. plerique Aſſeſſores evidenter ſuſpecti, ſanè ſi hi à decernendo non abſtineant, etiamſi Decreta eorum hactenus per ſe iniquitatis nihil complectantur,
18 tamen juſta abinde eſt appellatio. * Neque enim dubitandum eſt, quin totum Collegium v. c. eines Fürſten Cantzley oder Hoff-Gericht recuſari poſſit, causâ quâdam allegatâ, quæ ſingulos aut maximam Aſſeſſorum partem evidenter ſuſpectam reddat.

Boër.

Boër. *Dec. 269. Caputaqu. Dec. 138.* Ut tamen ob Directoris litem, niſi authoritati ejus nemo adverſaturus probari poſſit, tota Curia non recuſetur. * Equidem ante recu- 19
ſationem ſuſpecti, judex cur abſtineat, cauſam non habet: cùm vel ſententia ab eô lata, niſi rejectus fuerit, teneat; Maſtrill. *Lib. 2. Deciſ. CLI. n. 18.* multòque minùs ante eam appellare licet Franchus *in c. novit. 3. n. x. d. Appell.* * Imò ſi recuſatio frivola 20
fuerit, judex procedere poteſt. Idem *in c. cum ſpeciali. x. eod.* * Verùm ſemel objecta 21
ſuſpecti exceptio omnem cognitionem ſuſpendit, ipſeque judex ſuper ſuâ recuſatione pronuncians; vel etiam cum datus eſſet cum Cl. Remotâ recuſatione, Exceptionem Partis contemnens, nulliter procedit: Gailius *l. O. 33. n. 4. 12. & per tot.* adeoque omnia quæ ſequuntur pro attentatis habenda ſunt. * Multò igitur malis admittetur 22
Appellatio, quando etiam non moniti judices per Legem abſtinere debuiſſent: prout nonnunquam jure etiam, citrà factum hominis excipientis, judicium nullum eſt. * Ecquis enim dubitaret, ſi Magiſtra- 23
tus, qui jus Fiſci habet, [veluti Princeps Imperii,] bona Rei ob crimen aliamque cauſam, durante eorum ratione, cum

Tertio quodam, coram ſe tanquam judice, controverſiâ, exortam, apprehendiſſet: quin non ſolùm exceptio hæc, quia tractum temporis habet, quandoc. etiam poſt concluſionem in causâ, opponi poſſit. *c. inſinuante de Offic. deleg.* Pacianus *2. d. Probat. c.*
24 *XLV. n. 15. & 87.* *Verùm etiam ſuperius forum protinùs fundetur, illudque, etiam non objectâ exceptione ſuſpecti, adire liceat? veluti utiliter iſtud *in cauſa G. D. A. H. V. S. G. R. contrà D. I. W. D. S. G. Q. V. in*
25 *Aulâ Imperiali* induximus. *Intereà, quoties cauſa ſuſpicionis aut gravamen tolli poteſt, Appellatio non pertexitur; ſed potiùs cauſa ad judicem à quo remitti ſolet;
26 *Quandoque etiam ad Partis petitionem, ſi non adeò de cauſâ ſuſpecti appareat, aut judex ſolùm imperitus vel immitis ſit, eidem Commiſſarius adjungitur, & hoc tamen ipſum difficiliùs in eô judice, qui jurisdictionem ex contractu habet. Carpzov. *Dec.*
27 CCXXI. *Quin imò ſi vehemens ſit ſuſpicio, etiam totius Collegii, (velut aliàs quoque, ſi publicæ rei id expediat; item ſi per diſcordiam Aſſeſſorum non poſſit ferri ſententia,) Superior cauſam ad ſe *avocare* ſolet: quâ ratione fortiùs Attentata, quàm in ipsâ Appellatione, revocantur. (*v.* Gail. 1.
28 *Obſ. XLI. n. 2. 7.*) *Eamque Avocationem

non

non minùs Gravamen extrajudiciale, idque futurum quoque, pariet: utut aliàs impropria avocatio ſit, quæ lite nondum pendente contingit. * Similiter poſt latam ſen- 29
tentiam cauſa avocari poteſt: Et vel poſt rem judicatam, priusquam Executor ſententiam exequitur. Quæ quidem Advocatio etiam extraordinaria eſt, eamque Falſi Querelam vocat Durandus *Lib. 2. part. 2. d. Reviſion. n. 1. 2.* dum videlicet repertis novis inſtrumentis, interponitur, unde parum exquiſitum Arbitrium ſuſpecti judicis fuiſſe oſtendatur. * Illud quoque obſervandum 30
eſt, ſi Literæ avocatoriæ cauſam exprimant, cur avocatio fiat, quòd tunc iſthæc Appellationi, quæ interpoſita fuerat, præjudicet: tanquam extraordinaria, & poſt ſententiam interpoſita; ſicuti non expreſsâ causâ, nullum quoque Appellationi fit præjudicium: eô quòd & ipſa cauſam per ſe ad ſuperiorem devolvat. * Sed num Cæſar à 31
Camerâ Spir. cauſas rectè avocat? Negant communiter *per O. C. P. 2. Tit. 35. junct.* Gailio *d. l. n. 4. item* Limn. *Lib. IX. jur. Publ. c. 2. n. 72. Contrà* Berlichium *Deciſ.* CLVIII. Utrique Sereniſſ. Elector Saxon. in der Ober-Hoff-G. *d. an. 1549.* non minùs promiſit, daß dem Ober-Hoff-Gericht ſein ſtarcker Lauff gelaſſen werden ſolle. Et

S 5 tamen

tamen Saxones docent, ſi Curiæ lites malitioſè protrahant, adhuc ab illis avocari poſſe: prout non rarò eas Elector avocat. Carpzov. *Lib. 2. Reſp.* XX.

1 §. IV. *Incertum* * ſeu *temporale*, itemque ex eventu pendens, gravamen non ſemper
2 appellatione emendari poteſt. * Itaque conſiderandum eſt: num ſi eveniret, facilis ejus per appellationem ſit *reparatio:* quô caſu, quamdiu gravamen in pendenti eſt, provocare non licet: an verò difficulter, & non niſi cum incommodô, retractari poſſet: Ita verò non tantùm utilis; verùm & neceſſaria provocatio eſt: *l. fin. C. in quib.*
3 *cc. in int. reſt.* * cùm ad reparandi facultatem, in ipſis interlocutionibus quoque, multùm attendatur; (Calculum præbebit
4 Scaccia *qu. V. d. Appell. n. 111.*) * modo juſtè metuatur gravamen & propè immineat, veluti quando Parti de intentione judicis ſe gravaturi, ex veriſimilibus indiciis, conſtet: Baldus *in l. ſi quis Provocatione. C. d. Appell.*
5 * ubi in tali caſu docet, judicem ad quem non modò cognoſcere ſuper injuriâ poſſe, ſed etiam ſuper totâ causâ: eumque Saly-
6 cetus ſequitur *in d. l. n. 2. 3.* * Et ex hâc poſterioris membri diſtinctione rectè Argentoratenſes *in vol. 1. conſ.* XXIX. *n. 69. per l. 5.*

ff. de

ff. de Appell. & l. 25. C. eod. &c. doctrinam ſuam, quòd de Jure Civ. à futuro etiam gravamine, ſi immineat, appelletur, defendere poſſunt. * Illud cùm de gravaminibus 7
futuris dicere cœperim, eleganter quæritur. Num appellatio quævis alia, *gravamen* poſt eam exortum, ſicque *futurum*, ad Superiorem *unà devolvat?* Aſſerendum eſt, ſi gravamen iſtud ab iisdem Appellatis proceſſerit, atque narratis ſupplicationis, ad quæ Proceſſùs impetrati fuerunt, in omnibus & per omnia conveniat. * Secùs appel- 8
latio ſuper gravamine ſpeciali aut ſeparato interpoſita, reliquis in univerſum gravaminibus haud unquam medebitur. *c. 1. & t. Tit. d. Appell. in VI.*

§. V. Nunc * an juſtè nonnulli dubita- 1
verint, quòd de futurô gravamine extrà judicium provocetur, apprimè conſtat: cùm & ob illud medium rumpere judicium, Civili jure, non impermiſſum ſit. * Enimverò, 2
ſi quis ne indebitè gravetur, aut moleſtiam patiatur, timeat, non neceſſariô provocat; verùm judicis implorare poteſt officium, qui alteri, ne hunc infeſtet, inhibere mandatô, etiam citrà cauſæ cognitionem, (Gail. *l. O. XVI.*) poteſt. Ludovic. Roman. *conſ. 244.* Id quod omnium maximè in

Parte

3 Parte me gravaturâ ſervatur. * Imò nec à Judice, extrajudicialiter quid injungente, ſi de gravamine non appareat, provocari pot-
4 eſt. * Quid enim ſi inſtrumentum venditionis, antequam venditorem in poſſeſſione turbares, edere te juſſerit judex. Sanè licèt nemo ſuæ poſſeſſionis titulum edere cogatur, tamen juſſione eâ nondum gravatus es: cùm exceptionem coram judice adducere, & tum demum, ſi adhuc ad exhibendum cogi velles, provocare tibi liceat. Anton. Faber. *Lib.* VII. *Tit.* XV. *def. 8.* *
5 Ut adeò non tantùm à judice ſi appellari velit, gravamen futurum tale, etiam extrà judicium, eſſe debeat, quale in antecedentibus deſignavimus; ſed etiam ſi à Parte ad
6 Ordinarium provocari velit: * ne nulla aliàs ſit inter Actionem quamcunq; & Provocationem ſeu Appellationem extrajudi-
7 cialem à Parte diſtinctio. * Quanquam illa, quæ à Parte ob futurum gravamen, radicatum tamen quadantenus ſit, provocatio, eâ quæ à judice ſit tantò favorabilior eſſe reputetur: quantò iſta propiùs cuilibet actioni accedit.

1 §. VI. Interim * *ab Actione* non ſolùm in eo *diſtinguenda* eſt illa Provocatio (1.) quòd provocatio ſemper gravamen contineat,

tineat, non ita actio; ſed etiam (2.) quòd provocatio quandoque gravamen futurum reſpiciat; non actio, quæ ex jure jam competente inſtituitur. (3.) Provocatio ex facto ſemper illicitô oriatur; non ita actio. (4) Provocatio ſemper ex facto, actio quandoque ex causâ immediata; ſicque Provocatio magis nativa, actio verò quandoque dativa ſit, & ex æquitate juris merâ, citrà factum hominis, ne futurum quidem, proponatur. (5) Provocatio poſſidenti etiam competat; actio, ſaltim realis, non item: niſi quòd in interdicto uti poſſidetis ſeu retinendæ ſecùs ſit, de quô quidem accipiunt Dd. §. *2. Inſt. d. Actionibus in fin. ubi v. quæ adv.* Locamerum, *in Commentar. MSCr. docuimus*. (6) Provocatio reg. ſubitaneô Proceſſu expediatur; non ita actio (7) Provocatio inſinuari ad effectum futurum poſſit, non actio. (8) Provocatio plerumque ob poſſeſſionem intentetur, non ita actio. (9) Iniquitatem partis, & quidem de facto ſibi imminentem præ ſe ferat, quæque actu intentari poſſit; actio autem etiam omiſſionem alterius & plerumque præferat, quòd alter nobis quid non det aut faciat. (10) Provocatio tutelam juris & rei obtentæ etiam quærat; actio non tam tutelam ſeu con-

conſervationem certi, quàm obtentionem dubii juris contineat. (11.) Provocatio ad actum futurum impediendum concedatur; actio ad rem perſequendam vel actum perficiendum. (12.) Provocatio poſt ſe habeat actionis inſtitutionem; actionis intentio inſtantanea ſit. (13.) in Provocatione magis Imperium quàm jurisdictio imploretur; in actione ſecùs. (14.) Provocatio inſtituatur extrà judicium, quanquam fiat à judice; actio nunquam inſtituatur citrà judicium. (15.) provocatio ſit Remedium
2 generale; actio plerumque definita. * Ulteriùs (16.) provocatio eſt modus jus ſuum perſequendi; actio eſt ipſa facultas, quâ jus noſtrum perſequimur. (17.) Provocatione illud defendimus, quod jam tenemus; actione perſequimur quod nobis abeſt. (18.) Provocare aliquando is poteſt, qui non agere, ùt excommunicatus. (19.) Actio eſt in Patrimonio, non eſt Provocatio. (20.) Provocatio plus ex naturali jure trahit & defenſione nititur, quamvis & modus ejusd. Civilis ſit; Actio perſecutioni inſiſtit, & tan-
3 tùm eſt juris Civilis. (21.) Provocatio * non parit inſtantiam, nec litem propriè pendentem facit; ſed actio. (22.) Conventio ſimplex non eosd. à primâ inſtitutione effectus

habet,

habet, ùt provocatio à parte, quæ ab eô inſtanti ſuô modô habet effectum ſuſpenſivum, indeque (23) niſi intrà decendium interponatur, effectus tales non habet; aliter atque in actione. (24) Attentata etiam parit, ideòque officio judicis plerùmque diſceptatur; actionis inſtitutio moras & circuitus efflagitat. * Et quæ plures adduci poſſent differentiæ: quarum licèt multæ ex eôdem fluant principio, eas tamen ſic diſtinguere placuit, ut eò rectiùs perciperentur, atque ex unâ alterâve eluceſceret: quomodo non ipſa tantùm provocatio, ſed proceſſus ejus & perſecutio, à proceſſu actionis ejusque peragendi modô, fine & effectu diſcerneretur. * Ita licèt ipſa *Proceſſuum Extractio* moderna, *Impetratione Actionis* veteri ſimilis habeatur; Tamen Extractio illa hodiè ad unius ſolùm fit inſtantiam. *v. l. 1. § 2. ff. d. poſtul.* (2) in eâ potiſſimùm formalia & fundatio jurisdictionis expenduntur; (quod quidem & olim quandoque factum eſt. *l. 5. ff. de Judic.*) ſed in Impetratione Actionis merita etiam cauſæ conſiderantur. *v.* Textor. *Diſp. IV. ad Rec. Imp. d. an. 1654. th. 8.* 4 5

§. VII. Commodùm eſt, *ut poſtquam extrajudicialiter à futuro gravamine provocari licere 1

licere admonitum eſt, in ſpecie quoque nunc oſtendatur, *quandonam* à tali gravamine, tum à judice tum à privato quopiam
2 intentato, provocemus? * cùmque in appellatione judiciali ſtrictior ſit gravaminis futuri acceptio, ut ſaltim initium aliquod habere debeat; in extrajudiciali non tantus rigor conſpicitur: verùm ut veroſimiliter quid gravaminis intentari velle mihi conſtet, ſufficit, atque ego de actu in damnum meum faciendo inaudiverim: idque per *c. 51. x. h. & c. 59. x. eod. l. ult. C. quand. prov.*
3 *non eſt nec.* * Maximè quòd in Appellatione judiciali, ſi modò de facto conſtet, tamen ad hoc, ut quis appellet, ſatis ſit, ut quamvis gravatus non ſit, tamen gravatum ſe eſſe o-
4 pinetur. *l. 13. §. 1. ff. d. Appell.* * Velut etiam eum, qui dubitat ſe in poſſeſſione turbari, appellare docent: quidq; ea appellatio provocanti tribuat, Guid. Papæ exponit *d. Ap-*
5 *pellat. n. 41. & 42.* *Licèt etiam generalis appellatio ob quodcunque gravamen, quod aliquando inferri poſſet, in judicio non va-
6 leat, *c. 2. x. d. Appell. j. c. 18. eod.* * Tamen provocatio extrajudicialis à futuro gravamine, ſive judicis ſive partis illud ſit, quamvis generalis, attenditur: eaq; per ſubſecutum deinde gravamen ad ſpeciẽ reduci poteſt, ut appellans

pellans ab initio ſpecialem & juſtam cauſam provocandi habuiſſe cenſeatur. Gylmannus *Tom. 2. p. 2. vot. 48. n. 5. & 6. &* Wurmſer. *Tit. 24. Obſ. 9.* ubi formulam appellationis à gravaminibus in poſſeſſione, præſentibus & futuris, *jx. c. 51. x. b.* exhibet.
* Quid autem, quoad judicem, de fatalibus hoc caſu tenendum ſit? ſuo locô tradetur. 7

§. VIII. Neque verò * ſi à futuro, & pari ratione ſi ab inſtanti gravamine (*vid.* Decius *conſ. CCXIV. n. 2.*) appelletur, ut ſententia vel Decretum judicis præceſſerit, (Gylmann. *Præjud. V. Appellatio Extraj.* §. *Nota.*) opus eſt; * aut ut tum dicamus 2 eam inſtitui poſſe, ſi alia ſententia definitiva non expectetur. Guid. Papæ *Dec. LXXV.* 1
* Sed ſi vel maximè rem in judicium non 3 deduxerimus; Speculat. *Tit. d. Appell. x. n. 10.* aut Partem judicemve Appellatione ad Superiorem abſterritum fore, ut in Judicium ultrà devenire neceſſum non ſit, confidamus. * Imò etiamſi penitùs nil exi- 4 ſtat, præter metum veroſimilem, quô gravatos nos eſſe comprobare poſſimus. Innocent. *in C. 18. pr. d. Appell.* * Idque e- 5 tiam de Jure Civ. obtinere, quamvis fortaſſis citrà textum, voluit Bartolus *in l. ult.*

6 *n. 7. d. Appell. recipiend.* * Et tamen ſi à judice, ùt tali, quis ratione futuri gravaminis appellare velit, ne quid facilè contrà Ordinem inſtantiarum fiat, judicisque authoritas crebris Provocationibus vileſcat, prout & *Principis autboritatem crebris contradictionibus deſtrui Cajus Caſſius* ajebat *ap.* Tacitum XIV. *Annal. c.* XLIII, *n. 2* oportet, ut gravaminis eadem ſit conditio, atque ejus quod, licèt futurum ſit, tamen cœptô jam judiciô ad Appellationem ſufficere docuimus. *conf.* Græveum *ad* Gailium *l. O.*
7 *CXX. Conſid. 1. n. 2.* * Hinc ſi v. c. judex acta ad Collegium jurid. tranſmittat, & ſimul inſerat, quòd judicare illud Collegium debeat: quidnam per injurias judici illatas Pars promerita ſit, non poteſt ab hâc Clau-
8 ſulâ appellari: * quia nondum gravamen illatum, nondum judicatum eſt; & cùm incertum penitùs gravamen futurum ſit: (Quid enim ſi iſtud, quod prætenditur, pro injuriis Collegium non habeat?) ſatis adhuc temporis ad inpoſterum provocandum ſuppe-
9 tat. * Viciſſim tamen, ſi à Judice, ùt Parte, quis ſe gravatum fore arbitretur, gravamine præſenti non opus eſt, ſed idem ac in eâ Provocatione, quæ à arte ſuſcipitur, ſeu à
10 privato, dici debet. * Unde ſi judex extrajudi-

judicialiter futurum gravamen comminatus fuerit, æquè ab eo tanquam judice extrajudicialiter appellabitur. *c.2.x. d.Conjug. ſerv. c. cùm dilecti x. d. dol. & contumac.* Hilliger. *Don. Enucl. XXVIII. c. IV. mm.* * Atque ex eâ ratione gravamen illarum per Secretarium Principis, Parti referentis, ſe metuere, ne Sylvam litigioſam Pars reſtituere teneatur, idque judicis Decretô pronunciatum iri: ſatis idoneum reputatum eſt, à quo provocaretur. * Quamvis enim ſinè Principis juſſu Secretarius illud prodidiſſet, ſicque gravamen jure nullum eſſet; tamen ſufficere exiſtimatum eſt, quòd ex actitatis appareret, Eund. judicem Sylvam, quam tamen Poſſeſſor & Anteceſſores ejus per 60. & ultrà annos poſſederant, ſequeſtrâſſe; nec gravatum, toties ſupplicantem, relaxationem impetrare potuiſſe, ut Appellationi meritò deferendum eſſe viſum ſit.

(margin: 11 at "Hilliger … At-"; 12 at "à quo provocaretur … ſinè")

PARS IV.

DE GRAVAMINIBUS QUÆ IDONEA NON SUNT.

§.I. POſt explicita * utcunque gravamina, ad Appellationem Extrajudi- 1

 cialem

cialem proficientia, reliquum eſt, ut *Concluſiones* nonnullas, *caſus contrarios* com-
2 plectentes, efformemus. * Nam ùt Judicialem Appellationem tunc *frivolam* appellamus, quando gravamen ejus non eſt relevans, nilque ſpecioſi habet, ſed recocta primæ inſtantiæ; aut ut in prima inſtan-
3 tia penitùs nil probatum eſſe appareat. * Ita etiam plura ſunt juſſa Magiſtratuum & Decreta, actùs item alii, tam eorundem, quàm Privatorum, qui primâ facie gravamina ad appellandum idonea ſpondent; ſed tamen ſi rectè expendantur, juſta gravamina non
4 efficiunt. * Quanquam verò prudentis & conſcientiâ valentis judicis circumſpectioni cauſæ & caſus non appellabiles, cùm omnes definiri non poſſint, meliùs ferè relinquantur. Mevius *Part 3. Dec. 3.* Tamen etiam judices informatione indigent, noſque non omnes caſus contrarios in ſuperioribus attigimus.

1 §. II. Videlicet * aut *Gravamen datur* aut *non datur* vel tamen an detur *dubium* eſt. *Dato* quamvis gravamine, Appellatio nihilominus locum non habet, ſi vel gravamen *emendatũ*, vel *revocatum* eſt quod extiterat.
2 * Sic enim ab Arreſto interpoſita Appellatio, poſt relaxationem ejus, non recipitur: * etiam-

* etiamſi quid injuriæ ſubfuiſſe dicat Appellans: cùm quidem ob hanc actione injuriarum uti poſſit. * Vel deinde, ſi *coram inferiori* aut *viâ Ordinariâ emendari* queat. Neque enim Appellatio admittetur, ſi gravamine, coram *Inferiori* Judice non propoſitô, ad ſuperiorem ſtatim fiat tranſitus. * Unde Tertius Decretô immiſſionis gravatus non rectè appellat, eò quòd apertam Nullitatem Decreti apud judicem decernentem deducere, vel interveniendô Decretum excludere debeat: *t. t. C. quand. prov. non eſt nec:* adeoque talis haud dubiè ad inferiorem judicem remittendus eſt. * Deinde viâ *Ordinariâ* ſuppetente nunquam provocari debet: Gravor ego v. c. in juriſdictione meâ per inquiſitionem alterius, veluti Magiſtratûs militaris. Non poſſum neque appellare, neque etiam petere à Superiori, ut illi Magiſtratui inhibeatur, ne in hominem mihi ſubjectum inquirat: * Quia enim illius eſt de competentiâ ſuâ cognoſcere, ideò rectè ad judicium militare me remittit Superior: ut tunc demum ad hunc provocare mihi integrum ſit, quando per Decretum de competentia à Magiſtratu militari gravatus exiſterem. * Eaque obſervatio toties locum habet, quoties inferio-

3 4 5 6 7 8

rem Magiſtratum non deſtinatò aut directò me gravâſſe; aut licèt hoc factum ſit, tamen facilem reparationem, eamque commodam, ap. ipſum conſecuturum me eſſe, appareat.

1 §. III. Ulteriùs * ſi *gravamen dubium* ſit, v. c. ſi ambiguus ſit Decreti intellectus: tum verò ſi Pars ejus declarationem non petierit, ſed tanquam gravata appellaverit, non quidem Proceſſus denegantur; nec decernuntur tamen, priusquam judex inferior, ad requiſitionem judicis ad quem, Decretum, ut in gravamen appellantis vergat,
2 declaraverit. * Denique *certum* eſt, gravamen extrajudiciale *non exiſtere* duplici ratione: quando vel *in re ipsâ vel cauſa* tale quid non deprehenditur, vel etiam *modus* extrajudicialiter procedendi *per ſe iniquus*
3 *non fuit*. * *Prioris* occurrunt ſpecies, ſi vel *ei quod injungitur ſe ſubducere non licet*; vel id ipſum *contrà libertatem civilem non pro-*
4 *cedit*. * Igitur quando ſubducere præcepto judicis ſe non licet, fruſtrà illud per Provocationem ad Superiorem excutere nitimur. Quid enim ſi eos qui aliàs à Vectigalibus immunes ſunt, tamen ad collectas pro fontium, viarum, &c. refectione Magiſtratus adſtringat? Klock. *c.* XII. *d. Contribution. n.* 224.

n. 224. * quanquam ſi idem, uti Magiſtratus Civitatis, hos tales, puta Clericos aut ſimiles alios, qui ei non ſubſunt, pignoret, Mandata contrà illum pignorati rectè impetrent. *v. c. 7. x. d. Immunit. Eccl.* * Sed & 6
Paſtores noſtri, tempore neceſſitatis, von denen Wachten exempti ſunt; à quibus fruſtrà ſe ſubtraherent *Clerici.* Gutier. *L. 3. PP. QQ. 3. n. 4. per c. 2. x. d. Immunit. Eccl. &*
Berlich. *P. 2. Concl. 64. n. 12.* * De Forenſibus 7
v. Gail. *c. x. d. Arreſt. n. 6.* De Advenis
Carpzov. *2. Conſt. 51. def. 4.* * Nemo etiam, 8
qui in *Univerſitate* degit, eximere ſe poteſt ab onere ſeu collecta, quam ſibi ipſi Univerſitas impoſuit, v. c. pro ſalario Medici. Diez. de Mena *Lib. 2. Q. XXI. n. 20. ſeqq. &*
n. 30. ſeqq. * idemq; de illis qui in *Collegio* 9
Opificum ſunt, decidit *in n. 53.* Dummodò ſemel onus ejusmodi introductum, aut ex causâ valdè neceſſariâ adhuc introducendum eſſe, plerisque videatur. * Nam aliàs 10
ſi quid conferendum ſit in Municipio ex causâ, quâ cives ſuperſedere poſſent: uti ad Donativum Principis, ad ludum exhibendum, item cùm hactenùs non magno incommodô aliunde remedia petita fuerint, ad conſtituendum Medicum Municipii: tunc una faba nigra totum actum impedit, nec diſſentiens majoribus votis cedere

tenetur, Eichmann. *d. Jur. Detract.* §. *x. lit.*
11 *b.* *Unde utilis eſt in his caſibus, & imò, ex more plerorumque locorum, neceſſarius conſenſus Superioris. Weſenb. *conſ. 45.*
12 *n. 10. 19.* * Utique ſi communitas aliqua Principi ſubjecta collectam ſibi imponat, *Princeps* pro bonis ibi ſitis, etiam cataſtratis, in partem onerum trahi non poteſt. Natta.
13 *conſ. 555. n. 11. &* Surdus *conſ. 234. n. 25.* * Sed *Nobilis* qui bona exemta non poſſidet, atque Civitatis incola factus eſt, tam jurisdictionem, quàm etiam onera quælibet, quib. jure aut pacto ſingulari exemtus non eſt, pati cogitur. Beſold. *de Ord. Equeſtr. n. 5.* Knipſchild. *Lib. 2. d. Jur. & Priv. Civ. Imp. c.* XXIX. *n. 37. conſ.* Lindenſpür. *ad Jus*
14 *Würtenb. fol. 11. n. 19.* * A *mixtis* tamen *perſonalibus*, quæ abſque omni reſpectu ad bona poſſeſſoris, ſumtibus & detrimentô aliquô adminiſtrantis, expediuntur, ita demum liber erit, ſi perſonæ vexationem in-
15 ferant & illius verecundiam pulſent. * Adeòque ſi in genere, hæc onera mixtim perſonalia, ære redimantur, moderata Nobilibus etiam collecta indicitur; neque ſic tanquam indignè gravari appellare poſſunt. *arg. l. 8. §. 4. d. vacat. mun. v. in ſim.* Zahn. *Ichnogr. Municip. c. 51. n. 10.*

§. IV.

§. IV. *Fruſtrà* * non minùs appellant 1
rtes, ſi Libertati ſuæ præceptum extra-
diciale Magiſtratûs adverſari putent,
iod tamen communi juri conveniens eſt:
luti ſi ſubditos Dominus cogere inſtituit,
unô certô artifice utantur. Nam hoc ab
o fieri nil impedit. Carpzov. *P. 2. Conſt.
V. def. 12.* * Aliter longè ſe habet, ſi Fur- 2
accarii pagani panes ad liberam venunda-
ionem advehere, (nullô in hanc rem exi-
tente ſtatutô vel ſpeciali privilegio,) à Se-
iatu prohibeantur. *Idem* Carpzov. *Lib. 1.
Reſp. Elect. Tit. V. Reſp. XLI.* * Item ſi fre- 3
quentare alia Molendina, ſubditis inter-
dicantur. Quamvis enim ſint, qui Domi-
num Territorii ſubditis ſuis injungere poſ-
ſe ſtatuant, ne ad aliud quàm ſuum Mo-
lendinum eant. *v.* M. Weſenb. *conſ. 69. n.
9.* Franchis. *Dec. 380.* * Contraria tamen 4
ſententia verior eſt. Carpzov. *1. Reſp. Tit.
5. reſp. 43.* H. Piſtor. *Obſ. 200. & ppl. ap.*
Hering. *d. Molend. qu. XI. n. 50.* Indeque
ſubditi à pænâ vel Statuto eò directo ap-
pellare poterunt. *per l. 1. §. ſolent. ff. quand.
app. junct. arg. l. qui ſe gravatos. C. de
Cenſibus.* Cacheran. *Dec. XVII. n. 9.* * Et 5
imò ſi ſolenniter, & in formâ juris, prohibi-
tio illa facta fuerit, adeò appellare gravatos
debere vult Menochius *Conſ. 390.* ut niſi hoc

T 5 fiat,

fiat, prohibitio ejusmodi in rem judicatam
6 tranſeat. *Secùs omni tempore per viam querelæ ſe tuebuntur gravati, *arg. d. l. 5. C. d. Cenſibus. cl. un. §. nolentes. d. Exceſſ. Prælat. l. cùm ſatis. verſ. caveant. C. d. Agric. & cenſ.* vel etiam per exceptionem doli mali: uti hactenùs probandus eſt Surdus *Conſ. 65.*
7 *n. 9.* * Sed & vicini, quorum intereſt, ne ipſis Molitura ſubtrahatur, d.c. actione utili agere poſſunt, ut Dominus Subditos libertati reſtituat, & de non ampliùs turbando cautionem præſtet. *l. 7. l. 12. ſi ſerv. vind.* Menoch. *ret. rem. 3. n. 811.* Rauchbar. *Lib. 1. Qu. 9. n. 14.* Magnif. Dn. Vietor, *Cancell. Waldeccenſ. in Deciſ. 11. Concl.* XXXII. *pag 39.* vide etiam Mandatorum pœnalium exempla *ap.* Th. Merckelbach. *inter conſil.* Klo-
8 ckii, *vol. 1. Conſ. x. n. 841.* * Quòd ſi ſemel prohibitioni Domini acquieverint ſubditi, (quod etiam in aliis ad Libertatem ſpectantibus obtinet,) etiamſi illa extrajudicialis per Reſcriptum aut Edictum fuiſſet: tunc v. non ampliùs appellare potuerunt. Hering. *d. Qu. XI. n. 108. ſeq.* Weſenb. *conſ. 6. n. 29.*
9 * Ut tamen in dubio, & nond enixâ prohibitione, ſi adhuc molendinum aut furnum adierint, non jure ſervitutis, ſed per familiaritatem id feciſſe exiſtimandi ſint; Vivius *Dec. 183.* niſi etiam temporis immemorialitas

tas accedat, quô caſu præſumtio illa ceſſaret. Maſcard. *Concl. MCCXIV. n. 11. ſeqq.* Ant. Faber. *Lib. 3. C. S. Tit. 24. def. 9.* * Molendinum ne extruatur, haud dubiè Dominus Territorii rectè inhibet. Ita in Terris Saxonicis nec Molendinam de novo erigere, nec vetus in aliam formam, puta frumentarium in Olearium, mutare, citrà ſpecialem Principis conceſſionem licet. Richter. *P. 3. Dec. 131.* * Idque non ideò, quòd penes Principes ſit Waſſer und Wind zu erlauben/ ùt vult Gryphiand. *de Inſulis. c. XI. 27.* Modeſt. Piſtor. 1. *c. 19. 13.* Sed ne pluribus Molendinis extructis in Molitura Dominis Molendinorum noceatur, damit durch Verringerung der Mühlgäſte die Mühlen nicht ſtehen bleiben/ und endlich miteinander zu Grund gehen. Ut proinde à tali interdicto quis malè appellaret. * Rectè autem, (ut à Molendinis ad alia tranſeamus,) appellabitur, ſi quem alienare jubeat Magiſtratus aut prohibeat, *l. 14. C. d. contrab. emt. l. 21. C. d. Mand.* ſed tamen, ne re abutatur, præcipere poteſt. *v. l. 15. §. 11. d. petit. hæred. & §. ult. l. d. bis qui ſui vel al. jur.* * Nec ſi Magiſtratus prohibeat emtionem & invectionem cerevisiæ peregrinæ, Dn. Mevius *Lib. 3. ad Jus Lübec. Tit. V. art.* XII. *add. ad n. 2.* Marquard. *Lib.* IV. *d. Jur. Merc. c. 5. &* Dn. Tabor.

10
11
12
13

Tabor. *c. IV. d. I. Cerev. in fin.* rectè appel-
14 laretur. * Uti nec tum, ſi Nobilibus prohi-
beat *cereviſiam* coquere & vendere, qui il-
lud Privilegiô Conſuetudine aut Inveſtitu-
râ non acquiſiverunt. Pfeil. *conſ. 202. n. 34.*
ſeqq. Dn. Tabor. *c. 3.* §. *6. ſeqq. d. Jur. Cere-*
15 *viſ. &* Carp. *2. Conſt. 46. def. 17.* * Et tamen
his non poteſt prohiberi, quò minùs *vi-*
num in propriis fundis natum vendant:
quippe quòd hoc non ſit negotiari. Klock.
c. XII. d. Contrib. n. 265. ſeqq. & Tabor. *d.*
16 *Tr. c. 2.* § *6.* * Interim tamen appellari
poteſt, ſi Magiſtratus pœnam imponat his,
qui potandi causâ extrà ſtatuentis Territo-
rium eunt. Knipſchild. *Lib. 2. d. Jur. &*
Priv. Civ. Imp. c. XIX. n. 66. ſeqq. item ſi
in certâ tantùm cauponâ Cereviſiam eme-
re, aut fruges huic vel illi vendere cives ju-
17 beantur: * niſi etiam hoc poſteriori caſu
incolæ v. c. ipſi frugibus indigeant: ſic
enim rectè illis der Vor-Kauff procuratur.
18 * Quin imò venditio frumenti ſimpliciter
in ſummâ penuriâ prohiberi poteſt. H.
Grotius *Lib. 2. c. 2. n. 19. de I. B. & P. & nos*
amplâ manu in Diſſertatione de MANU
REGIA, Potentiſſimo Nomini Principis ac
19 *Domini noſtri Clementiſſimi inſcriptâ.* *
Poteſt etiam prohiberi, ne vitioſæ merces,
quamvis ad uſum proprium, in urbem adfe-
rantur.

rantur. *l. 34. §. omnium, d. contrahend. empt. & l. in quorum. ff. d. Pignoribus.* * Atque ne 20
mercimonia in locis peregrinis exerceantur. Surd. *conſ. 210. n. 14.* Menoch. *2. Conſ. 155. n. 7.* Nec enim protinùs Commerciorum libertas reſtringitur, quando Mercaturæ certi limites præfiniuntur. Mevius *L. 3. Tit. V. art. 12. n. 1. ſeqq. & in Add. ad n. 4.* * 21
Id quod etiam ad Municipia ſpectat: ceu & ipſa cura rerum venalium. Dinner. *d juſt. rer. pret. Qu 3. n. 3.* Zahn. *Ichnogr. Mun. c. LXXXI.* Chriſtin. *Conſv. Mecbl. Tit. 2. art. 27. n. ult.* * Unde non niſi ab his Dominorum, item Magiſtratuum Decretis, denen Raths-Ordnungen und Anſtalten appellare licet, quæ libertati communi per ſe adverſa ſunt: Cacheranus *Dec. XVII. n. 9.* * Imò ſi vel ma- 22
ximè ei adverſari videantur; tamen ubi inevitabilis neceſſitas, aut utilitas publica, aliter non patitur, appellantes etiam ne ſic quidem audientur. *l. 10. C. d. annon. & tribut.* Roſenthal. *c. V. d. Feud. Concl. 26 n. 5. &* Cancer. *3. Reſol. c. 13. n. 262.* * Quemadmodum 23
& tunc audiendos eſſe nolunt Subditos prohibitioni Domini, v. c. ne ad aliud quàm ſuum molendinum eant, reluctantes, ſi ex merâ æmulatione aut protervià illud facere nolint. *l. 1. §. 12. d. aq. pl. arc. l. 38. § conſtitui-*

24 *ſtituimus. d.R.V. l.3.§.ff. Naut.Caupon.ſtab.** Sed ſatis de Libertate res & negotia contingente. Ad *Perſonas* pertinet *Emigrandi licentia:* quæ tamen ipſa per Statutum, ne emigrare liceat, reſtringi poteſt. Jo. Ant. Bellon. *conſ.5.n.45.ſeqq.* H. Grot. *2.d.J.B.& P.c.V.§.24.* Knipſchild *Lib.11.d.J.Civ.Imp.*
25 *c.XXIX.* Klock. *d.Contrib.c.VII.n.242.* * Statutô autem tali non exiſtente, cuilibet migrare integrum eſt, modô illud tempeſtivè fiat; (ſecus enim Arreſtis nigraturi detinebuntur. Mevius *Lib.1.Jur.Lüb.Tit.2.art.*
26 *2.n.33.ſeqq.& n.77.*) nec gregatim diſcedere velint. Pufendorff. *Diſp.d.Oblig.adv. Patriam.* §. *35.36.* * Utique (diſſentiente quamvis Lehmanno *Lib.3.c.Pac.Rel.c.33.*) emigratio in causâ Pac. Relig. nemini interdici poteſt. R. A. *1555.* §. wo aber Unſer. *&* §. und demnach. *add.* Inſtr Pac. *Art.V.§. 29.33.35.36.* Blum. *Proc. Cam. Tit.* XXVIII. *n.41.ſeqq. item* Tabor *d. Metat.p.143.*

1 §. V. *Modus* * extrajudicialiter procedendi ſæpiùs ita comparatus eſt, ut à procedente absque Citatione Magiſtratu nulla provocandi facultas eſſe debeat: puta quòd *Citatio* vel *conſulta non ſit*, vel *non ne-*
2 *ceſſaria.* * *Non conſulta* eſt, aut citari quem non expedit, cùm res decretâ citatione interim

terim periiſſet, aut integra deſitura fuiſſet. * Ita cùm donatarius inſtrumentô publicô niteretur; & peteretur, ut inauditô Adverſariô, qui per vim ſibi exortam eſſe denotationem, conqueſtus fuerat, inſtrumenta, (ne eadem ſubtraheret. *l. pen. §. ult. ad L. Falcid.*) perquirerentur, & quæ ad donationem pertinerent, ſeponerentur: rectè ei delatum eſt; non feſtinatione judicii, ſed periculi præveniendi causâ, *l. 6. §. quid ſi tamen. ff. d. injuſt. & irr. teſt. l. 13. §. cùm inter. d. damn. infect.* & quò aliàs quoque pendente falſi quæſtione inſtrumento ſtetur. *l. 2. C. ad L. Corn. d. falſ.* * Interim cautum fuit, ut tantùm Regiminis Aſſeſſori, non autem Adverſario inſpiciendorum Inſtrumentorum copia fieret. 3

§. VI. *Non * neceſſaria* deinde eſt citatio, ſi *Pars licèt audita contradicere vel actum impedire non potuiſſet*, (Surd. *conſ. 181. n. 27. & conſ. 227. n. 17.*) ſive de *privatâ* ſive de *publicâ causâ* actum eſſet. *Ita ſi emptor domûs, ſe eam nomine venditoris, donec integrum pretium ſolveretur, poſſeſſurum eſſe conſtituat, datâ ſimul venditori domum apprehendendi & diſtrahendi licentiâ: * Tum vero cùm propriâ authoritate venditor, dummodô emptor non reſiſteret, au- 1 2 3

domus

domus vacua eſſet, penitùs apprehendere eam poſſit & diſtrahere, *l. pen. C. de pignorat.*
4 *act. l. 3. C. d. Pignorib.* * tantò minùs emtor diſtractionem ſub programmate judiciariô, quô omnes quorum intereſt, citantur, peractam, tanquam ſinè præviâ ſui citatione nulliter factam, impugnare, & ad Superio-
5 rem provocare poteſt. * Similiter contrà hæredes, etiam non citatos, eò quòd illis nulla competitura fuerat defenſio, Magiſtratus ex inſtrumento Anteceſſoris, etiamſi Clerici ſint, aliquando executionem decernit; imò ſi eò concepta fuerit Obligatio, eos in carcerem detrudit. *vid.* Salgad. *Dec. LXXIII.*
6 *poſt Labyr. Credit.* * Ad *publicam cauſam* pertinet, ſi Magiſtratus quem inauditum punit,
7 qui notoriæ in ſe injuriæ reus eſt. * Malè tamen Magiſtratus pro notoriâ haberet, de quâ non niſi per Exactoris queralem conſtabat: quippe quòd hic tantùm de officio ſuo, non vero de facto aut delicto alterius,
8 fidem faciat. * Proinde ſi effatô Apparitoris Magiſtratus innixus quem condemnave-
9 rit, rectè hic appellabit. * Quod autem diximus, juſtum ex omiſsâ citatione gravamen non eſſe, ubi citatio non requiritur: illud etiam ad omnia *quæ ex actu illo pendent*, por-
10 rigendum eſt; * v. c. contraxerunt partes

emtio-

emtionem, commiſsâ Arbitris rei æſtimatione. Licèt hìc Arbitri non niſi utrôque præſente eligi poſſint; * pretii tamen declaratio absque citatione Partis, etiam coram Magiſtratu, fieri poteſt: Mareſcott. *Lib. 2. Reſol. c.LXX.n.3.&* Fontanell. *d. Pact. Nupt. Clauſ.v.gl.8.part.9.n.10.ſeqq.* *Adeò ut executio in venditorem juſtè decerni, & imò ut rem tradat, idem etiam per manum militarem cogi poſſit. *d.c.LXX.n.10.ſeq.* * Multi verò casûs etiam alii, in quibus citatio non requiratur, occurrunt: Ita in Salviano Mulier non eſt citanda, etiamſi bona ei pro dote obligata ſint, niſi cùm & ipſa in poſſeſſione eſt. Surdus *Dec. CCLVI.* * Et *in univerſum Citatione non opus eſt* (1) ſi pars altera, quæ Decretum impetravit, invitô & ignorante Adverſariô, actum, ad quem viam ſibi Decretô munivit, explicare, v. c. reditus percipere, feras perſequi. &c. potuiſſet. Ant.Gabriel. *d.Citat.concluſ.1.n.327.* Alexand. *vol.1.conſ.130.* (2) ſi juxta * ea, quæ ex actis aut productis colliguntur, impedire Decretum alteri non licuiſſet: Oldrad. *conſ.XCV.in fin.* Socin. *vol.3.conſ.IV.* *&* Pariſius *vol.IV.Conſ.V.n.107.* * maximè ſi qualis qualis actus judiciarius & cognitio, utut non inter Partes, interveniſſet. Felinus

11 12 13 14 15 16

nus *in c. qualiter & quando n. 1. x. d. Accuſat.* & Gomeſ. *de ſubrogat. litigant. qu. IV. in fin.*
17 * Quoties enim actus invitô præſente explicari poteſt, toties etiam eô abſente & ignorante, adeoque non citato, poteſt perfi-
18 ci. Gail *1. d. P. P. 5. n. 12. 13.* * Adeò ut ſi fortè citatio in actu quodam fiat, qui ſinè eâ explicari poteſt, etiam non expectatô citatô, in causâ procedere liceat; modò non appareat, judicem non aliter, quàm per citationem procedere voluiſſe. Creſcent. *D. XI. d.*
19 *dol. & contum. n. 4. & 5.* * Id quod in cæteris quoque ſpeciebus hîc notatis attenden-
20 dum eſt (3) Citandum * quem eſſe nemo dixerit, quem omninò non poſſidere, aut quid quod ſuâ intererat, prætendere non poſſe, conſtabat. L. Poſthius *d. Manutenend.*
21 *Dec. DXVIII. n. 16.* * ſcilicet ſi à nemine bona poſſidentur, etiamſi ex poſtfacto turbationes metui poſſent, tamen citatio non requi-
22 ritur. Aſinius §. *VIII. Prax. c. V. caſ. 88.* * Idque de hærede poſſeſſionem capturo aſſe-
23 rit Alexander. *vol. 2. Conſ. V. n. 2.* (4) * ſi nil novi attentetur, ſed quis poſſeſſionem continuaturus ſit. Fulgoſ. *conſ.* LXXXIII. *col. 2.* Decius *in c. ex ratione. n. 72. x. d. Appell.*
24 (5) ſi * actus ſit modici præjudicii: Gailius
25 *1. Obſ. CIX.* * & potiſſimùm officiô judicis

expe-

expediatur: Nevizan. *conſ.* LXXX. *n.* 7. idque vel ad petitionem Partis, vel motu propriô. Capyc. *Dec.* XIII. *n.* 1. *&* 2. * Et prius quidem 26
præcipuè, ſi non ad Adverſarium, ſed judicem, qui prohibere turbationes v. gr. debeat, verba ſupplicantis directa ſint. Paſett. *Conſ.* XLII. *n.* 1. * Multô minùs citatione in- 27
digemus, ubi jus Parti ſalvum manet. Romanus *conſ.* LXI. *col.* 1. (6) ubi * quod judex 28
agit, ſolùm ad præparationem pertinet, & proceſſum informativum conficit: item ſi quando probatio ſoli judici concludere debet. Unde ad actum inſpectionis carceris, adverſæ Partis citationem non requirit Gailius 1. *Obſ.* 26. *n.* 9. 10. * Neque in cæ- 29
teris quoque actibus mediô judiciô occurrentibus, quoad hæc talia, quæ tantùm ad informationem judicis recipiuntur, (quamvis eorum non fiat Parti adverſæ communicatio,) illa, ſi quid ad ea decernatur, judici imputare poteſt, qſ. is extrajudicialiter, & quidem cum vitio ſive iniquè proceſſiſſet. * Nam ita in judicio ſummariô probatio- 30
nes à judice, ex officio, ad ſui informationem, rectè recipiuntur, ut copiæ articulorum, aut atteſtationum, Adverſario communicandæ non ſint. *præjud. ap.* Richt. *Dec.* CIV. *n.* 12. *P.* 3. Tantùm quòd hic zum Ge-

gen Beweiß admitti debeat. *n. 13. ibid. conf.* Dn. Mevium *P. 2. Deciſ. CCXXXVII. & ſeq.*
31 * Et hæc adeò vera ſunt, ut nec *Minore* interveniente aliter ſe habeant: quippe adverſus quem indefenſum, non tantùm Decretum ſive interlocutio de immittendo ferri poteſt; *jx.* Bartol. *in l. cum & minores. Oppoſ. 1. C. ſi adv. rem jud. idque per l. apud Julianum.* §. *fin. d. bon. Autb. jud. poſſ. & l. ſi*
32 *minor. eod.* *Sed etiam quodlibet Decretum modici præjudicii; qualia Decreta ſæpè ſunt in ſummariis, & ea, quæ clauſulas juſti-
33 ficantes habent: * adeò ut ne quidem Minorem in poſſeſſorio modici præjudicii reſtituendum eſſe doceant Capycius *Dec. XIII. & LV. &* Berintendis *Dec. LXXIX. n. 8.* (7)
34 *In nullô caſu Citatio eſt neceſſaria, in quo judex à præcepto incipere poteſt: ùt v. c. in Mandato decernendo ad *Autb. Navigia. C. d. Furt.* Ubi etiam teſtes, qui naufragio interfuerunt, recipi poſſunt Parte alterâ non
35 citatâ. Gailius *1. Obſ. XVIII. n. 6.* (8.) * Non etiam, ubi præſentia defectum Citationis ſupplere poteſt: uti quando Decretum adjudicationis præſente Procuratore fertur. *vid.* Murant. *P. VI. Membr. 1. n. 12. &* Vant. *d. Nullit. Quib. mod. ſent. nullit. defend. poſſ.*
36 *n. 116.* * Quid verò, ſi Decretum intimatum fuiſſet,

fuiſſet, poſtquam Mandatum Procuratoris expiravit? Quòd ſi intimatio ex forma Decreti non requiritur, (puta ſi illud abſolutè loquatur,) neque etiam ex diſpoſitione Juris, ùt ſi Procurator illud jam novit: ita verò Intimatio illa, tanquam ſuperflua, nocere intimanti non debet. *l. 28. C. d. Teſtam.* Roman. *conſ. 343. n. 7.* & Barboſ. *Lib.* XVII. *c.* LXXI. *ax. 4.* (9)* Non requiritur 37
Citatio in his, quæ emergunt. Ita commiſsâ causâ ſuper ſpolio cum incidentibus: in causâ Attentatorum, ſinè aliâ Citatione & Commiſſione, procedi poteſt: cùm Attentata ſine cauſa emergens, & de jure non tantùm veniant in prima Commiſſione cauſæ principalis; ſed etiam lis, quoad Attentata, per primam citationem, jam introducta cenſeatur. * Hinc Principalis Pro- 38
curatorem ad emergentia inſtructum mittere tenetur: imò conſtitutus ad cauſam, cenſetur quoque ad emergentia conſtitutus eſſe; etiamſi hæc Judici expreſsè commiſſa non ſint, aut commiſſio per adverſarium impetrata fuerit: Nam Commiſſiones, poſtquam impetratæ ſunt, communes ſunt. Mohedan. *Dec.* IV. *d. Judiciis.*

§. VII. Porrò etiam nulla requiritur un- 1
quam Citatio, ſi Magiſtratui, & quousque

eidem, *extrà ordinem procedendi jus fuerit.*
2 *Ita ſi Magiſtratus à me imploratus pecuniam debitori meo debitam, apud debitorem mei debitoris, arreſtô afficiat, (de quo *vid.* P. Peckium, *c.* IV. *d. j. ſiſtend. n.* XI.)
3 fruſtrà ab illo appellaretur: *Velut etiam à Magiſtratu ex officio, in causâ litigioſæ poſſeſſionis, inhibente. (*v.* Græveum *ad* Gail. *l. Obſ. V.* Et quandoc. Judex ex Of-
4 ficio procedere poteſt. (*Quô caſu aliàs etiam citationem, quamvis à Parte non imploratus, adv. Reum decernit: v. gr. ſi cauſa utilitatem publicam concernat. Gail.
5 *1. Obſ. L. n. 4. ſeqq.*) *Item, ſi ad preces petentis Commiſſionem decreviſſet, dum negandi eam vel ſuſpendendi ratio non appa-
6 reret, non rectè appellaretur. *Quòd ſi enim opponendum quid eſſet, illud poſt Decretum, inter intimationem & executionem interponi debet; ut tamen ſecùs ferat Uſus in Camerâ. Rutger. Ruland. *part.*
7 *1. d. Commiſſ. Lib. 2. c. XV.* *Ad extremum nullâ citatione opus habet Magiſtratus, ſi *retractaturus* ſit illud, *quod factô*, & non jure, *contigerat:* hoc eſt omiſsâ cauſæ cognitione, Manu Regiâ. [Non quatenus ipsô factô idem eſt, quod *viâ ſummariâ;* veluti ſi reſcribatur: de facto procedi debere,

idem

idem eſt, ac procedi debere ſinè ſolennitate civili. Matth. Steph. *d. Art. Jur. c. 1. n. 49. ſeqq.*) * Nam tale quid revocári citrà partis 8
citationem poſſe, ex *l. 1. §. hoc judicium. ff. ſimul. ventr. nom.* colligitur, & jam ſupra indicatum eſt. *vid. etiam* Tiraquell. *in Tr. poſt LL. Connub. verb. contracter. n. 15. ſeq.*
* Igitur ſi Arreſtum extra Proceſſum ſoli- 9
tum, vel injuſtè, decretum Magiſtratus extra Proceſſum relaxat, malè à relaxatione appellatur. Coler. *Part. 1. d. Proceſſ. Execut. c. 2. n. 93. ſeq.* * Similiter ſi ju- 10
dex alicui poſſeſſionem aufert, eô non citato, ſpoliatus à ſuperiori de factô, absque citatione, reſtitui poteſt non ſolùm, ſed etiam debet. Gail *2. Obſ. 76. n. 13. ſeqq.* ubi multa adducit, quibus oſtendat: illud quod judex de facto fecit aut decrevit, etiam de facto eum retractare poſſe. * Et ea ta- 11
men *Regula* tum *fallit*, ſi propter ſcandalum inſtans citatio omiſſa eſſet: veluti ſi judex Tibi non citato præcepiſſet, ut in opere inchoato non procederes, cùm ad arma rem ſpectare cerneret. * Nam ejus- 12
modi præceptum citra Partis impetrantis citationem revocari non poſſet, quia etiam invitâ Parte & non citatâ præcipi potuit: ſicque Magiſtratus illicitè non proceſſit. Felinus *in c. 2. d. Reſcript. & in c. qualiter. n.*

13 *15. x. de Accuſ.* * Imò toties non obtinet dicta regula, quoties absque citatione ejus, qui conqueri ſive mandatum impetrare potuit, vel proceſſit judex vel procedere
14 potuit. Pariſ. *Lib. 3. Conſ.* CVII. *n. 106.* *Neque tamen per Judicem ſolùm illud, quod de facto contigit, emendari poteſt; verùm etiam adv. factum judicis, ut ne dicam Partis, ipſi parti læſæ de facto ſe tueri licet: quò facit die Cöllniſche Wiederlegung der Stadt *Reproteſtation. d. 13. April. 1671.* ibi: daß nemlich allen Obrigkeiten/imò privatis quoque perſonis, was de facto & per notoriam violentiam, ſinè debitâ & juridicâ cognitione, etiam à judice ipſo, beſchicht/mit gleicher Gewalt und reſiſtenß/ oder ſonſt durch andere gebührende Mittel zubehindern/ abzuſchaffen/ zubeſtraffen/ und dergeſtalt poſſeſſionem jurisdictionis, etiam ex intervallo, zu conſerviren/ zugelaſſen ſey.

1 §. VIII. Quid ſi * cùm *initiò ad totam cauſam citatus* quis eſſet, (uti illud regulariter in Cam. neceſſarium eſt. Mynſ. IV. *Obſ. 33.*) tunc autem absque ulteriori citatione adverſus eum feratur ſententia? Appellare ob hoc non poterit: *v.* Khraiſſer. *ad*
2 *O. Bav. Tit. 8. Leg. 7. n. 9. ſeqq.* * Et tamen quando nihilominus, præmiſſâ ejusmodi ad totam

totam cauſam citatione, ad audiendum ſententiam, nova citatio requiratur, juxta Ummium ſuprà adductum, Græveus, *Concl.* CIX. *n.32. ſeq.* * & quòd plures Citationes 3
in cc. purgationum & in materia L. Diffam. neceſſariæ ſint, Gailius 1. *Obſ.* LI. *n. 10. ſeqq.* exponit. * Ita quamvis Citatio ad totam 4
cauſam regulariter ſufficiat, ad tollendam Nullitatem, ex defectu Citationis, in actibus ſequentibus: Ita ut non comparente ad d. Citationem citatô, ad ulteriora, abſque Citatione, procedi queat; maximè ſi citati actum impedire non potuiſſent. Salgado *Dec.* XCV. *n.2. ſeqq. poſt. Labyr. Cred.* * Ta- 5
men in Foro Saxonicô Reus contumax, ad legitima usq; impedimenta condemnatus, ad deducendum ea, ſpecialiter citari debet, priusquam contra ipſum ulteriùs, ad contumaciæ pœnam procedatur. Carpzov. *in l. Conſt.* IX. *def.12. contra* Coler. *Proc. Exec. P. 1. c. 2. n.33.* * Utiq; ſtatutum, quod ſenten- 6
tiam contra eum, qui planè non citatus eſt, firmam eſſe diſponit, non valet: Gail. 1. *Obſ.* 75. *n. 9.* adeò, ut etiam à Principe Pars, ad audiendam ſententiam definitivam, citari debeat: de quo tamen *v.* Gail. *d. l. n. 11. &* Mynſing. VI. *Obſ. 72.* * Et quamvis in noto- 7
riâ Nullitate, principaliter etiam deductâ,

non exigatur in Cam. Litis conteſtatio; tamen & h. c. Pars ad audiendam ſententiam
8 citanda eſt. Gailius 1. *Obſ. 77. n. 1.* * De eo autem conſtat, cùm vel maximè Procurator ap. Acta eſſet, ſi tamen nec is nec Dominus, ad publicationem ſententiæ citati fuerint, quòd tunc decendium in appell. non niſi à die ſcientiæ currat. Carpzov. *l.*
9 *Conſt. 19. def. 14.* * An verò etiam judex, ſi quem ad ſententiam citavit, ſequenti die ſinè aliâ citatione rectè pronunciat; an potiùs hic actus pro extrajudiciali habebitur? Rectè pronunciat, *per c. conſuluit. d. Off. deleg. ubi* Abb. Sed ſi ulteriori die id faciat, licèt ad alterius tempus Citatio indefinitè concepta eſſet; tamen cùm hæc ipſa ſervitutem ſapiat, ſententia taliter lata nulla erit. Abb. *in c. cum dilecti. col. 7. pr. d dol. &*
10 *contum.* * Ad hoc, ut Interlocutio ferri queat, an & quando peculiari citatione opus ſit? *vid. ap.* Gail. 1. *Obſ.* CIX. *&* Gabriel. *Lib. 2. Tit. d. Citatione, Concl. 1. n. 405. ſeqq.*
11 * Ad Laudum v. Arbitratoriis citationem non requiri *d. Obſ. n. fin.* Idem tradit Gai-
12 lius. * Ex quibus utcunque perſpici poteſt, quomodo etiam, ex omiſsâ Citatione ad ſententiam, gravamen extrajudiciale exo-
13 riatur. * Nunc autem ad perſonas in Appellatio-

lationeExtrajudiciali intervenientes transeamus.

CAPUT QUARTUM.

QUIS ADVERSUS QUEM EXTRAJUDICIALITER PROVOCET:

(ſeu de ſubjecto Partium.)

ETiamſi ex præmiſsô Capite magnam partem conſtare poſſit, quibus extrà judicium provocandi facultas tribui debeat. Tamen cùm illa alicubi non tam à causâ efficiente, quàm ſubjecti conditione pendeat; Cujusve autem diſtincta haberi debeat inſpectio, eò quòd ſæpè quem perſonæ reſpectus & conditio arceat, cui ſat gravaminum ſuppetiiſſet: hinc præter ea, quæ de Perſonis in generali doctrinâ Appellationum, (quam quoad licet, hâc Tractatione vitamus:) adduci ſolent, ſummè tantùm neceſſaria & inſtituto apta, ſpatiô decurſuque hujus capitis, exponemus.

§. I. In genere * is appellare poteſt, qui ſe Decretô Judicis vel Actu quolibet *gravatum* eſſe *probabiliter opinatur. l. 13. §. 1. ff. d. Ap-* 1

d. Appell. Benderus *d. Reviſion. Concl.* XXVI.
2 *n. 2. ſeqq.* *Nam & Opinionem Partis toleramus: licèt non tantùm gravamen notoriè ineptum contemnere; *l. 2. C. quand. prov. non eſt nec. c. 61. § porrò. x. d. appell.* Sed & temeritatem coërceri, & vel ſupplicationes, ad impediendum juſtitiæ curſum frivolè interpoſitas, etiam cum pœnâ, rejici oporteat. Mevius *part. 1. Deciſ. Wiſm.*
3 CLXXX. * Porrò etiam Appellationi *Appellatus*, (wann er ſich nicht bedanckt hat. Bocer. Cl. VI. *D. 34. th. 106.*) & vel tota Univerſitas Appellationi, ab unô ex illâ interpoſitæ, adhærere poteſt. Maſuer. *Tit.*
4 *d. Appell.* *Neque tamen niſi in puncto, ob quem provocatum, ſicque non ulteriùs, quàm jurisdictio ſuſpenſa eſt: in reliquis enim appellatus appellatione adverſarii non adjuvatur; nec in gratiam Appellati judex ſuperior ſententiam reformare poteſt: veluti Provocatus, ſi cùm à taxatione domûs quis appellaſſet, quoad taxationem meliorationum appellationi adhæſurus, audiendus eſſe non putabatur. Jo. Sandius *Lib. 1. Deciſ. Frit. Tit.* XIII. *def. 7. conf.*
5 Carpzov. *3. Reſp. Tit.* XI. *reſp.* CIII. * Secùs tamen eſt, ſi & ipſe intrà decendium appellatione adhæſiſſet: Grivell. *Deciſ.* XLVI. & Papon. *Lib.* XIX. *art.* XI. *Tit. d. Appell.*

Carp-

Carpzov. *P. I. Conſt. xix. def. 8.* eamque adhæſionem judici à quo intimâſſet: quod utrumque factum eſſe probare debet. Roman. *conſ. CCXXV. & gloſſ. in c. ut circà. d. Elect. in 6.* * Sic enim uti appellatus quævis etiam 6
capita impugnare non prohibetur: etiamſi appellatum generaliter fuiſſet, *l. ampliorem. C. d. Appell.* Puteus *part. 2. Deciſ. c.* CLXXXIV. Giurb. *Dec. xxx.* (ubi tamen de Reviſione agit,) quamvis etiam appellans deinde certa capita proſequeretur. Rauchbar. *p. 1. Qu. XII. n. 16.* Ita contrariò caſu & niſi intrà decendium adhæſio facta eſſet, ne generalem quidem appellationem Appellato proficere Grivell. & Papon. *dd. ll.* docent. *conf. tamen* Boer. *Deciſ.* LXXIII.

§. II. Deinde * *Unus* etiam *ex pluribus*, qui 1
à Provocatione abſtinent, aut diſſentiunt, appellare poteſt. *t. t. C. ſi unus ex pluribus. c. 27. x. d. Appell.* * Imò ſi vel maximè nullus 2
acquieſcere velit, unius Appellatio pro omnib9 valet; ſi modò unô Decretô in causâ, quæ omnes pariter concernit, gravati ſint: quippe quòd ſententia lata vi ſuâ individua eſſe cenſeatur: *l. 47. ff. famil. erc.* etiam in his qui pro virili; ſed ex communi tamen causâ tenentur. *l. 10. §. 2. junct. §. ult. ff. d. Appell.* Carpzov. *Tit. XVIII. De Proc. Appell.*

3 *Art. 2. §. IX. n. 46.* * Aliàs autem Appellatio unius cæteris prodeſſe non ſolet: veluti ſi judex omnes torquendos eſſe interlocutus fuiſſet: quô caſu quemlibet omninò pro ſe provocare oportet, quia de ſuâ quisque, non
4 de ſocii ſcientiâ interrogandus foret. * Reliqua de *Conſortis* appellatione, & quando ea conſorti proſit, habet J. Georg. Nicolai. *P. 2. d. Proceſſ. c. 1. n. 19.* Sutorius *Tr. d. non evocand. & non app. th. 86. p. 151. ſeqq. Latè* P. Cornel. Brederodius *part. 1. d. Appell. Tit.* XIII. *col. 109. ſeq.* Card. Tuſch. *Concl.* CCCLXIII. & de caſu *Contumaciæ* unius ex conſortibus, Dn. Mevius *2. Deciſ.* CCCXLI.
5 * Illud propriè huc pertinet, ſi unius, cæteris neglectis, citatus fuerit, an tum hic etiam quaſi extrajudicialiter procedatur, appellare poſſit? Quòd ſi cauſa defenſionis communis ſit, *l. in hoc judicio. ff. famil. erc. ubi* Dd. & Cavalcan. *Dec.* CCCCXVI. *n. 2.* item ſi poſſeſſores ſint pro indiviſo, Gabriel. *conſ.*
6 *LVI. n. 18. Lib. 1.* affirmandum eſt. * Et cauſæ quidem *individuitas* ubicunque ſe exſerit, etiamſi tum nullus conſortium appellâſſet, efficere poteſt, ut ſi *minorennis* aliquis ſubfuerit, hic impetratâ reſtitutione in integrum, omnium cauſam redintegrare que-
7 at. * Talis cauſa individua eſt Fideicommiſſum.

miſſum. Carpz. *Tit. XIX. art. 2.* §. *VI. n 33. 37.* Item ſi adv. neglectam Probationem Minor reſtituendus ſit: cùm probatio in jure, ſicq; in individuo conſiſtat. *Ibid. n. 38. & 39. v.* Protribunalia *Penſo XI. de Reſtitut. ex cap. Ætat. Delib. XI.* atque ſi optima quæque de hâc individuitate reperire cupias, Friderum *per tot. c. XVI. de Continent. Cauſar.* * Illud verò *quadriennium* intrà quod reſti- 8
tutio (etiam à Majoribus,) petitur, ab eô tempore computandum eſt, quo de læſione conſtat, v. c. quô deſertam eſſe appellationẽ declaratur: Ut tum abinde reſtitutio adverſus lapſum fatalium v. c. tam apud judicem à quo, quàm ap judicem ad quem, impetrari poſſit; Not. ad Roding. *Lib. 3. Tit. IV. p. 494.* * niſi quòd tunc reſtitutionem coram judice 9
à quo fieri debere velit Rebuffus *Tom. 2. Tit. d. Reſtit. præfat. n. 16. 17.* quando Pars adverſa coram judice ad quem ſe nondum præſentaverit. * Aliter Gailius *1. Obſ. 143.* ubi inter 10
reſtitutionem ad appellandum, & inter reſtitutionem adv. lapſum fatalium, diſtinguit: quaſi hæc non niſi coram judice ad quem peti poſſit. Sed *vide* Maurit. *d. Reſtit. c. 239 &* Mynſing. *IV. Obſ. 17.* * Quòd ſi tamen reſti- 11
tutionem per modum *Exceptionis* opponere liceat, tum verò exceptionem illam perpetuam

petuam eſſe, rectè docet Carpzovius *d. l.*
12 *n.33.37.* * In *Camerâ v.* quoad hanc Reſtitutionem adv. lapſum fatalium & ſim. quoad tempus eam petendi hunc in modum res definita eſt. Deput. Abſch. *d. An. 1600.* §. *93.* Als auch die Reſtitutiones contrà lapſum fatalium, aut alius termini præjudicialis, etwan hiezuvor lang hernach über viel Jahr oder Monat erſt gebeten/ und cognitio darüber angeſtellt / und darinn allerhand Ungleichheit befunden worden/ So haben wir es aus wohlerwogenem Bedencken dahin geſtellt ſein laſſen/ und geſchloſſen/ daß keinem mehr Zeit ad petitionem inſtituendam, als er zuvor re adhuc integra gehabt/ dißfals nachgegeben und zugelaſſen ſeyn ſol-
13 le. * Quâ quidem conſtitutione num etiam *Minorennes* contineantnr, non immeritò dubites.

1 §. III. In *Subditis* *(quorum nomine quinam hîc intelligantur?&,an etiam Leibeigene Wildfänge? *v.* Jon. Euchar. Erhard. *d. Op. Ruſtic. Qu.* XXXVII. *lit. c. p. 592.* Blum. *Proc. Cam. Tit. 34.* §. *80.* & quòd aliàs ex *Titulis* ad ſubjectionem nil inferatur, Teuzel. *d. l. Subject.* §. *110.*) quàm maximè probabilitas a. veriſimilitudo gravaminis exigitur, quando à Magiſtratu ſuo, quod frequenter in hoc pro-

Provocationum genere evenire poteſt, gravatos ſe eſſe prætendunt. * Uti enim hi non 2
protinus à judicio rejiciendi ſunt, & vel mediâ etiam lite durante, illis contrà Dominos Mandata ſinè cl., (faciliùs ubique cum cl. Klock. *d. Contrib. c. 19. n. 301.*) decernuntur. prout nec Litiſpendentia, ne manifeſtæ injuriæ aut ſcandalo reſiſtatur, unquam impedire poteſt. Lancellottus *part. 2. d. Attent. c. IV. limit. XIII.* * Ita niſi ea probabilitas con- 3
feſtim oſtenſa, & à Principe tanquam judice, aut vi Principali, publicò intuitu, illatum gravamen eſſe, demonſtretur, Proceſſus non decerni, (Conc. der C.G.O. *p. 2. Tit. XXXI. §. pen.*) & vel cives, etiamſi de Magiſtratu Mediato (adv. quem ſi jurisdictionem in reſiſtentes habet, non minus hi crimen rebellionis committunt, Brunorus à Sole *in L. C. voc. Rebellio.*) conquerantur, tanquam contrà reverentiam Magiſtratui jurisjurandi religione devotam agentes, maximè ſi civiles inde diſſenſiones oriri poſſent, à judicio removeri ſolent. Ita *in Artic. 3.* Capitul. Leopold. daß ein ſolcher nicht leichtlich gehört/ſondern à limine judicii ab und zu ſchuldiger parition an ſeinen Landsfürſten und Herrn gewieſen werde: * Et profectò ſubditis ejusmodi Appella- 4

tiones plerumque malè cedunt: indeque ſi à Mandatis Domini pœnalibus appellaverint, quia Domino vi Sperioritatis Territorialis Mandata illa defendere, aut ſaltem petitorium cum poſſeſſorio jungere, integrum eſt: (quod ſubditis poſſeſſoribus nunquam non perniciofum exiſtet:) longè pro ſubditis tutius eſt, ut Appellationem in Camerâ vel Aulâ Imperiali interpoſitam non proſequantur; ſed eam, tanquam Provocationem ad cauſam, ipſi Territorii Domino inſinuent, eumque obteſtentur, ut jx. Conſtitutionem der Außträge novem deligat Conſiliarios: vel etiam quam viam aliam ex cæ-
5 teris, quas Ordinatio exhibet, arripiant:* (ut enim præcisè primæ viæ, quâ coram ſuis Conſiliariis convenitur, inhæreant ſubditi, vel etiam privati mediati, Princeps eos, niſi ſe jus illud ex diuturnâ conſuetudine habere probet, cogere non poteſt. Schvvanm. *Obſ.*
6 *XVIII*) * Quô quidem procedendi modô non tam de Domini iniquitate, quod ſatis acerbum eſt, quàm de jure ſubditorum diſceptatur: atque volentem potiùs, quàm invitum Principem, exercebitur cognitio.
7 * Nam & ſi ſpretâ hâc viâ, per menſtruum ſilentium, Princeps ſubmiſſionem ſubditorum eluderet, ad Cameram adhuc procedendum, inque eâ ſubditis ſubſiſtendum

lum foret. * Interim Subditis non tantùm, 8
ſed & quibusve Civibus, à Magiſtratu gravatis, provocandi eſt arbitrium: de quibus diſtinctè videamus. * Et quod quidem *ſubditos Statuum* attinet, illis ad omnes Querelas Proceſſus concedendos non eſſe jam innuimus, & jam olim Statûs in Comitiis Wormatienſibus, *anno 1586.* R. A. §. So ſoll auch zum fünfften & *anno 1654.* facilitatem illam inhibitionum, ſibi quoad Subditos injectarum, deprecati ſunt. * Unde 10
non tantùm *in* R. A. *1654.* §. benebens ſollen *105. & 99.* Sed etiam *Art.* XVIII. *cit.* Capitul. *Invictiſſ. Imp.* Leopoldi, illis uberiùs conſulitur. ibi: „Daß bey Hinterbleibung eingenommener Kundſchafft von „denen beklagten Chur-Fürſten/ *(Sta- 11
tuum tantùm fit mentio, neque eandem rationem habitam eſſe apparet *Nobilium*, & ſimilium *Immediatorum*, licèt *Superioritatem Territorialem* eò ipſo, quòd immediati ſint, rectè habere dicantur, Jo. Frid. von Lendersheim *d. Jur. & Privil. Nob. Lib. & immed.* §. *IX. lit. b.* [ut ea quæ Dn. Lud. Hugo *c. V.* §. *5. & 6. de Statu Reg. Germ.* adfert, veluti: *Non habere Nobiles immediatos Territoria concluſa, & ſi originem Superioritatis Territorialis reſpicias, iſtam ad eos non quadrare.*

drare. Item *debere eſſe juſtam Remp. in quâ illa ſuperioritas exerceatur. Et ſi habeant eam, non habere eos illam ab Imperio, ſed magnam partem à vicinis Principibus*: modum tantùm & conditionem externam Superioritatis auferant Nobilibus; non rem ipſam:] *& in pr. Artic.* XVIII. in alio quo-
„ piam capite Statibus juncti ſint:) Jhnen
„ verſtattet ſeyn ſolle/ ſolchen Mandatis keine
12 „ parition zuleiſten. * Adeò ut non tantùm nunc neceſſitatis ſit illa requiſitio der Bericht-Schreiben (quas Relationes verſchloſſen à ſe fieri poſſe, Statûs deſiderarunt; *in* Monit. comm. ad Cap.Leop. *d. die 17. April. 1658. ad art. 6. n. 4.*) ſecùs atque olim: v. Meichſner. *Tom.* IV. *Dec.* XXVII. *n. 5.* (etiam quando pro ulteriori vel arctiori Mandato ſupplicatur.
13 Roding. *in Not.* III. *Tit.* XIX. *p. 598.*) * Sed nec illa limitatio locum invenire poſſe videatur, quâ antehac fiebat, ut etiam non requiſitis Magiſtratibus protinùs mandari poſſet: veluti ſi narrata veriſimiliter probata eſſent: R. A. *1594.* §. So ſoll auch: non attentâ Notatoris jam citati *traditione, in d. p. 598.* quæ quidem plus Receſſui *d. An. 1654. §. 105. ibi:* nicht leichtlich erkennen;
14 quàm Capitulationi congruit. * Quòd ſi tamen aliud cauſarum genus, quàm nudam *oppreſ-*

oppreſſionem, Querela ſubditorum reſpiciat, ùt ſi Religio periclitetur; Gylmannus *Tom. 1. Symph. P. 1. Tit. 3. vot. 1.* aut ſubditus poſt præſtitam cautionem à Magiſtratu in opere peragendo impediretur. Ruland. *P. 3. de Commiſſ. Lib.* VIII. *c.* V. *n. 3.* Tum certè Proceſſibus cæteris Mandatorum & ſimilium præjudiciùm fieri non debet: ne unquam ſubdito contra Magiſtratum decerni quid poſſe dicamus, niſi Magiſtratuū relatio
deſuper expetita fuerit: * Sic enim ſi Magi- 15
ſtratus ex causâ merè Civili ſubditum carceri includat, factô auf die Vier-Fälle qualificatô, non eſt dubitandum, quin hodienum relatio Magiſtratûs non expectanda ſit. *conf.* Gylm. ſ. *Authorem præjud. Cam. Voc. Mandata ſine* Cl. §. *Aliquando.* Quomodo fortaſſis præjudicia, quorum *d. Notator*
meminit, accipienda ſunt. * Neque etiam 16
neceſſitatem illam expediendi Bericht-Schreiben/extendemus ad caſum, quo contra ſententiam in Camerâ latam adv. ſubditos quid tentatur. Nam & antehac in anno 1609. à Civitate quadam Mandatum S. C. contra Principem, adv. ſententiam & rem judicatam inferioris, nova intentantem, obtentum eſſe teſtatur Schvvanmann.
Obſ. CXXXIV. *n. 17.* * Multòque minùs eam 17

neceſſitatem ad caſum, quô Subditus à ſententiâ Magiſtratûs ſui appellat, porrigere debemus: quippe quòd proceſſus Camerales ſaltim per indirectum Magiſtratum feriant; *v. d.* R. A. 1654. §. 100. præterquam ſi fortaſſis ratione Privilegii Magiſtratûs intereſſe coincideret. *eod. Receſſ.* §. 117.

1 §. III. Sed nec ſi de *Mediati* Magiſtratûs impreſſione ageretur, Civibus ad Regimen ſeu Dicaſterium, die Land-Cantzley / provocantibus, ſtatim Proceſſus decernendi forent: *conf.* Friderum *Lib. 2. d. Mandat. c.* XIII. maximè in his, quæ Magiſtratûs

2 authoritate ſuâ, & jure officii peragunt. * Cunctandum hâc in re Superiori, ſi in morâ non ſit periculum, & an juſta ſit cauſa? an gravis ſit, & quæ tale auxilium promereatur, expendendum eſt: indeque eò reſpicere debet Superior, ut quoad fieri queat, non per ſe, judicem ſuperiorem, ejusque Mandata; ſed potiùs ab ipsô excuſatô Magiſtratu, qui nec contra pacta cum Civibus habita, eorumque jura, gravare eos voluiſſe præſumitur, gravamina emendentur: & tum demum ſuccurratur Civibus, ſi medelam hanc Magiſtratus reſpuat. * Quô ta-

3 men caſu non aliæ, quàm modeſtæ Civium querelæ, in ſuperiori judicio admittendæ ſunt.

t. * Illud tantùm quæritur: an *ſingulis* 4
ribus in eâ ſpecie appellare permittatur;
v. ut univerſi judicium accipiant, neceſ-
um ſit? Si ſingulis iniquô actu vel Sta-
ô gravamen inferatur, unusquisque me-
provocari poterit; ſed de re communi
publicâ non niſi univerſi experientur.
nde, quieſcentibus Tribunis oder dem 5
sſchuß/ denen Sechszehenherrn & ſimi-
is, ſinguli nec adire Superiorem, nec
m, citrà cauſæ cognitionem, & conſen-
omnium, Tribunos, tanquam rem
nmunem ſegniter curantes, (ſi & aliàs
n conſtituendi poteſtatem haberent,)
tare, iisque alios ſubſtituere poſſunt. *l.*
& l. 64. ff. d. Procuratorib.
. IV. *In ſpecie* * ſubditi gravamina à Su- 1
ioribus ſibi illata prætendunt, circa *Col-*
as & *Correctionem.* * Et *Collectas* qui- 2
quod attinet, cùm innata Gentibus
manicis Libertas onera extraordinaria
facilè, abſque aſſenſu vel requiſitione
uum Provincialium, ſibi injici patiatur.
c ubi More illô Regionum, (uti talis
arumq; Germaniæ eſt,) neglectô, Pro-
es Subditis ſuis Collectas imponunt, hi
uperiorem, veluti Cæſarem confugere,
eſuper Querelas inſtituere conſveve-

 runt.

3 runt. * Quanquam enim non ita in pleriſque Principes & Status Imperii, ſtatûs ſuos Provinciales, die Land-Stände/ ut Cæſar Imperii Statûs, in conſilium & conſenſum adhibere teneantur. Lud. Hugo *d. Stat. Region.*
4 *Germ. c.* IV. §. *29.* * Tamen non ſolùm illud fieri ſolet in alienationibus territoriorum, *v.* P. Weſenb. *Conſ. 2.* Sed etiam in aliis magni momenti negotiis, & quibus toti Provinciæ præjudicari poſſet: ceu Sereniſſ. Elect. Brand. Statibus & Ordinibus Marchiæ Provincialibus promiſit: Zudem wollen wir keine wichtige Sachen / daran dem Land-Gedeyen oder Verderben gelegen/ ohne Unſerer gemeinen Land-Stände Vorwiſſen und Raht/ Schlieſſen oder Fürnehmen/ ꝛc. Welches Wir für Uns/ Unſere Erben und Nachkommen/ bey Unſern Fürſtl. Würden bewilliget und zugeſagt/ ꝛc. Idque non æquum tantùm, ſed & utile eſſe oſtendit
5 Franzkius *in Præfat. Reſol. Pract.* * Nonnunquam etiam Statûs, licèt vocati, concluſo tamen cæterorum ſtatuum contradicere audent: Uti Civitates Epiſcopatûs Monaſterienſis aliquando in Conventu Provinciali, ſuffragiis Prælatorum & Equitum, in vectigali Vino & Cereviſiæ imponendo victæ, Mandatum cum Cl., adverſus Epi-

ſcopum,

ſopum, & reliquos Ordines in Camerâ impetrarunt: quô & executio Decreti, in Conſentu Provinciali facti, ſuſpendebatur; donec judicio res terminata eſſet. Etenim Civitates ſibi vectigalia illa ex præſcriptione competere aſſerebant: quòd ſi autem novum vectigal imponeretur, ita fore ajebant, ut vectigalia Earum imminuerentur, ſicque juri eorum quæſito præjudicaretur. * Optimè videlicet Principes ſibi conſulunt, ſi ita 6
habenas Imperii temperent, ut Patres potiùs Provinciarum, quàm Domini eſſe velint: Unde quamvis publico valdè perniciosum, & ſcandalo plenum ſit, quando Subditi tantâ pertinaciâ in cauſam tributorum inquirunt: quod demonſtrat Savedra *en Empreſ. LXVII. p. 665. Con todo eſo* (pergit,) *ſerà prudencia del Principe, procurare con deſtreza, ò diſponer de tal ſuerte ſus animos, que no parezca fuerza: porque no todo lo que ſe puede, ſe a de executar abſolutamente.* Et rurſus: *Si bien no toca a los Particulares el examinar la juſticia de los tributos, y algunas vezes no pueden alcanzar las cauſas de los empleos, ni ſe les pueden comunicar ſin evidente peligro los ſacramentos de Reynar, ſiempre ai cauſas generales, que ſe les puedẽ repreſentar ſin inconveniente, y aunque el echar tributos per-*

teneze al ſupremo domino, a quin aſiſte la razon natural y divina y quando ſon juſtos, y forzoſos, no es meneſter el conſentimiento
7 *de los Vaſallos. &c.* * Idem *in p. 667.* docet, ſi ita Reverſalibus promiſſum, aut conſuetudine vel præſcriptione introductum ſit, ut conſenſum Provincialium Princeps requirere debeat: ita verò Principem, ſi id non faciat, periculo & difficultatibus ſe exponere: cumprimis quòd nunc pleriſque Statibus ſolenne ſit, daß ſie auf kein Ærarium dencken / und alles auf die Unterthanen ſchlagen: (Herden im 3. Theil der Grundsäſte / *c. IX. p. 332. ſeq.*) uti quidem Querelæ ſubditorum habent, quorum pars maxima Principum interiora perſpicere non valet.
8 * Nec quicquam adeò frequens eſt, quàm quòd ſubditi indignentur, daß die Herrn die Reichs-Steuren weit höher von ihnen fordern / dann dieſelbe im Anſchlag ertragen. Sed vide pro Principibus Th. Merckelbach *in Conſil. V. poſt Tr. Klockii de Contribut. Qu. 1.* Unde ut unô ictu tot querelas reſcinderent Statûs, in exigendis Tributis Provincialibus Extraordinariis, in modernis Comitiis, abſolutum imperium à Cæſ. Majeſt. ſibi permitti deſiderarunt: maximè quòd non ubique in Imperio neceſſitas æ-

qua-

ualis, Ordines Provinciales convocandi, ppareat; alicubi etiam rariſſimè illa adhiеatur, indeque æmulatio non una inter os, qui inæquale in ſubditos ſuos arbitrium ıabent, oriri poſſit. * Quamvis autem Ma- 9
oribus in Elect. & Principp. Coll. formu-.a illa permiſſionis placuiſſet, cùm tamen Cæteri cum Civitatibus, Capitulationes cum Provincialibus factas, Privilegia item, ſæpiùs oneroſa, & longâ conſuetudine firmata; tum & ſubditos inauditos jure ſuô privari ſive turbari injuſtum, & flabellum ſeditionis fore, objectarent, res adhuc dum indeciſa remanſit. * Fuêre etiam, qui Vaſal- 10
lorum obſequia, itē luſtrationum, ſuequelæ & ſimilia, quæ rarò aut tardè præſtari ſolent, novâ Lege ad ſtatum cenſum & præſtationem redigenda vellent. * Sed ha- 11
ctenus *in* §. Und gleich wie. R. A. *ann. 1654.* ſubſtitum eſt, & in eo, qui hunc refert, *Art. 3.* Capitul. Leopold. *ibi:* noch zugeben/ daß die Land=Stånde die diſpoſition über die Landſteuren/ deren Empfang/ Ausgab und Rechnungs Receſſirung/ mit Ausſchlieſſung des Lands=Herrn/ privativè vor und an ſich ziehen/ oder in dergleichen und andern Sachen/ ohne der Lands=Fürſten Vorwiſſen und Bewilligung/ Conventen anſtellen und halten/

halten/ oder wieder des jüngſten Reichs-Abſchieds ausdrückliche Verordnung/ ſich des Beytrags/ womit jedes Chur-Fürſten und Stands Landſaſſen und Unterthanen zu Beſatz- und Erhaltung deren einem oder andern Reichs-Stand zugehöriger nöthiger Feſtungen/ Plätz und Guarniſonen/ ꝛc. an Hand
12 zu gehen ſchuldig ſeynd. * Unde ſicut ſubditi ſævè habiti adverſus Dominos ſuos Condictionem ex moribus, ut idem, quod ab Anteceſſoribus ejus factum eſt, & ipſe faciat, *l. 31. §. 20. ff. d. ædil. edict.* aliaque remedia, inſtituere poſſunt: de quibus *v.* Ritter. *d. Homag. c.* IX. *concl. 220. & c.* VII. *concl. 140.*
13 * Et Imperator ex officio ſævitiam illam, abuſum Operarum, & immodicas exactiones, ſub pœnâ Banni aut Amiſſionis jurisdictionis, & Feudi Imperialis, coërcere pot-
14 eſt: Gail. *1. d. P. P. c. 2. n. 22.* * Nunquam verò Principi & Domino ſuo ſubditi violenter reſiſtere debent: de quo eleganter *Vir ex M. Dn.* Schützii *elogio in Concl.* VII. *d. Vicar. doctiſſimus Dn.* Zach. Vietor. *in Tr. de*
15 *Exemption. Concl.* XIV. * Ita quibus Remediis, ſe Domini contrà ſubditos tueantur: (*v. ap.* Th. Michaël. *concl. 149. ſeq. d. Jurisdict.*) & quomodo ſubditos rebelles, (quô quidem nomine non protinus Jura

ſua

ia prætexens univerſitas inurenda eſt, Bruning. *concl.93. de Univerſit.)* item contrà abſentes & contumaces procedant, *ap.* Gailium I. *Obſ.* XVII. *& c. x. d. Arreſt.* * 16
quòdque Subditos ſuos etiam armatâ manu & hoſtiliter invadere & punire poſſit Dominus, nec in eô caſu iſtis Mandata de non offendendo decernantur, Idem *in Lib. 1. d. Pac. Publ. c. 2. n. 18.* oſtendit: eòque Art. VII. *Capitulat. Leopold.* pertinet, *ubi:* zur Empörung durch Ertheilung unzeitiger Proceſſen und Ubereilung nicht Anlaß gegeben werde: Maſſen dann Churf. Fürſten und Ständen zugelaſſen und erlaubt ſeyn ſoll/ ſich nach Verordnung der Reichs-Conſtitutionen bey Jhren hergebrachten und habenden Fürſtln. Juribus ſelbſt und mit Aſſiſtenz der benachbarten Stände wieder ihre Unterthanen zu manuteniren und ſie zum Gehorſam zubringen. Litibus tantùm pendentibus ibi exceptis.

§. V. Quoad * *Correctionem* Superiorum, itidem tam odioſa eſt ſubditorum 1
Appellatio, ut ab eâd. per hos intentata recipi non debeat. *c. 3. x. d. Appell.* * Sunt 2
nempe ùt plurimùm abjectiores, veluti ruſtici, aſtuti & arrogantes, *ùt* Bertrand. *vol. 1. Conſ. p. 2, n. 6.* & Prückm. *Lib. 1. Conſ. L. n. 83.*

n. 83. habet, quique magnâ contrà nitendi
prurigine (ob quam etiam à Synaxi ſacrâ
arceri queant. *v. Append. Conſil. & Reſp.*
Theolog. Dedekenn. *Gerbard. ad vol.2. ſect.*
2. poſt Num. 10. pag. 689. & ſeqq.) ducun-
tur: tantò duriùs coërcendi, quantò ma-
gis eosdem, ſi exceſſum Correctionis aut
incompetentiam corrigentis oſtendere
non poſſint, temerè provocâſſe oſtenditur.
3 * Enimverò jam dictis & ſimilibus caſibus
appellare correctos poſſe, ex ſuprà traditis
planum eſt: inde *Rationem Statûs* illud
Apollinis redolet, quando, *Il ſuddito,* ſcribit,
che non teme, è ſempre inſolente; quando con-
fida, è temerario; quando odia, è ribelle; è ſo-
lamente quando teme, è buono; e non teme, ſe
non oppreſſo: (*à Maſſimino* nella Secretaria,
4 *pag. 259.*) * Nempe illa Ratio, ſi finem aſſe-
quatur, nunquam in mediis ſe peccare pu-
tat: quaſi quod Apulejus *in primâ Apologiâ*
dixit: *nihil quod ferendæ ſalutis gratiâ fit,*
criminoſum cenſeri debeat. v. Macchiavelli-
ſche Staats-Reguln *ap.* Dn. W. I. Schütz *in*
5 *c. 2. Reflex. Polit. p. 61.* §. 2. & §. 3. * Quantò
potiùs reconditum & genuinæ, h. eſt, æter-
naturæ prudentiæ eſt, illud alterum, quod
Cadana habet *nel Prencipe regnante Dilemm.*
VII. pag. 105. Il Prencipe, ait, *che pretende go-*

vernaro

vernare il ſuo ſtato con prudenza: beneficbi i Grandi, ſoſtenti i mezzi, e alimenti i poveri: Porque ſi bien la pobreza, (jx. Savedr. *Embl.* LXVII. *p. 666.)que nacio con noſotros, ò es accidental, bumilla los animos los levanta la violenta y los perſuade a maquinar contra ſu Principe.* Et porrò: *Nunca mas obediente e un Reyno, que quando eſtà rico y abundante. conf.* Dn. Boſium *d. Imper. Turcic.* §. XVII. ubi repræſentat, quousque cives in bene conſtitutâ Republ. diteſcere conſultum ſit. * Veram Rationem ſtatûs *in* Emblematibus Juris Publ. delineavimus: *Tab. 3. Atrii, Embl. 3.* quam ſibi *Richelius* Cardinalis præ oculis habuiſſe videbatur, dum in articulo mortis conſtitutus: *Hic eſt*, ait, *meus Judex*, *(* ſe ad Deum in Sacramento ſibi exhibendum convertens,) *qui citò judicaturus eſt me: Illum ex toto corde oro, ut me condemnet, ſi in uſu & adminiſtratione mei Miniſterii aliud habuerim, aut cogitârim, aut intenderim, quam Bonum Religionis & Statûs.* Vittor Siri *Tom. 2. Lib. IV. pag. 1468.* 6

§. VI. Quod * verò de ſubditis, idem de de Officialibus ſpeciatim valet: qui ſi ratione geſtorum in officio à ſuperiori ùt tali condemnentur, appellare poſſunt. *l. Nulli. C. quor. app. non recip.* * Nullus etiam officia- 1 2

lis

lis, & ne judex quidem, ad hoc ſaltim ut retardetur executio, atq; attentata oriantur, de ſyndicatu condemnatus aut mulctatus, etiam non de jure Can., rectè provocat: *d. l. & l. 3. C. d. Aſſeſſ. junct.* Marant. *P. VI. d. Ap-*
3 *pell. n. 302.* * maximè ſi in delictum publicum reatus incideret, aut Nullitatem officialis prætendere non poſſet. *conf.* Parid. de Puteo *Verb. Appell. n. 16. ſeqq. d. Syndicatu, &* Lancell. *p. 2. d. Attent. appell. pend.*
4 *c. XII. Limit. XX.* * Supplicare tamen non prohibetur. Franc. Vivius *Lib. 1. Comm. Opin. CLXXXI.*

1 §. VII. Quid * de *Bannitis?* Quales num à Camerâ hodiè fieri poſſint? ſunt qui dubitant. Utique privatos à Cam. in Ban-
2 num declarari poſſe, certum eſt. * Repeiuntur etiam ab eâdem declarari quondam in Bannum Statûs Imperii, ùt Egmondus, Sabaudus, Brandenburgicus. Gylmann. *præjud. voc. Bannus.* Sed hodiè quoad Statûs res futuræ deciſioni relicta
3 eſt. R. A. *d. ann. 1654. §. 162.* * Et tamen in caſu reſiſtentiæ Circularis Executionis, ne Proceſsûs inanes forent, poteſtas decernendi Bannum *per* Inſt. Pac. & d. R. A. §. *15.* & §. Ob ſich aber / citrà reſpectum perſonarum Cameræ attributa eſſe videtur. De

Aulà

ulà Cæſareâ alibi vidimus.* Bannitum ita- 4
ıe poſſe appellare, cùm defenſio ei com-
:tat, *c. cùm inter. c. ſignificaverunt. & c. ult.*
d. Except. communiter aſſerunt. * Sed 5
ım cœptam ante Bannum appellationem
·oſequi poteſt? Ita videbatur, ex *l. is qui*
us. §. *f. de publ. jud.* Sed contrarium verius
t: *v.* Mynſing. *3. Cent. Obſ. XXX.* & Gailium
b. 2. d. Pac. publ. c. XII. n. 12. ſeqq. * quan- 6
ıam ſi contrà eum alius appellationem
oſequatur, rectè in judicio conſiſtat:
ıippe quòd judiciũ non ſolùm in invitum
ddatur; ſed etiam per actoris inſtantiam
·i perſona habilis fiat: imò judicii religio
ın admittit, ut actori fortaſſis calumnioſo,
us, quamvis bannitus, quoad actionem
men hanc innoxius, condemnetur. * 7
uæ quidem de provocatione extrajudi-
ıli à judice, qui ùt talis gravat, accipienda
ıt; quamvis ſi Edicto publico bannitus
gravatum exiſtimet, in quo nemo, & ne
è quidem, nominetur, cùm ita defenſio
ıtùm voluntaria futura ſit, atque per
mparitionem bannitus actor fiat, eidem
pellandi facultas concedi non poſſit. * 8
d nec ei à parte, vel à judice, qui eum ùt
:s gravâſſe deprehenditur, provocare
:miſſum erit. * De *Excommunicato* idem 9
Y dicen-

dicendum eſt. Unde licèt talis, ſi attentata poſt judicialem appellationem revocari petat, audiendus ſit, non tamen eum revocationem attentatorum petère poſſe, quæ poſt provocationem extrajudicialem accidunt, notat Vallenſis *in Lib. 2. Decretal. Tit* XXVIII. §. XVI. *n. 4.* ubi & in ea ſpecie, quâ à judice extrà judicium provocatur, exceptionem Excommunicationis nil morari
10 docet. * De eô ex ſuprà dictis conſtat, quòd ab ipsâ Excommunicatione fruſtrà provo-
11 cet excommunicatus: * Tametſi enim provocatio cauſam devolvat ad eum, ad quem provocatum eſt; tamen judicatum per eam non extinguitur, nec excommunicationem
12 ſemel inuſtam elidit Appellatio: * ceù quidem Appellationē per eundem excommunicatum ab aliâ quâdam ſententiâ interpoſitam condemnationis pronunciatum extinguere, docet Cujacius *ad c. cùm inter. x. d.*
13 *Except. & c. 10. 11. & ult. x. eod. Tit.* * Quoad Sexum, veluti Maritus pro Uxore, etiam ſinē cautione & Mandato, in dotalibus & paraphernalibus provocare poteſt: *v.* Gailium *1. Obſ. 133.* tantùm quòd in receptitiis cautionem præſtare teneatur. (Sed. *vid. omnin. Protribunal. Penſ. VII. d. Procurat. Delib. VII.*) Ita uxor, aliquando pro marito appellans admit-

admittitur: puta ſi de Libertate & relaxando captivo ageretur: Gail. *I. O. 133. in fin.* ceu & ipſa mariti abſentiam excuſatura, & contrà lapſum fatalium imploratura, item ſi intrà tempus legale maritus non revertatur, appellationem proſecutura, admitteretur; utcunque aliàs defendere regulariter non poſſit. Mevius *IV. Dec. 329. & 390.*

1 §. VIII. Et ſic * ergò *Perſonæ* conditio impedit, quò minùs appelletur: De *cauſâ* ipsôque Proceſſu quæritur: ſi *Tertium* contingat, ut ejus, ſi non in præſens, ſaltim in futurum intereſſe queat, an efficere poſſit, ut etiam extrajudicialiter gravato appellare liceat? * Videtur, per trad. Surdi *conſ.* CCLXXI. *junct.* Ant. Fabr. *Lib.* VII. *Cod. Tit.* XXIX. *def. 5. & in Tit.* XXV. *def. 2.* ubi tradit, uxorem & liberos debitoris mariti, qui impar ſolvendæ doti eſt, ſi ab initio, dum ille actione perſonali & hypothecariâ conveniretur, juſtam intercedendi cauſam habuiſſent, deinceps quoque, dum in bona mariti metuitur executio, ad appellationem admittendos eſſe. * Imò aliàs etiam in tantum favorabilis eſt Tertii Appellatio, ut aliquando, ubi appellare regulariter non licèt, ùt in Poſſeſſorio, Tertius appellare non prohibeatur. Contard *ad l. un. C. ſi de mom.* 2 3

poſſ. Limit.23. idemque in Proviſionibus ſeu Mandatis, Commiſſionibus, quæ à Principibus, cum cl. appellatione remotâ, emanant, Damhouder *Prax.Civ.c. CCXXXIV. n.7.* & in Judicibus cum h. Cl. conſtitutis, obtineat. Gailius *1. Obſ.LXX. n.12.13. & Obſ. LXXII. n.4. & 9.* ut ab illis Tertius, cujus
4 intereſt, non minùs appellare poſſit. *Enimverò quamvis Sententia vel Decretum contrà non citatos, & ſuper articulo judicatô intereſſe habentes, regulariter in rem judicatam non tranſeat, nec idcircò illis adferat præjudicium. Surdus *Dec. CCLVI. n.4. ſeqq.*
5 Mantica *Dec. LXVI.* *Tamen illud perpetuum non eſt: (utut ſæpius durante etiam causâ, aliter, quàm deinde per Appellationem à Decreto, is in cujus præjudicium cauſa illa agitatur, ſibi conſulere queat: puta per Proteſtationẽ, etiam extrajudicialem.
6 Gailius *1. Obſ. LXX. n.25.ſeq.)* *Sic enim ab *Actu* etiam, inter alios celebratô, Tertius meritò appellat, (uti à tranſactione;) ſi prætendat, factam illam eſſe in ſui circumventionem: quod contingere poteſt, ſi hæres in colluſionem Legatariorum tranſegerit. Idem *d. l. n.14.*
7 * Similiter à Declarationibus Perſonarum, quæ earundem Statum & Conditionem reſpiciunt, Tertius non poteſt ſolùm, ſed & debet appellare:

*Cùm

* Cùm enim perſona ſit individua, ideò v. c. 8
decretum, quô, quem hæredem eſſe cum
beneficio Legis & Inventarii, declaratur, eò
quòd hoc conditionem & qualitatem perſonæ
afficiat, Creditoribus, etiam non auditis,
nec vocatis, præjudicat; niſi per colluſionem,
aut per ſordes, vel gratiam contigiſſe hanc
declarationem probetur. * Et 9
tamen ſi à judice unius territorii quis hæres
talis pronunciatus fuerit, ita v. vix eſt, ut
tunc illud Creditoribus alterius territorii
præjudicet. Anton. Faber. *Lib. VII. Cod. Tit.*
XIX. *def.* XV. *&* *def.* VII. * Imò quòd ſen- 10
tentia ſuper ſtatu perſonæ inter alios lata
aliis præjudicet, illud adeò verum eſt, ut ſi
diſputetur de conditione plurium ſimul, ejusd.
nominis & familiæ, quorum aliqui
ſunt majores & præſentes, alii minores aut
abſentes: etiam Minores indefenſos & abſentes;
modò præſentes nil dolô malô, aut
per colluſionem, fecerint, ſententia feriat.
Idem *d. Lib. VII. Tit. XXV. def. 5.* * Nec tamen 11
ſtatim omne quod perſonale eſt, ad Statum
& conditionem perſonæ talem pertrahi
debet. v. Mohedan. *Dec. VIII. d. ſentent. &*
re jud. * Et ſæpiùs declaratio ſuſcipitur, per 12
quam aliis, non quidem eò quòd ſtatum
perſonæ illa reſpiciat; ſed quòd illa poſt co-

gnitionem inter declaratum & legitimum contradictorem habitam fiat, rectè præjudicetur. *Ita enim, ſi Titius non fuerit ad
13 cauſam citatus, in quâ Sejus declaratus fuit legitimus Creditor, non poteſt efficere Tit. *Res int. al. acta:* ut ſententia Titio non noceat: Siquidem ſententia poſt cauſam, cum legitimo contradictore ſuſceptam, lata, ad quem cauſæ defenſio primò locô pertinebat, etiam non citatis nocet; (quamvis non ad hoc, ut contrà eosdem executioni protinus dari poſſit,) ſaltim in conſequen-
14 tiam. Covarruv. *Pr. Quæſt. XIII. n. 2. 6.* *Ut adeò non vocandi fuerint illi, quos litis defenſio in conſequentiam attingit; ſed nihilominùs eos ſententia teneat. Alexand.
15 *Lib. 2. Conſ. 86. n. 13.* *Hinc etiam ea, quæ contrà inſtitutum fiunt, vel decernuntur, ſubſtituto, & fideicommiſſario præjudicant; Theſſaur. *Lib. IV. Qu. 23.* etiamſi hi ex pacto & providentiâ Majorum ſuccedere potuiſſent: Intrigliol. *d. ſubſtit. Cent. 3. qu. 73. n. 112. ſeqq.* quod tamen Giurba *in Dec. I. 18.* non agnoſcit; quaſi tunc ſolùm illis præjudicetur, ſi non ex propriâ perſonâ, ſed ex jure hæreditario ſuccedere poſſent; quod etiam Menochius docuit. *Conſ.*
16 *1118.* * Sed & quod ſuper Nullitate matrimonii pronunciatum eſt, aliis præjudicat; etiam-

etiamſi cauſam agitari ignoraverint. Cævall. *Qu. 636.* Molin. *d. Primogen. Hiſp. IV. c. 8. n. 3.* ubi: licèt ne quidem per Proclama citati fuerint. * Et nec Reviſio per viam 17
querelæ his permittitur, etiamſi ſe filios dicerent. Marta *Conſ.* LXXXVI. * Quòd ſi 18
tamen in contumaciam Principalis quid actum vel pronunciatum fuiſſet, illud equidem Tertio, quem cauſa per conſequentiam tangit, non noceret, nec ejusdem ſucceſſori: Peregrin. *Art. 53. d. Fideicomm. n. 57.* quippe quòd h. m. ob non jus Principalis ita proceſſum aut pronunciatum eſſe non videatur; niſi etiam principalis ſolùm in audiendâ ſententiâ contumaciam admiſiſſet. Idem *d. l.*

§. IX. Aliàs * autem, veluti Appellatio- 1
nem ab ipſo condemnato interpoſitam Tertius, licèt ipſe non appellâſſet, proſequi poteſt: (jam enim ſuſpenſa eſt ſententia & omnibus aperta via, quibus gravamen illatum eſt. Gail 1. *Obſ.* CXXII. *& Obſ.* LXX.
n. 9.) * Ita vel adhærere poteſt appellationi 2
Principalis pro ſuo intereſſe: quô caſu intrà decendium ejus Appellationem ratihabere debet; *d. Obſ. 4. n. 4.* Vel etiam principaliter intrà decendium appellare: & ſic gravamina, (etiam in judiciali Appellatione,)

nuncupatim exprimere, atque, cur ſuâ intereſſit, allegare tenetur; Gail. *d. l. junct. Obſ.* LXIX. (ut tamen non niſi poſt citatum & auditum Adverſarium probet.)
3 *Secus atq; in cæteris judicialiter appellantibus, ad quorum nuda narrata Proceſsûs Appellatorii decernuntur.
4 * Quòd ſi tamen colluſio Principalis probari poſſit, de quâ exinde gravabitur, quòd ſegniter jura curaverit, non appellando, cùm poſſet & deberet, non ſupplicando, deſerendo &c. *l. ſi ſervus.* §. 1. *d. Leg.* 1. *cum ſimil.* Ita v. ne quidem ſi intrà decendium Tertius non provocaverit, ei ullum exinde metuendum eſt præjudicium. Cancer. *Lib.* 3. *reſol. c.* XVII. *n.* 108. *& per tot. conſ. etiam latè de caſibus, quibus Tertio appellare, vel interpoſitam ab alio Appellationem proſequi licet*, P. C. Brederodium *Part.* 1. *Tit.* XIII. *d. Appell. coll.* 100. *ſeqq.*
5 *Utique Tertius in univerſum non aliter audietur, (quamvis tempeſtivè accedens,) quàm ſi & ipſe, qui principaliter condemnatus eſt, appellare poſſet: Aliter enim v. c. cùm ipſe principalis beneficiorum capax non eſſet, viâ Principali perſonæ præcluſâ, etiam ei præcluſa eadem cenſetur, quia per conſequentiam venit. Giurba *d. Dec.* 1.
6 * Quando autem Tertius ex integro, & non ſolùm

ſolùm in terminis, in quibus nunc cauſa conſiſtit, audiatur: *de eo v.* Merlinum *l. Controv. c.* XXX. * Item quando victoria Tertii pro ſuo intereſſe appellantis victo jam antè Principali proſit, Gail. *d. Obſ.* CXXII. 7

§. X. *Frater* * deinde *pro Fratre*, & quidem pro Eôdem pupillô, rectè provocat, quamvis Tutores non requiſiverit. *l. 3. §. 5. ff. d. Carbon. Ed.* * Sicuti non minùs *Conjuncta perſona* pro conjunctâ; dummodô de rato caveat: licèt ratihabitam eſſe Appellationem intrà decendium non doceatur: Nam etiam præter illam ratihabitionem proſequi appellationem conjunctum poſſe, tradit Mevius *p. V. Deciſ.* LXXVII. * De *Procuratoribus* autem & *Advocatis*, qui nomine ſuorum Principalium appellant, attendi debet, quòd ratificatione eorundem intrà decendium non indigeant; modò ſe legitiment: ad quod quidem ſpeciale mandatum non requiritur. J. G. Nicolai *part. 2. Proc. judic. c. 1. n. 14.* * *Negotiorum geſtor*, cùm provocandô ipſius Principalis cauſam agit, haud dubiè admittetur. *l. 24. pr. ff. d. Appell. & l. 47. pr. ff. d. re jud.* * Ut tamen de rato caveat: quod Jure Canon. & in Foro communi; non etiam, tradente Mevio *I. Deciſ. XCI.* in Tribunali *Wismarienſi*, obtinet: ubi 1 2 3 4 5

Appellatio, nullô requiſitô, aut Mandato,
6 aut Cautione de rato, permiſſa eſt. * Illud etiam non refert, an publicô an privatô nomine alterius interſit, ut pro eo, qui principaliter gravatus eſt, appellet: veluti *Subditis* meis ſi quis alius collectas indicere, eosve ſuæ jurisdictioni ſubjicere nitatur, aut eos in cultura agrorum turbet, ego pro illis, etiam citrà Mandatum eorum, rectè provocare poſſum; Scaccia *d. Appell. qu. V. n. 56. & 57.* Gilhauſ. *Arbor. Jud. Civil. c. VII. p.*
7 *3. n. 16.* * Saltim in proprium intereſſe & commodum meum principaliter concludam. Græven. *Concl.* CXXV. *& Conſid. 1. item Concl.* CXXVI. *junct.* Gail. *c.* VIII. *d.*
8 *Arreſt. n. 3. & 5.* * Idemq; aſſerendum eſt, quamvis ſubditi fortaſſis, cui etiam ſubſint, aut onera præſtent, ſuâ nil intereſſe dicant: aut, quod ma us dubium recipit, Civis, qui ad aliud molendinum ire prohibitus fuerat, ſibi exinde, quòd prohibentis Molendinô utatur, nil damni inferri ajat; indeque Civitate, quam incolit, ei defenſionem pollicente, tamen Decreto prohibentis obſe-
9 qui velit. * Nam & hoc caſu Civitas provocatura audietur: quippe quæ ſatis ſe gravatam dicere poteſt, cùm ſuâ interſit, libertatem Civium ſuorum non imminui, (*v.* Rauchb. *P. 1. Qu. 27. n. 11. ſeqq.* Menoch.

in

in rem. ret. 3. n. 811. ſeqq. Köppen. *l. O. 69. n. 18.*) & unius patientiâ cæteris quoque eandem ſervitutem aliquando non imponi, dum ſuperior ille jus prohibendi ſibi aſſerturus eſſet. * Igitur licèt cauſam ſubditi 10
vel Civis ſui privatam, invitô hôc ipsô vel non mandante, ne ſuperior quidem rectè peragere poſſit; Gail. *l. O.* CXXV. tamen ſuam, id eſt, publicam, ex gravamine Civem immediatè afficiente, ut proſequatur, ratio quoque Officii ejusdem exigit. * Quô 11
deinde caſu, an & Domini Appellatio ſubditis in effectu proſit, h. e. ut attentata contrà ipſos vi illius revocanda ſint? eleganter quæritur. Sicuti cùm ſubditis contrà privilegia de non evocando ad judicium Rotvvilenſe vocatis, Dominus privilegium judicio inſinuaſſet, (ſic enim non per Avocationem, quippe quæ per Superiorem fit, ſed per modum Exceptionis Dominus jurisdictionem ſuam tuetur; Gailius. *l. Obſ. 40. n. 4. & Obſ. 41. n. 7.*) hôc autem ſe competens eſſe pronunciante, Dominus Cameram appellaſſet, quod ſolus ille facere & Inhibitionem impetrare poterat. * Tum 12
ſanè Domini provocationem, in Puncto Attentatorum, ſubditis prodeſſe Gailius *l. Obſ.* CXXVI. rectè docet.

§. XI.

1 §. XI. Quandoque * neceſſitas imminet, quâ requirente gravamen amoliri non poſſunt aliter gravati, præterquam ſi appel-
2 lent. * Nam in univerſum quidem Appellatio extrajudicialis ita ſe habet, ut cùm Gravamen, (niſi ad judicem ſecundæ inſtantiæ reſpicias,) judicatum non pariat: gravato, quamvis non appellet, in tantum non præjudicetur; quin aliâ etiam ratione quoad eundem judicem Gravaminis emendationem deſiderare, illudq; removeri petere poſſit: ut tamen poſt decendium Appellationis beneficiô, ſicque multis emolumentis exinde procedentibus, carere neceſſe habeat: quò & Hiltropfii tradita congruunt, quando *in part.* IV. *Proceſſ. Tit.* VIII. *Licitum eſſe* docet, item *permitti*, ut appelletur à Gravamine Extrajudiciali: idq; ad ſenſum R. A. *d. anno 1594.* §. *93. & 94. & cap. Concertationi. x. d. Appellat. ibi: ſi velit.*
3 * In Muneribus autem publicis peculiare deprehenditur. Nam hæc, ſi modò fine etiam publica ſint, gravatus, niſi ab eorum impoſitione appellaverit, ſubire obſtrictus
4 eſt: * adeò ut etiam Lege excuſati appellare neceſſe habeant. *l. 1. §. 1. ff. d. Vacat. & excuſ. Mun.* Item qui vacationem à Principibus acceperunt, aut Reſcriptum impetrarunt,

trarunt, *l. 7. & 27. C. d. Appell.* atque ſi vel manifeſtas excuſationes habeant, *l. 11. C. eod.* eadem appellandi neceſſitas illis incumbet: in tantum, ut niſi provocent, juri ſuo renunciâſſe, ſuôque conſenſu nominationem confirmâſſe videantur. Brunnemannus *ad d. l. 7. C. eod. Tit.* * Non aliter, ac ſi ab oneribus realibus, veluti collectis, immunitatem quis habet, in Cataſtro autem ſe deſcribi patitur, nec intrà decem dies appellat: à ſcientiâ ejus deſcriptionis, (cùm ante notitiam non citatis illa cnſignatio non præjudicet, *l. 7. Cod. d. Donat.* Pariſ. *vol. 1. conſ. CIV.*) privilegio ſuo & immunitati per hoc renunciâſſe cenſendus eſt. Abbas & Felin. *in c. cùm accepiſſent. n. 28. d. Conſtit.* Menoch. *Lib. VI. de Præſumpt. XLI. n. 4.* Cravetta *conſ. LIX. n. 4.* Klock. *c. XIII. d. Contribut. n. 52. cum pll. allegg.* * Et tamen adhuc talem ſupplicare poſſe, idem Klockius notat, *n. 53. ibid.* * Non obſtante, quòd qui expreſſe vel tacitè appellationi renunciavit, beneficio ſupplicationis uti non poſſe videatur. *v.* Cothm. *vol. IV. conſ. XII. n. 93.* Nam illud falſum eſſe ex *arg. l. un. ff. d. offic. præf. Prætor.* conſtat; & in Camerâ, etiam quoad expreſsè renunciantem, contrarium obſervatur. * None-

5 (beside "Non aliter") · 6 (beside "ſupplicare") · 7 (beside "notat") · 8 (beside "None-")

tiam

tiam quòd ad Remedium Extraordinarium, cùm Ordinarium Appellationis neglectum eſt, confugere non liceat. Reſpondet enim *d.* Author. *in c. XIX. d. Contrib. n. 317.* & nunc Remedium ſupplicationis non ampliùs extraordinarium, & ne in Aulâ quidem Cæſareâ, eſſe novimus.

1 §. XII. Cæterùm * quòd de perſonali Munere dictum eſt, illud Weſenbecius illuſtrat *l. Conſ.* XL. *n. 74.* ubi, ſi nominatus ſe à Principe confirmari ſilentiò promiſerit, poſteà excuſationem ejus non admitti do-
2 cet: * quanquam ſi ſolenni Electionis aut Confirmationis ſervata non fuerint, tempus appellandi etiam poſt confirmationem
3 durare putet. * Quod neſcio num non in gratiam Conſulentis annectatur: cùm fatale interponendæ Appellationis nulla remoretur Nullitas, ad hoc ut Remedio Appellationis poſt decendium quis ob Nulli-
4 tatem frui poſſit. * Quòd ſi tamen Appellatione pendente, quam quis ad Decurionatum accerſitus ritè interpoſuerat, idem ad Duumviratum vocetur: Tum verò manifeſtum eſt, futuræ notioni præjudicium non fieri, ſicque gravato imputari non potuiſſe, ſi à poſteriori nominatione non appellâſſet. *l. 3. C. quand. provoc. non eſt nec.*

Nun-

Nunquid enim Duumvir eſſe poteſt, niſi ex
Decurionibus ſumatur? At v. de hoc, num
Decurio fieri debeat, pendet diſceptatio.
Cujacius *IX. Obſ.35.* * Quæ cùm ita ſe ha- 5
beant regulariter, Veteranis in eo ſpeciale
privilegium comparatum eſſe patet, quòd
ad munera vocati, à quibus vocationem
habent, non niſi velint, appellent; appellare
omninò non cogantur: *l. 9. quando prov.
non eſt nec.* atque ſatis illis fuerit, ſi ſe ex-
cuſent. * Quod quidem quando *idem* We- 6
ſenb. *dict. Conſ. XL. n. 82.* ad eos, quibus Ve-
teranorum jura alia competunt, extendit,
à me aſſenſum ille non impetrat: * ſiqui- 7
dem privatis, & vel ex rationum paritate,
jus privilegiatum extendere permiſſum
non eſt: neque illa quæ παρὰ κάνονας νόμων
recepta ſunt, contra rationem juris ad con-
ſequentiam produci debent: *l. 141. d. Reg.
Jur. j. l. 14. ff. d. LL.* & ex Bartoli doctrina
ad l. omnes ff. d. juſt. & jur. ne Edictum
quidem Principis ex paritate rationis aliò
porrigi debet, quoties caſus ille, in quo
par vel major ratio ſubeſt, jure communi
deciſus reperitur. *conſ.* Merendam *VI. Con-
trov. c. XII. n. XI. & c. XVIII. n. 18.* * Et quis 8
ergò non videt, quàm multi Veteranorum
jura ſibi aſſerant, quorum ſaltim in unô al-
terô-

terôve caſu non eadem eſt ratio. Quid quòd hîc nullus reſpectus, qui aliis unà cum Veteranis communiter intercedat, ſed meræ in hoſce Imperatoris propenſio advertatur, quam ſi quis ſibi rapere velit alius, & ſacrilegum pariter eum exiſtimabimus, & talem, qui gratiæ genium penitùs ignoret, Liberum quippe, & ex nullâ rationis neceſſitate, ſed ex ſpontaneâ & extra ordinem factâ conceſſione probandum.*
9 Minoris, cui ob ætatem ſi provocare omiſerit, ſubveniri poteſt, alia à Veteranis eſt ratio: Nam eô ipsô, quòd, cùm ad munus quoddam vocatur, appellandi neceſſitas ei nullô jure remiſſa ſit, muneri quoque, niſi eidem Magiſtratus ſubveniat, ſupponetur. *v. l. 8. C. d. Appellat.*

1 §. XIII. De * Muneribus cæteris, quæ *emolumento privata* ſunt, jam alibi, quòd illis nulla appellandi ſit neceſſitas, oſtenſum eſt: veluti ſi ad Tutelam quis nominatus
2 fuerit.*Illud ſaltim hoc loco admoneamus, quòd ſi Tutor appellâſſet, atque tempus proſequendæ Appellationis in pubertatem incidiſſet: tamen proſequi Tutor vel eò appellationem teneatur, *l. 15. C. d. Excuſat. Tut.* ut ſi juſtas excuſandi cauſas eum non habuiſſe appareat; periculis tutelæ obnoxius exiſtat.

exiſtat. *l. 22. C. eod. Tit.* * Num g. non idem 3
in Munere Decurionatûs & ſimilibus, quæ
ſine pariter atque authoritate publica ſunt,
reſpondebimus ? Tametſi enim hæres in
publicam functionem nullibi, & nec etiam
in Tutelam, ſuccedat: *l. Tutela. ff. d. Tutel. l.
ſi pater. C. ſi pendent. app.* indeque ſi gravatus
& appellans, provocatione pendente, in
humanis eſſe deſierit, appellatio evaneſcat:
* Tamen ſi quid neglexiſſe arguatur gra- 4
vatus, cùm quidem ipsô jure muneri obnoxius,
nec idoneâ ſe excuſandi causâ inſtructus
eſſet: tum verò non dubitabimus hæredem
ejus, ut appellationem proſequi debeat,
compellere: poſtquam patrimonii
illa eſt præſtatio. *v. arg. l. quanquam. C. d.
excuſ. Tut. l. qui teſtamento. ff. eod. l. utique.
ff. d. rei. vind. l. nominationes. C. d. Appell.
l. utique. C. ne filius pro Patre.*

§. XIV. *Scholares*, * quô nomine non tan- 5
tùm Studioſi, ſed omnes illi veniunt, quos
Auth. Habita. d. t. (*ubi* Richter.) continet,
maximum favorem Imperatoriæ Majeſtatis
experti ſunt: quem ut ne heîc ſilentiô prætereamus,
Decus Rei Literariæ, quô unô clareſcit
Reſpublica, atq; ſimul gratitudinis imperat
obligatio, quam non alii magis, quàm
Literati, in Benefactores ſuos oſtendere ſo-

Z lent.

2 lent. * Sequitur videlicet Principũ favorem Cultura artium, & innixæ Magnis his Arboribus hederæ iſtæ creſcunt feliciter, atque in
3 altum ſeſe attollunt. * Non ipſæ ejus unquam ſunt ingenii ut quibus innituntur fulcris, iisdem officiant: quin imò vigorem illis addunt & immortalitatem conciliant. Joachimus Paſtorius *in Theodoſ. Magn. c. XXIX.*
4 *pag. 237.* * Profectò ſi nullibi extrajudicialis in Juſtinianeo jure Appellationis extaret veſtigium, citata jam *Authentica* in integrô & exuberanti hominum eximiorum in Republ. Ordine, celebritatem ei remedio ad-
5 ferre poſſet: * Cùm enim Imperator d. tx. Scholares ab omni injuriâ defenſurum ſe eſſe polliceatur: rectè non tantùm Joh. Andr. *in Addit. ad* Speculator. *Lib. 2. Inſtit. III. Tit. d. Execut. ſentent.* quòd ab omni Interlocutoriâ; ſed & Petr. Gregor. Tholoſan. *Lib. 2. de Appell. c. 3. n. 6. cum Dd. Comm.* docet, quòd nulla non Studioſorum aliorumque, Scholaris nomine venientium,
6 Appellatio recipienda ſit. * Quod privilegium, cùm tanquam incluſum Corpori juris, prohibitione generali, præprimis Conſuetudinariâ, tolli non potuerit: adhuc dum Scholaribus, in causâ etiam Criminali, competere putandum eſt: poſtquam abinde

de uſus, eumve inſecuta Cameræ Ordinatio, Appellationes per Germaniam vel maximè non admittit. *vid.* Matth. Stephani *Lib. 3. d. Juriſd. part. 2. c. VII. n. 65.* *Quantò 7
igitur quilibet judex Imperatoriæ Majeſtati accedit propiùs, tantò benigniùs, niſi quid aliud impediat, Scholarium Provocationes, etiam extrajudicialiter, à quocunque gravamine, recipiat: *Illis tantùm à 8
favore eô excluſis, qui munera Studioſorum non exequuntur, (*vid. c. ſi cupis eſſe quod diceris. 5. Cauſ. XVI. qu. 1.* Gail. *2. Obſ. 118. n. 8. ſeqq. & d. Arreſt. c. X. n. 10.*) illisque Clericis exiſtunt ſimiles, qui ex ſolâ Eccleſiaſticarum rerum conſumptione clerici eſſe noſcitabantur: nomen quidem Clericorum habentes; ſed rem ipſam non explentes. *l. 42. §. 10. C. d. Epiſc. & Cler. j. c. 14. x. d. vit. & honeſt. Cleric.* *Quanquam aliàs, licèt 9
ejusmodi Studioſus Nominalis Studioſorum privilegiis malè vivendô excidat; eum tamen per hoc jurisdictioni Rectoris ſe ſubtrahere non poſſe, cenſendum ſit: quod rectê etiam docet Hermes *c. XXXIII. Faſc. Jur. publ. n. 179.*

§ XV. De Appellantibus * ex inſtituto 1
ſatis. Quid de *Appellatis?* quos ita vocant Canoniſtæ, cumque illis alii: *v.* Bocer. *cl. V.*

2 *Diſp. 23. th. 59.* *Rectiùs Adverſarii, *l. 3. pr. l. f. §. f. ff. d. Appell.* quos tamen, cùm judicia vocabulis quoq; imperent, Appellatos æquè dicamus, atque denunciatus ille dicitur, cui
3 fit denunciatio, *l. venditor. ff. d. judic.* * Nec minus rectè appellatus eô ſenſu effertur, quô noſtratibus appellari dicitur, qui judiciô convenitur, *l. 29. d. judic. Auth. & conſequenter. C. d. ſent. & intorl. l. 16. ff. d. fidejuſſ. & l. 1. ff. ex quib. cc. maj. Senec. L. V. d. benef. 1.* isque qui extrajudicialiter interpellatur, etiam appellatus eſt: ceu quidem aliô ſenſu appellari dicitur, qui auxilii causâ imploratur. Turnebus XVIII. *Adverſar. c.* XXII. quâ ratione judicem appellatum *cum* Modeſtino *l. 1 d. Appell.* dicimus.

1 §. XVI. Rem * quod concernit, appellatus ex cæteris, quæ tradidimus, facilè patescit, idque inter alia tanquam ſingulare, & quod in judiciali provocatione non obtineat, ſuprà jam notatum eſt, quòd Appellatio Extrajudicialis *generaliter* etiam, & contrà quoscunque, à quâcunque turbatione, procedat. *add.* Carocc. *de Remed. contr. Sentent. præjud. Except. XXIV. n. 222.*
2 * Tantùm hîc quoque notemus, ſi par vel Superior ſubdito prohibeat, ne ſubſidiariè citatus compareret, Superior implorari vel

Reus

Reus per Edictum citari poſſit, Coler. *P.3. Proc. Exec. c. 7. n.36. inf.* Et cumprimis de *Vagabundo*, aut eô qui evaſit, ſo flüchtig worden/ quòd ejus conditio efficiat, ut in ſupremô omniũ judicio eum adoriri liceat: ceu in arduâ quâd. causâ anno 1667. *Citationem Edictalem*, quæ tamen difficulter concedi ſolet; (Süttinger. *Obſ.* VIII. *n.3. &* Kraiſſer. *Tit. 11. ad O. Bav. Leg. 3. n. 17.*) in Judicio Imperiali Aulico, in ampliſſimâ formâ obtinui: * quamvis loca ubi affigi deberet, non aſſignâſſem: ùt quidem Gail. *l. Obſ.* LVII. *n. 10.* ſuggerebat: Nam illud tantùm *in Camerâ* requiritur; * ita tamen, ut ibi quoq; dreyer Herrn Lande præcisè deſignari neceſſe non ſit: ceu in unius Seren. & Pot. Electoris Brandenburg. territorio affigenda Citatio *5. Maji 1659.* decreta eſt; ſaltim ut tria loca in ſupplicâ deſignentur, ne citatio, eô neglectô, prout *in c.* Mecklnn. *contrà* Diepholtiſche *Creditores 5. Jul. 1657.* factum eſt, denegetur. * Equidem jure communi in unô etiam loco Edictum citatorium affigi ſufficit; Tiber. Decianus, *vol. 1. Conſ.* XVIII. *n. 171.* Surdus *conſ.* CLXXXI. *n. 34.* niſi Imperator vel Princeps illud in pluribus fieri expreſsè mandaſſet. * Atque in concurſu Creditorum in pluribus locis

3 4 5 6

affigi citatio non ſolet. Ubi etiam hoc notandum eſt, quòd Citatio Edictalis in concurſu, Creditoribus, qui certi ſunt, non præjudicet, Ant. Fab. *Lib.* VII. *Tit.* 32. *Cod. def.* 14. quippe quòd hi nominatim citandi ſint. Fontanell. *d. pact. Nupt. clauſ.* 1. *gl.* 6. *n.* 42. *ſeqq. part.* 8. *tom.* 2. & Surdus 2. *conſil.* 173.
7 *n.* 97. & *conſ.* 181. *n.* 2. * *conf.* Romanum *conſ.* CCCLXVII. *item* Seb. Khraiſſer. *d. Tit.* 2. *Leg. III. n.* 11. *ſeqq.* & *Leg. IV. n.* 7. apud quos plura de Edictali hâc citatione
8 reperies * Unicum tantùm ſubnectamus, quòd licèt in Superiori judiciô citatus compareat, ſed domicilium ſe alicubi habere prætendat; niſi etiam de ibidem reſpondendo idoneè ſatisdare velit & poſſit, (Felinus *ad c. ult. n.* 8. *x. d. for. comp.* & Zanger. *part.* 2. *d. Except. c.* 1. *n.* 100.) tamen
9 non audiendus ſit. * Interim, uti quilibet pro eo *defendendo* intervenire poteſt, ad cujus dedecus aliquid ſub lite fit & intenditur: ita etiam in hâc ſpecie, quando quis edictaliter, tanquam Fugitivus, citatus eſt, (*L.* 1. *d. Obſeq. par. præſt.*) maximè ſi citatus perſona conjuncta fuerit, idem admitti debet. Mevius IV. *Dec.* CCCLXI.

CAPUT

CAPUT QUINTUM.

QUIS A QUO PROVOCETUR:

(ſeu de Subjecto Judicum:)

SI ea quæ cum Judiciali Appellatione Extrajudicialis noſtra, in hôc quoque Articulo, communia habet, commemorare vellemus, non Lectoris ſolùm patientiâ, quam ardenter exoſculamur; ſed tempore noſtrò abuteremur: quod nobis unicè pretioſum habetur, illudque in oculis & mente eſt, quod Franciſcus Ambroſius *in Libr. de Symbolis*, (ſic appellat,) *Heroicis*, Romæ in teniis ædium *Cardani*, uncialibus literis expreſſum ſe legiſſe refert: *Tempus mea poſſeſſio.* Igitur ne ea quidem, quæ induſtriâ Legentis ad analogiam cæterorum, quæ heic commentamur, exarari poſſunt, chartis illinemus.

SECTIO I.

A QUONAM PROVOCETUR?

§. I. QUid enim * opus eſt, ut cùm de Provocatione, quæ *à Parte* fit, agimus, quòd, ne *à Subdito* provocetur, idem

præſcriptione is acquirere non poſſit, (Hug. Grotius *Lib. 2. d. I. B. & P. cap.* IV. *n.* 13.) admoneamus: nam in eâ quidem obſervatione Magiſtratûs ratio involvitur, &
2 hinc aliena eſt: * Niſi quòd à ſubdito, qui *Magiſtratum* tenet, & qui tanquam Judex gravat, ne appellari poſſit, præſcriptione
3 acquiri non poſſe videatur. * Verùm nec hoc abſolutè aſſeri debet. Prout enim aliàs *communicari* Subditis privilegiô poſſunt, aut conventione, *Jura Majeſtatis*; ità etiam jus de non provocando illis cedere poſſe nil prohibet: eaque de non appellando privilegia non tam Jurisdictionem Imperatoris, quam appellandi licentiam, conſtringunt. Lampad. *P. 3. de Rep. Rom. Germ. c.* XVI. *n.* 29. Nempe, ut de ea communicatione fluctûs, quos Politici, plerumque Jurium non adeò gnari, è longinquo horrent, penitùs componamus, ita habendum
4 eſt: * Communicatur aliquid vel ut *communicans* id nihilominùs *retineat*; vel ſecùs, *illud* fit per *Uſurpationem*: quâ ratione exercitium Majeſtatis communicari poteſt, ut vel iterum exercitium penes communicantem non ſit ampliùs (ſufficit enim in *actu ſignatô* adhuc penes eum eſſe, ut ſi è Bibliothecâ meâ librum alii communi-

cem;)

cem;) vel ut cum actu ſignato etiam *exercitium* penes communicantem maneat: ùt ſi jus monetæ alii concedatur: quâ ratione exercitium vel ita communicatur, ut jus, v. gr. nobilitandi, alter *ſuô nomine* exerceat: vel ut exerceat nomine *concedentis:* quod *delegari* rectiùs dicitur. v. c. jus cognoſcendi de Feudis regalibus, jus legitimandi per Reſcriptum Principis. Nullâ habitâ hactenus inter Regalia majora & minora, ſive Jura Majeſt., diſtinctione. Nam & jus de non provocando & Leges ferendi poteſtas: hæc omnib., illud plurib. Statibus communicata ſunt: ut iisd. in ſuis utantur territoriis. * Quòd ſi *in communicante nil* 5
penitùs *remanet*, communicatio fit vel per *diviſionem* (item appropriationem,) ùt ſi vinum meum tecum communicem; vel per *traductionem*, ùt quando de ſuâ formâ & materiâ quis in generatione quid communicat. *Illô* modô penitùs apud communicantem quid non remanet, vel ſaltim non quoad illam partem. *Hîc* autem quoad partem, quæ communicatur, etiam quid penes concedentem remanet. Neutrô tamen modô jura Majeſtatis communicari poſſunt: quia communicatio illa eſt per *tranſlationem*, & cum abdicatione con-

6 juncta. * Eſt & alius *æquivocus* ap. Philoſophos communicandi modus, quando quis quid concedit, quod ante communicationem ipſe non habet, ceu in generatione æquivocâ tale quid accidit. Verùm ille h. non pertinet. Aliàs etiam talis *per efficientiam*, per productionem, appellatur.

1 §. II. Jam * ùt nonnulli Principes ac Statûs Imperii *Privilegia de non appellando* in totum vel in tantum habeant, illæsâ nihilominus Majeſtate Cæſareâ, rectiùs patebit. * Et quidem jam olim ex *Aur. Bull.* Privilegium ejusmodi *Electores* obtinuerunt, utut præter *Saxonem* & *Brandenburgicum* reliquos illud per *non uſum* amiſiſſe, verius eſſe videatur, cùm non tantùm hi Privilegiis ad certas ſummas poſt tempora A. Bullæ ſi-
2 bi conceſſis diu uſi fuerint; ſed * Ferdinandus III. demum *Moguntino* & *Palatino* indefinita de non appell. Privilegia ſ. conceſſerit ſeu reſtaurârit. A quo etiam Imperatore Privilegium, quod nunc uſu obſervat, *Bavarus* adeptus eſt; ſed *Colonienſis* ultrà 1000. aur. hodienum Appellationem (*jx.*
3 Notat. Roding. *l. T. 20. p. 275.*) admittit. * Facit eò §. 115. R. A. *d. ann. 1654.* ibi: Und ſteht dieſem nechſt fünfftens bey des Heil. Reichs Chur-Fürſten uñ Ständen ſamt und ſonders/ über ihre auf eine gewiſſe Summa

haben=

habende und hergebrachte privilegia de non appellando, (deren fernere Erhöhung bey Uns/ als Römiſchem Käyſer/ (von dem dieſe und andere dergleichen Begnadigungen herrühren/) in ſo weit gebührend anzuhalten/ und nach geſtaltſam der Sachen Umſtänden/ unſerer Reſolution und Verordnung darüber zu erwarten. * *Saxonicum* verò 4
Privilegium vel in eo cætera antecellit, quòd etiam in Terris, ubi *Jus commune* obſervatur, & quidem ipſi etiam Duces Saxonici, eôdem fruantur; Zinzerling. *d. Appell. Concl. 70.* Quale quid Marchionibus Brandenburgicis conceſſum non eſt. Idem *Concl. 72.* * Similiter quòd etiam *Forenſibus* 5
in Terris Familiæ Sax., novô Ferdin. I. Imp. privilegiô, appellandi facultas ademta ſit. *v. tenorem Privil.* Fibigii *ſemidecadib. annex. p. 258.* * In modernis tamen Comi- 6
tiis Seren. Saxoniæ Elector Cameram Imperialem de turbato privilegio & Juris Ordine incuſavit, quòd ei nuper in causâ Baronis à Burgersrod contraventum fuerit. Nec minùs querelam, utut non omninò ſimilem, Electoris Brandeb. contrà Judicium Aulicum in p. Competentiæ audivimus.
* Poſt Electores deinde Privilegiô de non 7
appellando gaudent aliqui *Principes Imperii*

8 *rii*, quos inter * radiant *Sereniſſimi Haſſiæ Landgravii*, quorum ut tota cura olim fuerat Juſtitiæ, (unde des Reichs Erb-Schultheiſſen dictos fuiſſe, Sprengerus obſervat *in*
9 *Lucern. Stat. Imper. p. 149.* * ita pretioſiſſimum ſummi & in-appellabilis judicii *Reviſorii* Privilegium *à glorioſiſſ. Record. Imperatoribus*, Ferdinand. II. *an. 1613. d. 9. Sept.* & Maximiliano II. *ſub dato 19. Septembr. 1631.* Seren. Principes *Haſſo-Darmſtadini*
10 primùm impetraverunt: * indeq; dubium in Cam. quoad Subditos *Caſſelanos* ortum fuiſſe, ex *ſeq. præjudicio* apparet: *in c.* H. R. *contr.* Iſt ſein Begehren/ der non devolution und deſertion halben / abgeſchlagen/ꝛc. Würde derſelbe/daß das vom Fürſtlichen Hauß-Heſſen-Darmſtatt erhaltenes/ und Anno 1632. an dieſem K. C. G. inſinuirtes Privilegium, bey dem Fürſtlichen Heßiſchen Sambt-Hoff-Gericht zu Marpurg / zur Zeit daſelbſt ergangener Urtheil/ ohne Unterſchied der Partheyen / und ſonderlich in denen zwiſchen Heſſen Caſſeliſchen Unterthanen vorgegangenen Appellationen/ in viridi obſervantia geweſen und noch ſeye/ erweiſen/ daß ſolches gehört wer-
11 den / ꝛc. * Adeòque vi illius Privilegii à
„ à cauſis, ſo vom Hoff-Gericht ans Revi-
„ ſion oder Appellation-Gericht gebracht/

und

Digitized by Google

„ und die Appellation daſelbſt erörtert were/ „ non appellatur; doch allein im fall beide „ theile in ſolch judicium Reviſorium con- „ ſentiert hätten/ ſub pœna 1000. Marcar. Auri puri. * Qui *conſenſus* utriusque partis quomodo intelligendus ſit, ex ſimili reſtri- ctione, quam *Privilegium quoddam Reip. Argentoratenſis apud* Limnæum habet, *in Tom. IV. Jur. Publ. ad cap. d. Argentor. p. 148.* videtur poſſe colligi. 11

§. II. Velut autem * ab ipſorum Princi- pum Sereniſſimorum *Dicaſteriis* nunc qui- dem *ad judicium Aulicum*, (ne inſtantiæ præter neceſſitatem cumularentur,) pro- vocare non licet; Verùm ad Aulam, & ipſos adeò Sereniſſimos; non minùs, ac il- lud ſi à Conſiſtorio cujusque appellaretur fieri debet, (*v. latè* Dn. Mevium *in P. IV. Deciſ. 1.*) tranſeundum eſt: (* Nam ab in- ferioribus Judiciis, quia in illis ceſſat jam modò præbita ratio, ad Judicium Aulicum utique appellari poteſt; uti ex mutua *SSe- renn. Dom. Haſſ. Declaratione* im Sambt Hofgerichts Viſitations Abſchied/ *d. dat.* Marpurg. den 5. Maji/ 1668. colligitur: Daß in Appellations-Sachen von denen Untergerichten und Beambten/ an das Hofgericht gehend/ bey denen Cantzleyen/ 1 2

die

die gütliche Verhören / zuforderſt vorgenommen / falls aber die Güte nichts verfangen wolte / und die Sache ſo gethan / daß ſie durch einen Ambtsbeſcheid daſelbſt in continenti nicht erörtert werden mögen / ſie alsdann erſt an das Hofgericht zur Außführung verwieſen / und von dieſem ehender nicht angenommen werden ſolle / Es habe dann Pars Appellans von derjenigen Cantzley / unter deren Jurisdiction das Ambt oder Untergericht gehörig / vorhero einen beglaubten Schein verſuchter / aber entſtan-
3 dener Güte eingebracht.) * Ita ſi in *primâ* judicii Aulici *inſtantiâ* quis gravatus ſit, vel ad *Reviſorium*, quod tum juxta d. Privilegium Cæſareum inappellabile eſt; vel etiam *ad Cameram* ſ. *Aulam Imperialem*, quamvis non aliter, dann ſo fern dem Käyſ. Privilegio denen Herren Landgrafen zu Heſſen ertheilt / ein völlig genügen geſchähe / pro-
4 vocare poteſt. * Indeque apparet, quòd judicia Aulica, die Hofgerichte / Ordinariam jurisdictionem; Cancellariæ plerumque ſolùm delegatam, & hanc quidem etiam ſuo ſenſu, (quatenùs delegata non eandem notat quæ Principis eſt,) habeant: niſi quòd tum quoque judicia Aulica ſolùm habeant delegatam: ſi quando aliter, quàm per modum

dum conventionis cum Statibus Provincialibus, erecta ſint. *jx.* Berlich. *1.Concl.VI.*

§. IV. Ad judicium * verò noſtrum Aulicum Civilia tantùm pertinent, nec etiam quilibet ibidem in prima inſtantia conveniri poteſt. Id quod exemplo aliorum Judiciorum Aulicorum ita conſtitutum eſt. * Sic enim in der Chur-Sächſ. Ober-Hofger. Ordn. Tit. Wer vor das Ober-Hofgericht mag geladen werden: Bürger und Bauer ſoll vor ſeinem Ambtmann und Gericht zu recht ſtehen/ niſi illi denegata fuerit Juſtitia, das ſoll er zuvor vor dem Gerichts-Schreiber eidlich erhalten oder gnüglich beweiſen/ daß ihme durch den Ambtmann oder Richter/ unter dem derſelbige/ den er fürzuladen laſſen gemeint/ geſeſſen/ Rechts geweigert oder gefährlich verzogen. * Ubi tamen cautela ad ſubterfugiendum hoc juramentum datur, ut actor Magiſtratum ipſum denegantem vel protrahentem juſtitiam, in Curia conveniat, & ſimul contrà Adverſarium ſuum Ambtſaſſium agat. Berlich. *1. Concl. 3. n. 9.* * Explicatiùs das Concept der N. Hofgerichts Ordn. in noſtro Principatu *Haſſiaco*, cujus *Text.* integrum exhibebimus. *Tit. VIII. pr.* ibi: Daß alle unſre Prälaten/ äuſſer unſern beyden Univerſitäten/ Mar-

purg

Margin: 1 (beside "Ad judicium"), 2 (beside "Sic"), 3 (beside "Ubi tamen"), 4 (beside "Explicatiùs")

purg und Gieſſen / und die von der Ritterſchafft / die Städte / die Gemeinden / und die ſonderlich unſere Burgmanns-Freyheiten haben / und ſonſten alle unſere Unterthanen / die in unſern Fürſtenthumen und Herrſchafften Häußlich wohnen / und denen Beambten und Untergerichten in Städten und Ambtern nicht unterworffen ſeynd / vor diß Unſer Hoffgericht in erſter Inſtantz mögen citirt und geladen werden / ꝛc. §. 1. Da einer oder mehr / ſo umb etwas zubeſprechen / oder auch die Güter / darumb es zuthun / in verſchiedenen Fürſtenthumben / territoriis oder Cantzleyen gelegen / oder reſpectivè geſeſſen / ſo ſollen uff ſolchen Fall die Partheyen vom Hofgericht citirt, zuforderſt in Güte gehört / und entſchieden / in deſſen Entſtehung aber die Sache daſelbſt ausgeführt werden. §. 2. Da ſich Irrungen enthielten umb liegende Güter / ſo nicht alte Ritter oder Prälaten Güter wären / ſollen dieſelbe Irrungen an denen Gerichten / darunter die Güter gelegen ſeynd / gerechtfertigt werden / und der Beklagte / welcher kein Prälat / von Adel / Doctor oder andere privilegirte Perſon / (denen dem alten herkom̃en nach ihre prima Inſtantia bey Fürſtl. Cantzley und Hofgericht vorbehalten wird /) dahin in erſter In-

Inſtantz zu folgen ſchuldig ſeyn. * Nec tamen 5
Inſtantia hujus judicii firmari antè poteſt, quàm initiò *concordia* inter Partes tentata fuerit. (Ad quam aliàs quoque Magiſtratus nonnunquam Partes cogere poteſt, *ex trad.* Gail. *II. d. Pac. Publ.* XVIII. *n. 3. ſeqq.*) Sic enim Ordin. *d. Tit. VIII. pr.* habet: doch alſo und anderer Geſtalt nicht / als daß die Sache / ſo per viam ſimplicis Querelæ, darunter auch cauſæ Mandatorum cum & ſinè Cl. begriffen ſeyn ſollen / dahin an das Hoffgericht gebracht werden will / zuvor und ehe ſolches geſchicht / bey der Cantzley / darunter der Gegentheil geſeſſen / in der Güte gehört worden ſey. Porrò: So die Güte entſtünde / ſollen Sie am Hofger. ihre Inſtantz activè und paſſivè haben / und die Wahl beym Actore ſtehen / die Sache entweder an Unſerm Hoffgericht oder Regierungs-Cantzley außzuführen. * Et quidem quoad *Mandata*, in 6
ſpecie *in Tit.* XVI. §. *1.* Concepts der N. Hofgerichts Orndn. diſponitur, quòd Mandata de ſolvendo auf producirung der Original Hauptverſchreibung / oder auch deren darzu gehörigen Ceſſionen und Urkunden decerni non debeant niſi iam antè amicabiliter cauſam coram Concellariâ aliquâ auditam eſſe conſtet. * Interim ſcio nonnullis 7

placuiſſe, ut ſaltim unus caſus Mandatorum S. C. exciperetur, in quo compoſitio Dicaſterii non requiri, ſed è veſtigio à Judicio Aulico procedi debeat: quando videl. periculum in mora eſſet, ut ad Regimen non poſſet tranſiri, und daſelbſt die Verhör nicht gepflogen werden könnte.

1 §. V. Quantum verò * ad Appellationes ab Aulico Judicio ad Imperatoriam Majeſtatem directas attinet, inter alia temeritas provocantis, (niſi de eâ manifeſtò appareat: Nam talis ad illud admitti non debet. Khraiſſer. *ad O. Bav. Tit. X. Leg. 5.*) per neceſſitatem ſubeundi *juramentum ca-*
2 *lumniæ* coërcetur; * quamvis ad refrænandam Litigantium procaciam ſufficiens hoc non eſſe remedium, quotidiè comperiamur, illudque D. Ludolphus Hugo, *Conſil. Brunſv. in Conſultat. d. Proceſſ. Appell. emend. part. 1. cap. 1. & part. 2. c. 1.* oſtendat: adeò ut veluti nec pœnas Juſtinianeas aut Receſſum Imperii ſatis idoneas eſſe probat, ita unicè ei inſiſtendum eſſe opinetur, ſi ad illum modum pecunia deponenda eſſet, ceu in Reviſorio conſtitutum eſt. *Part.*
3 *2. c. 3.* * Interim, ſi quis in judicio Aulico gravatus *generaliter* ad quemcunque ſuperiorem appellâſſet, non eſt reputandum, ſi non

non protinus & ante declarationem judicis ad quem, juramentum illud calumniæ præſtitiſſet, quaſi Appellatio in Reviſorio aliquando introduci nequeat. * Nam juramenti t. t. præſtandi neceſſitas ſolùm ad Appellationes ad Cameram vel Aulam Imperialem tendentes in Privilegio Haſſiaco; non ita ſi à judicio Aulico Principis cujusd. ad Reviſorium appellaretur, requiritur: quod cum an fiat vel non, in generaliter appellante incertum ſit, juramentum non eſt in caſum conferendum; id quod præter alia in celebri causâ *Ulnerianorum* contrà *Wolfſianos* attendendum eſt. * Equidem hodiè, ubi *in Privilegio* Inferioris Judicis *Juramentum Appellat.* præſtari debere injunctum eſt, illud ab Appellante in judicio Inferiori, in perſonâ, (niſi Illuſtris fuerit,) ſub præjudicio cauſæ præſtari debet. R.A.1654. §. auch zum ſechſten. 117. * Uti Judæus quidam Francofurtenſis, cùm ejus Procuratori Proceſsùs *per d.* §. denegarentur, ſalvô conductu ſibi præſtitô, Francofurtum ſe contulit, ibique in perſonâ juravit. * In *cæteris* ad Cameram directis Appellationibus, & ubi juramentum in Privilegio non exigitur; nihilominùs tam *Pars* quàm Advocatus juramentum illud in Camerâ præſtare te-

4 · 5 · 6 · 7

nentur: *v.* §. *118. d.* 𝔑. 𝔄. Ad quod Proceſſibus Appellator. annecti ſolet citatio, ad jurandum, vel videndum ſe incidiſſe in pœnam non jurantis. Unde cùm juramentum illud Advocati in Cam. per Procuratorem ſpeciali Mandato inſtructum præſtent; (*c. fin. d. Jur. cal. in VI.*) ſi tunc ejusmodi Mandatum, cùm illud Pars Principalis in ſuam perſonam tempeſtivè transmiſiſſet, nomine tamen Advocati in primo termino exhiberi nondū poſſe appareat: (id quod judicialiter & ſub pœnâ deſerti Proceſsûs fieri debet:) Pars Appellans *Remedium* habebit, quo metu pœnæ unius Marcæ Auri (96. Imperial.) Advocatum ſuum ad jurandum adigere

8 queat. *Sæpè etiam Partes tenoris Privilegii Inferiorum judicum ignari ſunt, quô caſu in *omiſſione ſolennium* ſibi non præjudicant.

9 𝔈. 𝔊. 𝔒. *Tit.* XXIX. §. *fin.* *Sed tamen doctrina Gailii ob *d.* §. *117.* locum hodiè habere non poteſt, quando *in I. Obſ.* CXXIV. ſufficere docet, ſi quis ſolennia adhuc in Camera exequi velit: Ita enim habet *d.* §. Und nicht erſt bey unſerm Cammergericht zupræſtiren

10 anerbotten werden. *Imò ex verbis ſequentibus: der Appellant auch von dem Judice à quo ohnweigerlich darzu gelaſſen / colligunt, quòd Pars ad præſtandum ſolennia

ſe

ſe *offerre* debeat. *conſ.* Klock. *conſ.* CLIV. *in f.* & *Relat.* LXXIX. *n.* 20. Et *Privilegio Haſſiaco*, niſi juret ac caveat appellans, judicem Appellationi deferre non tenere, diſponitur.

§. VI. Itaque * in Extrajudiciali Gravamine, quod à judice, ùt tali, infertur, ab eo, à quo nec in *judicialibus* appellatur, provocare ſimiliter non licere, indubium eſt. De quô tamen illæ etiam Limitationes obſervandæ ſunt, quas alii, ùt Carpzovius, Knichen, Sutorius &c. *pecul. Tractatib.* plenâ manu congeſſerunt. * Tantus ſcil. favor eſt Appellationum, ut etiamſi in unâ alterâve causâ quis judex cum Cl. *Appellatione remotâ*, conſtitutus fuerit, nihilominus aliquando ab eo provocari poſſit: *v. cl. 1. d. appell.* & *c. cum paſtoralis. x. eod.* P. Greg. *Lib. 2. d. Appell. c.* XX. Gail. *l. O. 33. n. 4. 5. junct. Obſ. 135. n. 12.* Et ne quidem *juſſus ſuperioris* aut Conſilii Statûs, ne in hac cauſa appelletur, jurisdictionem mutet, atq; appellationem tollat; Mevius *I. Deciſ.* XLIII. Sed recurſus adhuc detur; Lancell. *d. Attent. c.* XIX. *n.* 22. *f.* 403. niſi quis anteà appellaſſet, & appellationem deſeruiſſet, *n.* 24. * Imò ne quidem illa cenſetur excluſa eſſe Provocatio aut ſuſpenſio, quæ *factô* fit, uti per ar-

1 (margin, beside "Gravami-") 2 (margin, beside "favor eſt") 3 (margin, beside "Imò ne")

reptionem itineris. Decius *in c. Memini-*
4 *mus. x. d. Appellat. n. 7.* * Item non illa (ſe-
cundùm aliquos,) quæ à jure expreſsè in-
ducta eſt, *c. Paſtoralis: x. d. Appell.* ùt in *l. 1.*
§. 1. quando app. & l. 12. §. 2. d. Reb. Cred. cum
5 *ſimilibus.* * Et veluti cum Cl. ejusmodi non
poteſt committere niſi *Solus Cæſar. l. 1. §. 4.*
d. Appell. ac ne quidem privilegiati de non
appellando: ceu illud olim Præfectus Præ-
tor. non poterat: Ita non infert illa arbi-
trium ſtatuendi abſolutum, ſed adſtringit
Judicem, ut cauſam eò curet diligentius. *v.*
Deput. Abſch. 1600. §. Dieweil aber hier-
6 bey. * Conf. d. dictâ Cl. latè P. Cornel. Bre-
derodium *part. 2. d. Appell. Tit.* XVIII. *col.*
373. ſeqq. de quâ & Auguſtin. Barboſa ele-
ganter ait: quòd ea non tam omnem ap-
pellandi cauſam, quàm omne appellandi
7 genus removeat. *de Clauſul. n. IX.* * Hinc
etiam, ſi quando cauſa cum ejusmodi cl. de-
legata fuerit, non revocantur facta per ju-
dicem à quo ùt attentata; ſed per Querelam
aut viam Nullitatis. Panormit. *ad c. paſto-*
8 *ralis. n. 9. 10. Appell.* * Quid ſi v. judex gra-
vaverit, qui datus eſt, ut judicaret *ex bene-*
placito, an ab hoc appellari poteſt? *v.* Cleze-
lium *c. IV. d. Appellat. §. 59. &* Scacciam *qu.*
9 *XVII. de Appell. Lim. XV.* * Quid etiam de

eo

eo, qui procedere debebat *Secundùm Conſcientiam?* Non minùs ab eo, ſi excedat, appellabitur, etiam quoad effectum ſuſpenſivum: utut ab eô, tanquam *viâ ordinariâ* non cognoſceret, appellari non poſſet, quando ſummariè, & ex formâ Mandati extrajudicialiter procederet. Diez. d. Mena. *Lib. 1. Qu. 14. n. 9.* * Item ſi actum, v. c. executionem, alii committeret. Idem *Qu. 4. n. 67. ſeqq.* Ut tamen hoc ipſum non niſi unô vel alterô caſu obtineat; ſiquidem delegatio in hâc ſpecie regulariter non admittitur. Gail. *I. Obſ. 97. n. 5.* quem etiam vide *de Cl. Cætera committimus prudentiæ tuæ, arbitrio tuo, diſcretioni tuæ, in Lib. I. d. P. P. c. IV. n. 31.*
* Equidem de *Parte* non 9
minùs dicendum eſt, quòd ſi vel maximè promiſiſſet, quòd de cauſa nullibi, quàm coram Capitulo v. c. litigare vellet, tamen non ſolùm ad Superiorem per Supplicationem, ſuſpecti querelam, & denegatæ juſtitiæ; ſed etiam Appellationis viam tranſire poſſit.
* Ita ut nuſpiam, ubi Appellatio 10
expreſsè ademta non eſt, appellans rejici debeat: Menoch. *II. d. Præſumpt. IX. n. 7.* v. gr. Princeps cauſam ità delegat, ut eâ cognitâ *ſtatim* fieret *Executio*. Sanè illud ſolùm operabitur illa delegatio, ut cauſa celeriter expediatur, atque judex à quo ſine

vitio attentati exequi valeat: quemadmodum verò nihilominus Principi, ita etiam judicio, quod eum repræſentat, fas erit, ut Appellationem, ſi gravamen incontinenti probetur, & magnum ſit, recipiat.

1 §. VII. Quòd autem * *Privilegia de non provocando* in Appellatione extrajudiciali locum habere diximus, ad eam ſpeciem unicè reſtringendum eſt, quà à judice, ut tali, nos gravante, provocamus: Eadem enim, ſi à Magiſtratu gravante ut parte appelletur, attendi non poſſe, cùm dicitur,
2 probatur. *Et quidem privilegia reperiuntur, quæ expreſsè in caſum priorem concepta ſunt, ceu ejusmodi Privilegio fruitur „*inclyta Auguſtana Reſpublica*: Welcher „in Anno 1627. Käyſer Ferdinand der II. „ihre Privilegia de non appellando nicht „allein allergnädigſt confirmirt; ſondern „auch in vim Statuti dahin extendirt/ daß „von keinem Extrajudiciali oder Rahts Decret, was und wie hoch ſelbiges antreffe/ „noch auch von einigen Decreten und Urtheilen/ in liquidirten Schulden/ Kauffmanns-Handlungen/ Wechſel-und Falliment-Sachen/ oder Leibs-Beſchädigung/ „von jemand an höhere Ort provocirt werden ſolle: niſi factâ paritione, alsdann ſolle

„ſe die Appellation gradatim offen ſtehen: doch præſtitis præſtandis. * Quid ſi cùm à 3
Superiore Princeps vel Magiſtratus Privilegiô de non appell. inſtructus non eſſet, *Statutô* tamen vel Ordinatione judiciariâ Appellationem inhibere præſumeret? Nullum Statutum, quantumvis ſubditi juramentô firmatum, Appellationem ad judicium ſuperius impedire; (ſed tamen limitare, velut per neceſſitatem præſtandi juramenti, deponendæ certæ ſummæ pecuniæ, R. A. 1654. §. 115.) poteſt. C. G. O. *P.* II. *Tit.* XXVIII. §. 2. Gail. *I. Obſ.135.* * Nam ſub- 4
ditus quidem in unâ alterâve ſpecie ſuo juri per renunciationem appellationis rectè præjudicat; abſolutè autem & in genere ei beneficio ſi renuntiaturus eſſet, Superioris jura attingeret: quod omninò non licet. *v. Magnif.* Dn. Taborem *in Analect. ad Barboſ. Lib.* I *c.* LXXV. *ax.* II. Adeò ut etiamſi omnes cives pactô Statutum: ne appellaretur, firmarent, idem tamen contrà Cœpollam *cautel.* XXXVIII. dicere non verear: quippe quòd is imbecillitatem non tantùm renunciationis generalis, ſed & jura Superioris, non attendiſſe videatur.

§. VIII. De eâ ſaltim controverſiâ paulò altiùs diſſeramus, quam acriter evolu- 1

tam eſſe in Camerâ Imperiali memorat Rulandus, *Lib.* VIII. *d. Commiſſ. P.* III. *d. Proceſſ. jud. interrog. Cap.* XIII. *n. 17.* ipſeque rem infeliciter ibidem determinat. Videlicet disquiſitum eſt: *Quandonam à Principe extrajudicialiter quem gravante, præteritis Auſtregis ad Cameram, vel Aulam*
2 *Imperialem, appellari poſſit?* * Nam & *Aulici* Imperialis *judicii* jurisdictionem, (quam durante interregno judicium Vicariatûs ap. Sereniſſ. Dn. Vicarios exercere dicitur *v. præjud. ap.* Buxtorff. *ad A. B. concl. 60.* uti quidem *Cameræ* Utriusque Vicarii commune ſigillum adhibet; *v.* Lundorp. *Tom.* II. *Act. Publ. L. 2. c. 50. p. 575.* Roding. I. *Tit.* III. §. *3.* nec minùs Rotvvilenſes Sigillum, quod Vicariatûs appellant. Höpping. *d. Jur. ſigill. c. V. n. 58.*) reſtringunt Auſtregæ: nullis abinde Mandatis, avocationibus aut quovis modô aliô, ùt fit quoque per Commiſſiones cum voto, & quando Subdelegati Aulicæ Deciſioni inſiſtunt, turbandæ. *v.* erneuerte R. H. O. Tit. II. §. wir befehlen auch. ex quo expon. §. Und weil auch. *ibid. arg. item* C. G. O. *Part.* II. *Tit.* IV. §. zum Vierdten. & *art. V. n. 20.* §. *Viſitatio. Inſtr. Pac. junct.* R. A. 1654. §. 168. *v.* Limn. *Lib. IX. I. Publ. c. V. n. 32.* Schubhard. *Concl. II. d. Auſtreg.* & Meichsner. *IV. Deciſ. IV.* *
3 Non

*Non obſtante, quòd ante Auſtregarum inſtitutionem Judicium Aulicum dudum viguerit, und als von undencklichen Jahren her von Römiſchen Käyſern erhalten/ (vern. R. H. O. *Ferd. III. Tit. 1.*) das älſte und von Alters her das Anſehnlichſte unter allen Gerichten iſt/ ſo je im Römiſchen Reich Teutſcher Nation geweſen und noch ſeynd: ut loquitur Author *Comitiolog. Ratisbonenſ. part. IV. Diſſ. IX. n. 96. p. 283.* 3

* Etenim fruſtrà originem ejus, niſi de proximâ velint intelligi, ab anno 49. Superioris ſeculi nonnulli repetunt, illud merè Ferdinandèum eſſe reputantes. (*v. Dn.* Bœcler. *Notit. Roman. Imper. Lib.* XIII. *c. 4.* Burgold. *Diſc.* XVIII. *ad Inſt. Pac. p. 1101. &* Textor. *Diſp.* I. *ad R. I. 1654. th. 128. ſeqq. & c.* XV. *d. Rat. Stat. Germ.* Limn. *L.* IX. *Jur. Publ. c.* IV. *p. 128.*) Cùm quidem perſonarum mutatio, aut exterior judicii forma, vel Ordinationis novæ conceptio v. die alte Reichs-Hoff-Raths Ordn. Ferdin. I. *Auguſt. 3. Apr. an. 1559. publicatam ap.* Lehmann. in Reichs-Handl. vom Religions Frieden. *Lib. I. c. 37.*) illud judicium non mutet, quod ubique jurisdictionem ab unâ Cæſ. Majeſtate habuit: niſi etiam novum exhinc Camerale dicas judicium, quando in loco vel numero Aſſeſſorum, aut deſignatione præſen- 4

ſentantium vel ſalariorum diverſitate, eorumque reditu & ſolvendi modô aliam cepit faciem.

1 §. IX. Enimverò, * ut è propinquo incipiamus, coram Comitibus Palatinis in Aulâ Cæſareâ olim diſceptandum fuit, qui tamen, cùm Cæſares per Imperium ſubinde ſtationem aulamque mutarent, unà cum illis circumibant, magnô cum litigantium
2 incommodô: * Inde *Conradus* III. *Imp.* ut Suevis præcipuè ſuis, aliisque circumjacentibus, conſuleret, Anno 1147. *Rotvvilenſe*
3 *Judicium* inſtituit. * Quô tamen cùm nec ipsô omnibus incommodis ſubventum eſſe potuiſſet, ideò ad morem Carolingis uſurpatum *Statûs* ad decidendas controverſias *annuatim convocati* ſunt: hique conventûs non diutiùs quàm per menſem durare de-
4 bebant: * Imò nec ita excreſcentibus indies litibus & negotiorum Statûs mole, pleraſque cauſas reliquas ſupprimente, aliter rei proſpici, quàm per *Regimentum* poterat,
5 Anno 1500. Auguſtæ inſtitutum. * Quamvis enim Limnæus *Lib.IX. I. Publ. c.IV. n.29.* quoties Regimentum ſe litibus immiſcere voluerit, toties eidem Ordines contradixiſſe tradat; tamen illud non probat, & contrariatur ea traditio Ordinationi Regimen-

ti,

ti. Rectiùs Leipold. *in Qu. VIII.* Regimenti concurrentiam cum judicio Aulico, prout tunc temporis erat, & cum Camerâ Spirenſi, ſtatuit. Donec poſteà ad Judicia Ordinaria cauſas Regimentum remiſit. R. A. *d. anno 1524.* §. Fürter ſoll unſer Statthalter. Ipſum verò cùm circà annum 1530. adhuc obtinuiſſet, brevi pòſt eſſe deſiit. *v.* Reformat. des Camm. Ger. *d. an. 1531.* §. Dieweil das Regiment gefallen. * Semper videlicet, etiam tempore Regimenti Judicium Cæſaris Aulicum perduravit: ſuffectis ſubinde aliis poſt Comites Palatinos, Præſidibus & Aſſeſſoribus; Nec Cæſaris Aulam ſinè judicio univerſalis quis unquam ſubſtitiſſe crediderit? * Idemque Judicium quando ante Cameræ Spirenſis inſtitutionem Cameræ quoq; nomine deſignârunt; (*v. Tit.* XII. *Aur. Bull. item Reſcr. Frid. III. in c. Henr. Bav. Duc. ap.* Lund *Lib. I. p. 17.*) Tum verò putandum non eſt, quaſi illud eadem Camera fuerit, quæ nunc Spiræ habetur; ſicque Viennenſe ſeu Aulicum judicium novum ſit. * Nam iſtud Cameræ nomen Judiciis tum commune fuit, Et nunc etiam Ser. Electoris Brandenburgici ſummum Coloniæ ad Suevum Judicium das Cammergericht appellatur: Imò vel Statûs alicubi, vel

6 (margin, at "das Regiment gefallen") · 7 (margin, at "ſubſtitiſſe crediderit") · 8 (margin, at "vum ſit. * Nam iſtud")

vel Rationum Conſiliarios, Cameræ dici-
9 mus. * Quòd autem poſt inſtitutam Ca-
meram, modò Spirenſem, Maximilianus
I. aliud Concilium Aulicum non habuerit,
(ceu tamen, ſi ſeparatum à Camerâ ex-
titiſſet, idem abrogâſſe eum aut retinuiſſe
oportuiſſet,) illud nullô Documentò o-
10 ſtendi poteſt. * De eô potiùs conſtat, quòd
Idem Maximilianus glor. record. juxta
Concilium Aulicum, antequàm Camera
illa Spirenſis inſtitueretur, Statibus ali-
quando *Judicium* quoddam *Simultaneum*,
oder ein Nebengericht / quod tamen variò
factô actum, eique cauſæ jam hæ jam illæ de-
putatæ ſunt, gratificatus fuerit. Nam dictus
Maximilianus Cæſar ſub annum 1512. à Sta-
tibus rogatus, litibus Imperii octo aſſumſit
Conſiliarios, illisq; ſalaria dedit, ut quatuor
eorum ab Electoribus, quatuor à reliquis
Principibus & Statibus denominarentur.
v. R. A. *d. an. 1512. §. item* haben uns Chur-
fürſten & §. Und nachdem. A quo quidem
tempore probabiliùs, neque tamen ex
vero, quis Originem Aulici judicii (imò
rectiùs Cameræ Spirenſis,) deducere poſ-
ſet, quàm vel ab anno 49. illius ſeculi, vel
ut tacitis auctibus & Conſuetudine ſeculi
Superioris tandem invaluiſſe authoritatem
ejus

ejus cum *Novatoribus nonnullis* diceret: quod illis ſomnium excuſſit *Illuſtris & Generoſiſſ.* Dn. Jo. Helvic. S. dictus Schütz, *ipſe duorum Imperatorum Conſiliarius Aulicus & nunc Duc. Brunſvic. Cancellarius Splendidiſſimus in MSCr. Jur. Publ. Lib. III. Tit. VI. poſit. II.* * Defunctô autem Maximilianô Imp., 11
& exortis religionum diſſidiis, cùm per conniventiam Statuum, oppresſioni Proteſtantium intentorum, Cæſares in conſtituendis Conſiliariis, maximam partem Hiſpanicis, liberiùs paulò agerent, præcipuè quòd Salaria ſua non niſi à Cæſare conſequerentur: inde ab eô tempore immenſæ Proteſtantium querelæ auditæ, & ab illis Auguſtiſſimum illud judicium planè tanquam ſuſpectum rejectum fuit: * donec 12
Capitulationibus ſequentium Impp. & ipsô Inſtr. Pacis, querelis illis, per certum Aſſeſſorum Aug. Conf. numerum, & quòd Cancellaria Moguntino juret, &c. ſubveniretur: * Nec tamen hodienum deci- 13
ſum eſt, an Status, qui ſumtus ſe eſſe ſuppeditaturos conteſtati ſunt, ad *præſentationem* Aulici judicii *Aſſeſſorum* admitti & concurrere debeant. * Cæterùm an SSer. 14
Vicarii durante *interregno* eandem Judicii Aulici, annon potiùs ſimilem jurisdictionem,

nem, & quidem ſolùm earum cauſarum,
quæ in Camera Spirenſi expediri non
15 poſſunt, exerceant, meritò dubites: * Ut-
ut exinde non rectè Judicii Aulici *Jurisdi-*
ctionem Delegatam eſſe colligatur, quòd
moriente Cæſare Acta ejus judicii à Regi-
ſtratore obſignentur: adeoque tunc qui-
16 eſcat Jurisdictio, * Neque enim ideo mi-
nùs Ordinaria eſt Poteſtas Regis Rom.
quòd ea dum Majeſtatem Imperii Cæſar
17 exercet, quieſcat; * Neque Lex aut Or-
dinatio Judicii Aulici per mortem Cæſa-
ris expirat; ſed tantùm ut Stylus Judicii,
quod nomine Vicariorum continuari po-
terat, mutaretur, maximè Judicio Cam.
18 ſuppetente, non placuit. * Manent in ho-
nore ſuo Conſiliarii Aulici, nec cauſæ eò
delatæ, morte Cæſaris extinguuntur: Imò
Acta quoque Vicariorum Cæſari novo de-
19 inceps tranſmittenda ſunt: * Et denique ab
Aulâ ad Cæſarem (ùt in delegata fieret ju-
risdictione) non appellatur. * Sed ſatis de
illa Jurisdictione Aulici Judicii.

§. X. Quandonam * Ergò *Auſtregæ* vel Aulicum judicium iſtud vel Cameram reſtringunt? Neque ſufficiens eſt, neque idonea etiam *Rulanti* diſtinctio: quòd interſit, an ſimplex Magiſtratûs præceptum ſit, quò grava-

gravatur; an verò *mulctam* annexam habeat: ut hoc caſu ad Cameram vel Aulam Imperialem admiſſa ſit Appellatio; priori autem variè obſervetur. *Plus rationis & pon- z
deris habet ea Deciſio, quæ poſtmodùm *in R. A. d. anno 1594.* §. darum ſetzen wir. ſubſecuta eſt: per quam, ſi Princeps gravat *tanquam judex*, etiamſi immediatum alium, v. g. ſi ad inſtantiam alterius Status, in ſuo territorio, alterum Statum immediatumve, aut ejus ſubditos, bonave ſiſtat, gravet, &c. appellationem admitti; ſi *tanquam pars*, eum coram judice ſuo, veluti Auſtregis, con- ʒ
venire oporteat. *Sequitur *Ordinatio Aulici Imperial. Jud. Tit. II.* §. wir befehlen auch. *verſ.*
„ Und da etwan in unſrem Reichshofraht
„ Sachen fürkämen/ darinnen die Unter-
„ thanen wieder ihre ordentliche Obrigkeiten
„ ſich beſchweren/ ſoll es mit denſelben alſo
„ gehalten werden/ wie es im Reichsabſchied
„ de anno 1594. §. wann aber von gemeiner
„ Interlocutori, &c. & ſeq. verſehen: nem-
„ lich/ wann aus denen narratis Supplicatio-
„ nis vel Appellationis erſcheinen würde/
„ daß die Obrigkeit tanquam pars und als
„ ein Wiederſacher/ nicht aber als ein Rich-
„ ter gehandelt/ alsdann die Sach an die
„ Richter erſter Inſtantz gewieſen; wann aber
„ die Obrigkeit als judex, jure & vi ſuæ pote-

„ ſtatis & jurisdictionis, für ſich ſelbſt/ oder „ auff eines andern Anhalten/ ihren Unter„ thanen/ oder einem andern/ auſſer Ge„ richts/mit beſchwerlichen Beſcheiden/ Ge„ bott und Verbott oder Geldſtraffen gra„ virt, und darvon appellirt worden/ ſollen „ ſolche Appellationes angenommen werden.

4 * Cujus cùm alia non ſit ratio, quàm ne fraus primæ fieret inſtantiæ. (*v.* Gylmann. *Tom. I. Symphor. Cam. P. II. Tit. XVII qu. 3. n. 17. & P. II. Tom. II. vot. 47. item in Tom. I. part. 1. Tit. d. Arreſt. vot. 1. n. 4.* Blumius *autem in Tit. XXVIII. Proc. Cam. n. 179. feſtinandò lapſus eſt,*) nemo dubitat, ubi Camera vel Aula Imperialis immediatam inſtantiam conſtituunt, & Auſtregis vel ob perſonæ vel cauſæ qualitatem locus non eſt: quòd ibi Appellatio Extrajudicialis in ſupremis judiciis abſque diſcrimine recipienda ſit: veluti ſi gravârit v. c. Prælatus, Comes, &c. Subditum vel mediatum: nam ita per rationem ex Ordinat. petitam, quam habet Blumius *Tit. XXVI.* §. *169. Proc. Cam.* Auſtregæ ceſſant.

1 §. XI. Quid * ſi gravârit *Capitulum?* Auſtregis illud gaudere vult, gravibus argumentis, Friderus *Lib. 1. de Proceſſ. c. XIX. n. 7.* inque eâ ſententiâ eſſe videtur Klock. *Tom.*

Tom.1. Conſ. XXXV. n. 76. 80. item *Friderum* ſequitur Jo. Limnæus *Lib. IX. Jur. publ. c. V. n. 28. ſeqq. & Magnif.* Dn. Cancell. J. Schütz, *vol. II. Diſp. III. th. 6. Jur. publ. lit. b.* Blumius *in Tit. XXVI. Proc. Cam. § 46. pluresq. alii.* Sed & multi præjudiciô Gailii *in l. Obſ. XXX. n. 10. & 13.* ſeducti, diſſentiunt: (*conf.* Græven *ad d. Obſ. &* Schvvanm. *Lib. 1. Obſ. XIX.*) ut quamvis ſententiam *Frideri* rejicere non poſſent; uſu tamen *Gailii* traditionem receptam eſſe commentarentur. * Verùm ut 2
quid definiendum ſit, appareat: Capitulum vel in propriis quem gravat cauſis, vel in Epiſcopalibus. In *propriis*, ſicuti, Epiſcopô exiſtente, coram hoc conveniendum eſſet; ita vacante ſede Cameram habet judicem. 3
* Cujus etiam tunc ex continentiâ fundata eſt jurisdictio, ſi quando Epiſcopo & Capitulo cauſa *Communis* ſit, idque indiſtinctè, ſive vacet ſedes, ſive non. In cauſis verò *Epiſcopalibus*, cùm ita Epiſcopum, vacante ſede, repræſentet Capitulum, ideò (non attentô, quòd, obvertente Gailio, *d. n. 13.* 4
Capitulum Status non ſit: *Nam ne quidem Auſtregæ ſolis tantùm Statibus competunt; & imò Capitulum per repræſentationem utique Status eſt, & ad Comitia vocatur. *v.* Inſtr. Pac. *Art. V. §. 20. &* Limn. *Lib.*

 IX.

IX. l. publ. c. 1. n. 10.) Auſtregæ utique tùm adeundæ ſunt, ſi quando Capitulum ùt pars gravat: ne præterea etiam futuro Epiſcopo
5 aut Prælato præjudicetur. * Aliàs autem ſi vel ipſum, ùt judex, in cauſis ſubditorum quem gravaret, ad Cameram fieret tranſitus: præcipuè in illis Capitulis, à quibus, ſede quamvis non vacante, ſingulari tamen ratione ad Cameram appellari poteſt: uti de Moguntino & Hamburgenſi teſtatur Wehnerus *de Mod. appell. c. VII. §. 6.*
6 *p. 192. in Tom. ult. Sympb.* * Ex quibus patet præjudicium Gailii *in d. l. in c.* Manßfeld contrà Capitul zu Magdeburg / eſſe explicandum de eo caſu, quô Capitulum conveniebatur in cauſâ propriâ: Poterit etiam ex iisdem judicari de his quæ *idem* Gailius de foro Capituli, circà *cauſam Pignorationis* docet. *In Obſ. VII. d. Pignorat.*

1 §. XII. Nec tamen *omnia ratione *Perſonarum*, in Auſtregis, expedita ſunt, Quid enim ſi is qui provocaturus eſt, *peregrinus* ſeu exterus ſit, an hunc Auſtregas attendere convenit? Nequaquam: & non ad ſolum Reum; ſed etiam ad Actorem, (diſſentiente licèt Blumio *Tit. XXVII. Proc. Cam. n. 53. ſeq.*) reſpiciendum eſt. Deinde ad Statûs ſolùm & Membra, ſeu ſubditos Imperii, inter ſe,

Auſtre-

Auſtregæ pertinent. * Unde Statuum Correſpondentium Legati, in Comitiis ann. 1613., non attentis votis in contrarium majoribus, Extraneos in Camera protinùs agere debere voluerunt. Cubach. *ap.* Arumæum *vol.* IV. *Diſc.* XXXVI. *th.* 46. *conf.* D. Myler. *ad Rümelin. in A. B. Part.* 2. *Diſſ.* 1. *th.* IV. * Et cùm de Exteris nunc ſolliciti ſimus, ſi quis Rex *exterus*, qui *ſimul Status* eſt Imperii, ſed ſinè reſpectu Regni ſui vel Principatûs in Imperio, conveniendus eſſet: ita verò Auſtregæ locum habere non poſſent. Velut enim Princeps Imperii, qui ſimul Comes eſt, à mediato non aliâ ratione coram Auſtregis convenitur, quàm quòd Dignitas major minorem abſorbeat: Ita Reum ejusmodi ùt Regem potiùs, quàm Principem Imperii, habendum eſſe, convenit. * Ulteriùs, Uxor Principis etjamſi Mediata ſit, ibi convenienda eſt, ubi Maritus ejus: Dn. Myler. *Cap.* VII. *Gamol.* §. 8. De Apanagiatis *vid.* Leiſer. *d. Apanagio* §. 42. an & quat. Primogenitis ſubſint: & quomodo Auſtregis gaudeant. Schubhard. *c.* XI. *d. Auſtreg. n.* 104. *ſeqq.* & Blum. *Tit.* XVII. *Proc. Cam. n.* 43. * Quinam verò ſunt Fürſtmäßige? (quorum eandem Claſſis, quæ Principum, in Auſtregis eſt.) Sunt qui eorum

Bb 3 no-

nomine venire putant die Gefürſtete Grafen / quorum Feuda etiam coram Throno Cæſareô, æquè ac Principum, renovantur; (ut in Montiſpelic. inveſtiturâ ſe Legatô id Poſonii contigiſſe refert Dn. Myler. *c.*
6 XCI. *d. Princip. & Stat. Imp.* §. 8.) * Et multò magis ergò denen Fürſtmäßigen accenſendi eſſent, (quos denen gefürſteten Grafen indiſtinctè præfert Beſoldus IV. *Conſil. 195. Qu. 1.*) denen die Käyſerliche Majeſtät zuſchreibt: Denen Hochgebohrnen/Unſern und des Reichs alten Grafen: tanquam Principes: ceu tempore Carolingorum etiam Comites, nomine der Fürſten des Reichs/inſignitos fuiſſe, Lehmannus tradat: *Lib.* IV.
7 *Chron. Spir. c. 7.* * Nova eſt ſententia Textoris in *Diſſ. 3. ad R. I. d. ann. 1654. th. 46.* qui eos tantùm per Fürſtmäßige/ ſeu Principates, intelligendos opinatur, die einen
8 Fürſtlichen Anſchlag haben: * quâ ratione multi ab eâ Claſſe ſuperiori ſegregarentur; nec adeò liquidum foret, quantùm ad hoc, ut quis in einem ſolchen Anſchlag ſtehe/ re-
9 quiratur. * Civitates nonnullas, quæ Principes in eô æquant, facilè evitare licuit, quippe quòd hæ ſub Proceribus non continean-
10 tur. * Facit tamen pro h. ſententiâ *arg.* Ordin. Regim. *Tit.* Wer in der Chur-Fürſten/ꝛc.

&

& quòd in beneficiis ſimilibus ejus temporis Onerum Contributionis ratio habita videatur. * Interim altera, quæ Dignitatem 11
ſimpliciter reſpicit, tutior & imò ipsô uſu recepta eſt: quæque intentioni Legislatoris, Dignitatem Perſonalem, & in hâc eam, quæ Principum eſt, magis reſpicientis, congruit. * In Nobilibus ſanè non potuit ullius 12
oneris reſpectus habitus fuiſſe, quia hi in des Reichs Matricul oder denen Anſchlägen non continentur; ſed tantùm Dignitatis Perſonalis: quæ quidem tantò magis exſplendeſcet nunc, ubi continentur arctiùs Corporibus ſuis & Fœderibus, * ùt ab an- 13
tiquo nonnulli *Ganerbinatibus:* (die Gan id eſt Gauen Erben ſ. certorum diſtrictuum cohæredes, v. Lehmann. *Chron. Spir. L. 1. c. 35.* ibi: der Gauen Erben Hoff-Gericht. *Et* Reform. Francof. *P. 2. Tit. 5. §. 1. & 2.* ibi: oder ander liegend Gut miteinander als Gan-Erben in Gemeinſchafft / ꝛc.) quales inter Immediatos ſunt Con Domini Caſtri *Fridbergenſis*, (welche die Grafen aufm Correſpondentz-Tag zu Franckfurt / *ann. 1633.* ùt narrat Oldenburger *in Limn. Enucl. Lib. 3. c. 29. §. 4. in fin.* um die Immedietät bringen wollen.) item *Gelnbuſani.*

§. XIII. Quandocunque * igitur Auſtre-

gæ ob Perſonam ceſſant, uti illud ex jam deductis patet: tunc, etiamſi ab ejusmodi Perſonis, ùt à Parte, gravati fuerimus, ad
2 Cameram procedendum eſt. *Paucis etiam præcipuas videamus *Cauſarum* ſpecies, in quibus licèt vel maximè, Perſonarum intuitu, Auſtregarum Jurisdictio fundata eſſet; tamen Auſtregæ non obtinent, indeque provocaturum ad Judicia Imperii Supre-
3 ma tranſire oportet. *Sit enim cauſa ejusmodi, quæ non in jure actionis, ùt quando prodita non eſt actio; ſed in mero *Officio judicis* conſiſtit; veluti Alimentorum: Sit illa voluntariæ Jurisdictionis, ùt eſt Tutelarum Confirmatio: ſit cauſa ejusmodi quæ magis Imperio quàm jurisdictione peraga-
4 tur: ſit alibi *debitum liquidum*. *Sit etiam inſtrumentum guarentigiatum, in quô omnium Privilegiorum contineatur renunciatio: Ita verò cùm in primâ inſtantiâ, etjam privato contrà Electorem vel Principem Imperii Proceſſûs decernat Camera: uti poſterioris præjudicium *in cauſa* Schrader *contrà* Braunſchwieg reperitur: ad Cameram, ſi vel maximè ùt Pars gravaverit
5 talis Magiſtratus, rectè provocabitur: *atque hanc Querelam, an Appellationem nuncupes, (quod ob reſpectus ſuprà adductos

ctos fieri poteſt,) an Provocationem ſimplicem, (quantùm ad fundationem judicii, de quâ nunc agimus,) nil intereſt. * Sit porrò Cameræ jurisdictio quoad *cauſam* fundata, ùt *in Pace Relig.* R. A. 1555. §. 23. in Conſtitutione litigioſæ Poſſeſſionis. (Nam hæc à turbatâ Poſſeſſione, quippe quæ ad judices Ordinationis pertinet, eôdem modô diſcernenda eſt, cum Schvvanemanno *Obſ. Cam. LVI.*, atq; in Conſtitutione ſuper Arreſtis evenit, quippe quæ ad Occupationes, Invaſiones, Spolia, Turbationes & ſimilia non extenditur; ſed animus arreſtandi, quod quidem difficulter fieri poteſt, oſtendi debet. Notator. ad Roding. *Lib. 1. Tit. XI. pag. 152.*) In his Auſtregæ locum non habent: * Uti nec reſpectû *Feudorum* inferiorum adeuntur; ſed Vaſallus Principem vel Comitem in c. Feudali in jus vocaturus, illud coram Paribus Curiæ facere tenetur: niſi etiam Vaſallus Dominum recognoſcere nolit, quô caſu Camera judicabit. † De majoribus ſ. regalibus Feudis nullum eſt dubium, quin ad Auſtregas cognitio de illis non pertineat. C. G. O. *P.* II. *T.* 7. * Imò ſunt, qui ne quidem Judicium Cæſaris Aulicum in illis fundatum eſſe doceant, niſi ſuper uno tantùm vel altero jure regali, ſupe-

6
7
8
9

rioritat. territ. aut ſuper certo aliquo loco litigetur. Si enim de toto Principatu totaliter vel potiſſimâ ex parte abjudicando agatur: ita vero cognitionem vor das Fürſten Recht pertinere: de quo tamen alibi
10 vidimus. * Non etiam reſpiciuntur Auſtregæ in *actionibus realibus*, ſi actor in loco rei ſitæ agere velit, aut in Novi op. Nunc. atq; illis, in quibus à *Mandato S. Cl.* inchoari
11 poteſt. C. G. O. *P.* II. *Tit.* XXIII. * Quin imò licèt tunc ſi dentur Auſtregæ, ſileant Mandata cum Cl.; tamen (1.) fieri poteſt, ut jurisdictio Cameræ, non obſtantibus Auſtregis, quandoq; immediatè ad Mandat. C. Cl fundata ſit: veluti in causâ Incarcerationis ex negotio Civili Auſtregæ ceſſant, & in eâd. Mandata cum Cl. decerni ſolent. Gailius *I. Obſ.* LXXVIII. (2.) ſi Continentia cauſæ id exigat, non minùs Mand. C. C. decernuntur: *jx. præjud. in c. Anoni contr.* Chur-Pfaltz / *Mandat. inhibit. ſinè, & reſtit. cum Cl. item in c.* Nagel *contr.* Oßnabrück. (3.) quoties facti qualitas Cameræ jurisdictionem ad Mandatum S. Cl. fundaſſet; illa autem ex aliâ conſideratione ſolùm Mandatum cum Cl. emanare velit. Nam ita cum Cl rectè mandaret Camera, in cauſis quibusdam primæ Inſtantiæ exemtis.

(4.) ſi

(4.) ſi non ex Lege Imperii ſint Auſtregæ; ſed tantùm ex Privilegio ſpeciali: Hæ enim, tanquam minùs favorabiles, Mandata cum Cl. non excludunt: quam in rem *præjud.* eſt *in c.* Hohenloh-Langenburg *contr.* Straßburg *Mandat. de reſtit. depoſ. cum Cl.* * Sed 12
hæc tantùm ſingularia ſunt. Regulariter enim, ubicunq; Auſtregis locus eſt, nullum Mandatum cum Cl. in Cam. obtineri poteſt: Non obſtante, quòd coram Auſtregis cauſa aliqua per viam Mandati deduci nequeat: (quippe quæ vix Declarationis & Arctiorum Proceſſuum facultate pollent;) ſed per ſimplicem Citationem peragenda ſit. * Videlicet Mandata cum cl. ſolùm 13
peculiarem qualitatem, quoad modum agendi, Auſtregis minùs congruum aut uſitatum, habent; peculiare autem cauſæ genus non conſtituunt: ut adeò qui cauſas Mand. *C. Cl.* ad Auſtregas pertinere negant, minùs accuratè loquantur. *v.* Roding. *Lib. I. Pand. Cam. Tit. I. pag. 32.* * Quantum ve- 14
rò ad *Mandata C. Cl.* attinet, ſingulari etjam ratione, fieri poteſt, ut Auſtregæ per illa excludantur, quando ſc. factum quidem *per ſe* Proceſſum Mandatorum ejusmodi non fund. ſſet; (Nam ita haud dubiè Auſtregis locus non eſt:) interim *qualitas*

una

una vel altera à Parte recenſetur, quæ Cameram ad Mandatum ſinè Cl. movere poſſit. Ita enim ſi quis ſpolietur, turbetur, pignoretur, arreſtetur, & facti quædam exorbitantia in Camera proponatur, ſaltim ad relaxandum S. C. Mandata in Camerâ decerni ſolent.
15 *Denique ſi per Appellationem ad Cameram procedi non poteſt, idque ratione *Qualitatis*, ùt fit in Criminalibus, Spiritualibus, &c. Auſtregæ non obtinent.
16 *Cùm quidem ſi quoad Quantitatem ex Ordin. Cam. & Receſſ. noviſſ. Cauſſa foret inappellabilis, nihilominùs Auſtregæ non ceſſent. Quô caſu, ſi Pars læderetur, ex æquitate proviſionem *Conſtit. Imp.* extendemus, ut veluti ſubditi, ſi ob Quantitatem ſummâ Appellabili minorem ad Judicia ſuprema tranſire non poſſunt, *Reviſionis* tamen gaudent ſingulari beneficiô, in Rec. Deput. 1600. §. Es ſoll. R. A. 1654. §. Doch mit dieſem Zuſatz. expreſſô: ita eôdem fruantur non minùs illi, quicunque ſub Auſtregis in minori ſummâ gravati ſunt.
17 *Similiter in Imperii Judicio *Rotvvilenſi*, item in cæteris *Provincialibus Sueviæ*, (à quibus Imperator Appellationem admiſſurus eſt, *Art.* XVIII. *Capit. Leopold.* nec ullum ex particularibus Imperii Judiciis præter *Herbipolitanum* pro inappella-

pellabili habetur:) Auſtregæ non attenduntur, neque eorundem Jurisdictionem hæ reſtringunt. *v.* Schubhard. *c. II. d. Auſtreg. n. 87. &* Blum. *Proc. Cam. Tit. XXVII. n. 11.* * 18
Quanquam enim hæc Auſtregas introducendi ratio non fuerit, ut Immediati, & cumprimis Status, in Imperio *duas inſtantias* haberent; Knipſchild. *Lib. II. d. Jur. & Priv. C. I. c. 35. n. 69. ſeqq.* * Sed potiùs *Con-* 19
ventiones Immediatorum, & quidem initiò certarum ſolùm familiarum, in certos Auſtregas, poſt Friderici II. tempora, dum variis AntiCæſaribus Imperium agitaretur, frequentatæ, Maximilianum Imp., ad hoc, ut laudabilem h. Conſuetudinem in Legem generalem converteret, permoverint; *v.* C. G. O. *d. ann. 1495. Tit.* Wie Churf. ceu Lud. Hugo. *in c. IV. d. Statu. Reg. Germ.* Auſtregarum Originem ab *Arbitriis* in Imperio frequentibus, dum in attritâ Cæſarum poteſtate nil eſſet præſidii, non minùs collocat. * Utut de cætero jam ante Maximi- 20
liani tempora non ampliùs voluntarii ſed *neceſſarii* judices, und rechtliche Auſträge / coram quibus inviti, ex quâdam Imperii obſervantiâ & tolerantiâ conveniri poſſent, habendi ſint. * Tamen ut ultrà duas 21
Inſtantias haberent Immediati; admittendum non videbatur: quemadmodum nec

unâ

unâ Inſtantiâ cauſæ ſuæ ſatis quis proſpicere poſſe cenſetur: eòque illud Caroli V. Imp. pertinet, in Privilegio Norib., Auſtregas concernente, conceſſo, (cujus Wehnerus meminit, Qu. Cam. c. VII.) damit ſie zum wenigſten zwo inſtanzen haben.

1 §. XIV. Ex quibus * ùt *anguſtam* eſſe *Auſtregarum Jurisdictionem* affatim perſpicitur; (v. tamen & caſus generales, quibus ceſſant, enumerantem Friderum *Lib. 1. d. extrab. Proceſſ. c. XX.*) ita in paucis illis ſpeciebus, ubi aliàs locum haberent, easdem *cautelis* pluribus evitari ſolere memorandum eſt: ejusque rei exemplum in c. Pignorationis Notator ad Roding. *in Lib. I. Pan-*
2 *dect. Cam. Tit. X. p. 128.* præbet. * Quod tamen diximus, ſi Mandata ſinè cl. locum habeant, quòd tum judicium Auſtregarum excluſum eſſe cenſeatur, illud per hoc dubium recipit, quòd cùm v. c. in Camerâ Mandatum ſinè cl. impetretur, ùt de ſolvendo, demoliendo, non exercendo vectigalia: officium judicis, ſeu Mandatum, explicari non poſſit, niſi de Exceptionibus, quæ cauſam principalem fundant, cognoſcatur: quæ quidem cognitio ad Auſtregas
3 remittenda eſſe videbatur? * Sed verius eſt, tum quoque cognitionem ad Cameram perti-

pertinere, ut ſaltim reſpiciatur, num illa juxta formam Mandati totum negotium definierit, totique cauſæ fecerit præjudicium, veluti: non ſolvi debere ſortem, vel, an tantùm præjudicaverit uni articulo, ut: Uſuras non ſolvendas eſſe. Friderus Mind. *d. Mand. c. XII.* §. *6.* * In illis autem ubi factum exorbitans cauſam principalem non ingreditur, facilis eſt reſponſio. *ibid.* §. *7.* 4
Habeat e. g. Princeps cum villis, urbibus ſuis controverſiam, easque juxta Receſſus und Verträge audiat, ordine juris ſervatô; ſed tamen carceri quosd. mancipet: ſi tunc ſubditi, ob factum, tanquam exorbitans, ad Cameram proceſſerint; rectè quidem contrà hanc Princeps & cum effectu excipiet: er hab ſie rechtswegen und ihrer Wiederſpenſtigkeit halben einſtecken laſſen: ſicuti ècontrà, ubi juris ordinem Princeps ſervaſſe non deprehenderetur, Camera de Nullitate ſummariiſſimè cognoſcere ſolet, causâ principali coram Ordinario præſervatâ an Ort und Enden/da ſichs von rechtswegen gebürt / ſive illud in Camerâ ſive Auſtregis ſive coram gewillkührten Richtern/ ꝛc. vorzubringen und auszuführen: * quò e- 5
tiam ſimili ratione referri poteſt ſequens, ad Provocationem extrajudicialem editum,

Came-

Camerale præjudicium: de die 7. Nov. 1660. in c. eingeſeſſener Adelicher Lehenleute des Fürſtenthums Nieder S. wieder Hr. J. H. Herzogen zu S. L. und Conſort. Appellationis extrajudicial. Daß ſolche Sache durch vorgenommene Appellation an dieß Käyſerl. Cammergericht noch zur Zeit nicht erwachſen; Sonder bey dem ausgangenen Mandato es zulaſſen ſeye: mit dem Anhang jedoch / daß wofern der Herr Beklagte Sie Klägere hiernechſt wegen einiger Lehens-Verwürckung Spruch und Forderung zuerlaſſen nicht gemeint / ſolches nicht vor ſeinen Rähten und Regierung / ſondern gehöriger Orthen auszuführen ſchuldig ſeyn ſolle / die Appellanten in die Gerichtskoſten an dieſem Käyſerl. Cammerger. derentwegen aufgeloffen / &c. fällig ertheilend.

1 §. XV. Per *Conventionales* * quoque Auſtregas Superiora judicia reſtringuntur, quibus nonnullæ Civitates Imperiales, non eò cæteris Imperii Statibus inferiores, mactatæ ſunt, *v.* Knipſchild. *Lib. II. de Jurib.*
2 *Civ. Imp. c. 1. n. 55. 84.* * Quanquam in eo etiam quid præcipui in florido illo Civitatum, & quidem ſingularum, Corpore obſervari putent, quòd Principes quoque à Civitate Imperiali coram Camerâ conve-

niri

niri poſſint. Sed malè ita & contrà D. C. *P. II. Tit. 4.* ſtatuitur, eumque errorem jam antè Fichardus notavit *in Conſ.* CXXIX. ut præjudicium illud *in c.* Lübeck *contr.* Sachſen Lauenburg terminos præſupponat jurisdictionem Auſtregarum excedentes. * 3
Nonne enim Principem reſpectu Civitatum Imperialium deterioris eſſe conditionis quàm reſpectu reliquorum ſe inferiorum, ùt Prælatorum, Comitum, &c. inſipidum foret? * Illud tamen notandum, quòd 4
inCivitatibus Imperialibus privilegiatis hactenus ſimile quid, ac in conveniendo à mediatis Principe, obtineat. Nam privatus eas coram Auſtregis convenire poteſt: ipſæ autem ſi alios convenire velint (præter Principes,) Auſtregæ ceſſant. * Cæterùm 5
juxtà ea, quæ diximus, *in c.* Schütterlin *contrà* Straßburg *anno 88. & anno ſeq. in causâ* Thum-Capitel zu Wormbs *contrà* Wormbs/ eò quòd Argentoratum & Wormatia ſpecialibus Auſtregis gaudeant, cùm ad Cameram tanquam à parte provocaretur, Proceſſus denegati fuerunt. * Toties 6
ſcil. cauſa ad judicem primæ inſtantiæ remittitur, quoties ex narratis vel in Proceſſu Magiſtratum tanquam Adverſarium proceſſiſſe colligitur. Concept der C.G.O.

7 *P. II. Tit. XXXI. §. fin.* * Non quia h.c. magis
ſimplex querela, quàm Appellatio locum
habet, quæ ratio tantùm, ſi intermedia de-
tur inter Cameram inſtantia, concludit; ſed
ne inſtantiæ beneficium lædenti eripiatur:
cùm quidem aliàs, ubi Auſtregis locus eſſe
non poteſt, quamvis ad ſimplicem quere-
lam res pertineat, ſi quis à Principe, ùt par-
te gravetur; nihilominùs provocationem
Camera, ùt talem recipiat; ſaltim ut ſi non
ſecundam conſtituat inſtantiam, provoca-
tionis tamen ſolennia, cæteraque eidem,
ab uſu aut Canonibus aſſignata, peculiaria,
quæ ab inſtantia aut querelâ ſimplici diver-
ſam faciem ſortiuntur, obtineant.
1 §. XVI. Diceres * eâ *Comitiali diſtinctio-
ne ſupr. in §. X.* adductâ omnem dubi-
tationis anſam ſublatam eſſe, niſi reperti
2 fuiſſent, qui ingenium intenderent, * &
prout Munus illud JCti eſt, ut in ratio-
nem Legis quoque latæ: (itemque feren-
dæ. *l. 2. §. 47. d. O. j. j. l. 9. §. 3. d. Jur. & fact.
ignor.*) certâ cum ratione (Reink. *Lib. II.
d. R. S. & E. cl. 2. c. XI. n. 60. ſeqq. ubi de ſubti-
litate nimiâ:*) introſpiciat: ita ut æquè
latam ejus ſit atque Politici objectum: *τὸ
ὅτι* autem Legis à quolibet Cive exigitur. *l.*
3 *12. ff. eod. Tit.* * Ita quoque, num ea diſtin-
ctio,

ctio, quam Camera deinceps meritò recepit, impetum ſuſtinere poſſet, inquirerent.* 4
Eſt inter eos Juriſconſultus quidam magnæ induſtriæ, qui *in Adverſariis ad l. Obſ.* Gail. *CXX.* imperterritè ediſſerit: *Omnibus caſibus à Camerâ hactenus erratum fuiſſe, quêis ea contra Principes, qui tanquam Magiſtratus Decreta præjudicialia ediderant, Proceſſus impertita fuerit.* Neque etiam omninò nulla ſunt ea, quibus in hanc ſententiam pertractus eſt, argumenta: quorum aliqua haud dubiè multos ante *Rulandum* ſublimes & magnanimos Ictos terruêre. * Quis enim 5
non opinetur, nullum (1) caſum dari, quô à Principe extrajudicialiter gravante non appellari poſſit, cùm quidem ubique tanquam gravans citetur; at verò ſic tanquam Pars reſpicitur, ſicque tanquam à parte non minùs dabitur ad Cameram appellatio. (2) ſi judex motu propriô, ad nullius partis inſtantiam, gravamen inferat: tum verò tanquàm à parte appellari non poſſet. Et tamen Appellationes ab eô gravamine totâ die recipiuntur. (3) Et ſic ſubvertuntur inſtantiæ. Nam & ſi judex mediatus ùt judex gravâſſet, ad proximè ſuperiorem provocaretur, & tand. aliquando ad Cameram deveniendum eſſet: jam verò Princi-

pum judex immediatus non eſt Camera: adeòque ſi ùt judex gravâſſet Princeps, nunquid ad immediatos Auſtregarum judices non tranſeundum foret?

1 §. XVII. Adhuc tamen * illa, ſi vel Lege non firmata eſſet, Dnn. Cameralium diſtinctio ſuſtineri poteſt. Nam quoad (1.) citatio illa, ſi Princeps ùt judex gravârit, nul-
2 libi decernitur: * in tantum, ut etiamſi judex à quo partium uni in judicio ſuperiori fortiter aſſiſtat, ſuumque decretum defendere laboret, licèt aliàs facilè partialitatis ſuſpicionem incurrere poſſit; Richter *vol. 1. Conſ. XX. n. 2. ſeqq.* Partis tamen locô non habeatur, adeòque nec ad cauſam citandus ſit, Klock. *vol. 3. conſ. 187. n. 203.* neque contrà illum ùt contumacem procedi, & imò ipſe, cùm voluntarius ſolùm contradictor ſit, quandocunque voluerit, deſiſtere
3 poſſit. Surdus *Deciſ. XXVI. n. 8.* * Quid quòd ſi durante etiam lite parti uni aſſiſteret, judex tamen eſſe non deſineret, indeque ſi gravet, tanquam judex gravâſſe, cenſendus ſit: ne ubique ex affectu judicem in Par-
4 tem tranſiiſſe dicamus. * Quotus enim quisque nunc Magiſtratus Tiberium imitatur, qui in cauſa Piſonis *ſinè miſeratione, ſinè ira obſtinatū ſe clauſumq; prabebat, ne quô affe-*

ctu

ctu perrumpetur. Tacit. III. *Annal.*|*c.* XV. utc. Hiſtoricus ne cognitionem quidem, ſed *imaginem cognitionis*, in eô negotiô agnoſcat; *d. l. c.* XVII. *Proinde ſi ùt judex gravârit Magiſtratus, non citabitur, vel ſaltim non ùt pars. Eſtque non exinde judex privato gravanti æquiparandus, quòd gravaverit, cùm pro eo veritatis ſtet ac juſtitiæ præſumtio.

§. XVIII. Ad * (2.) probè obſervandum eſt, non eò minùs judicem ùt talem gravare cenſeri; quamvis propriô motu, & ad nullius partis inſtantiam, ſubdito, jure & vi poteſtatis, (aliusve Magiſtratus inferior, ratione jurisdictionis ſibi competentis, Parti) quid injungat: Conc. der C. G. O. *Part.* II. *Tit.* XXXI. §. 16. ita ut ad hoc quò Princeps tanquam judex gravâſſe exiſtimetur, non requiratur, ut ad partis inſtantiam gravamen intulerit: (quanquam ſi Reſcriptum ſimpliciter emanet, non propriô motu, ſed ad partis inſtantiam emanâſſe cenſeatur. *c. ſi motu propriô. d. Præbend. in 6.* Bertachinus *Repertor. voc. Reſcriptum impugnatur. verſ. Reſcr. præſum.*) idque ſi factum eſſe non oſtendatur, Proceſsûs cum pœnâ arbitrariâ appellantium caſſari debeant: prout Cothmannus *Vol. 1. Reſp.* XXX.

n. 41. aliique docuerunt: Nam hoc quidem
2 recipi non debet. * Unde ſi Princeps aliquem mandandô, ſequeſtrandô, interdicendô, exigendô, pœnas pecuniarias imponendô gravet, rectè Friderus *Lib. 1. d. Proceſſ. c.* XX. *art. 3. & Lib.* II. *c.* XXVII. *art. 9.* ſtatuit, non attentô, quòd ſponte ad gravamina ejusmodi proceſſerit judex, ab eo tamen, præteritis Auſtregis, quas aliàs etiam Mediatus non ſubditus contra Principem, ſi ùt pars gravâſſet, implorare debebat,
3 Gail. *l. O. n. 17.* ad Cameram provocari. * Quòd etiam à Moderatoribus Collectarum Imperii, dum vi officii & Poteſtatis ſibi ab Imperio concreditæ in modô earum quem gravent, appelletur, in R. A. 1555. §. Würde demnach. *125. & ſeq.* exſertè de-
4 finitum eſt. * Interim & hoc omitti non debet, ſi fortaſſis de ipsô jure interdictionis collectarum, aut mandandi quôvis aliô ſaltim quod tanquam Princeps ſibi aſſerit: [nam ſi ùt judex cui incompetentia controverteretur, quid ſtatueret, adhuc appellandum eſſet,] cum ſubditis controverteret, cauſa per Appellationem Extrajud. ad Cameram deferri non poſſit, ſed ad Auſtregas pertineat: niſi hôc etiam caſu per mandatum fundari poſſet Cameræ jurisdictio.
Nam

Nam ita licèt aliàs Principes à ſubditis ſuis coram Auſtregis conveniri debeant; tamen v. c. in punctô ſævitiæ in ſubditos Camera ſtatim adiri poteſt. Johann. Calvinus *IC. in Proceſſ. judic. cap.* VIII. *Tmem.* II. *n.* 25. * 5
Eadem ratione, ſi quando Princeps ſubditum tanquam pars & in cauſâ propriâ gravar, nil refert, an propriô illud motu faciat, an ad denunciationemOfficialium, remDomini curantium: ut utrobique ad Auſtregas fiat tranſitus. * Quòd ſi Princeps non ſubdi- 6
tum ſuum, ſed alium gravat, qui ſubditus quidem ejus non eſt, ſed tamen coram eo forum ſubit: idem quod de ſubditis ejusd. regulariter aſſeri debet. * Nempe non ſta- 7
tim qui foro alicujus ſubeſt, ſubditus quoq; ejus eſt: Gailius II. *Obſ.* 36. *n.* 14. & *Tr. d. Pignorat. Obſ.* XV. *n.* 2. ne quidem qui domicilium in Territorio Principis habet: Friderus *Lib.* II. *d. Mandat. c.* XLVI. §. 4. * 8
cùm Subditus ſit, qui alterius jurisdictionem ratione domicilii cum fidelitatis obſequii & munerum præſtatione recognoſcit, ad ſui defenſionem & protectionem. Unde Perſonæ privilegiatæ v. c. ubicunque habitent, alterius Statûs aut Superioris ſubditi non fiunt: ut in his domicilium quaſi Originis immutabile reperiri dixeris. * Eâque 9

ratione mitior cuiquam videri poſſet illa, ad quam Seren. & Pot. El. & SSer. Ducc. Saxoniæ provocant, conſuetudo, quòd Vaſalli eorum, nullâ Dignitatis habitâ ratione, ubic. in Imperiô, etiam extrà Saxoniam, degant; tamen actionibus etiam perſonalibus, Feudum non concernentibus, coram Dicaſteriis ſ. curiis Provincial. Saxonicis conveniri poſſint: neque enim proptereà ſubditi erunt aut Landſaſſii: *ita* Carpzovius VI. *Reſp.* 115. *junct. Deciſ.* CLXXIX.
10 * Quamvis eam Conſuetudinem nonnul-
lis præjudiciis dubiam reddere, & *Docto-*
ribus Saxonic. de illà teſtantibus *per trad.*
Cothmann. *conſ.* XIII. reſpondere conen-
11 tur: de quô aliàs. * Simile ſibi jus, & imò
cum ſubjectione omnimodâ conjunctum, tribuit Ser. & Potent. El. Brandenb. Und iſt in der Chur-und Marck Brandenburg per inveteratam conſuetudinem hergebracht / daß alle und jede Lehn-Leute vor ihrem Lands-Fürſten und Lehn-Herrn / als welchem ſie die Pflicht der Unterthänigkeit geleiſtet / von dem ſie auch ihre Feuda nicht anders / als cum qualitate ſubjectionis haben und beſitzen / ob ſie gleich nicht unter demſelben wohnhafft / in allen Perſönlichen Klagen zu Recht ſtehen müſſen.

§. XIX.

§.XIX. Ad (3.) progrediamur, *ubi quod obvertebatur, ad Auſtregas etiamſi ùt judex gravâſſet Princeps, ideò procedendum eſſe, quia proximam inſtantiam Principum illi conſtituunt, minùs rectè ſe habet. *Neque enim illa inſtantia regularis eſt, quæq; Principem ùt judicem inferiorem reſpiciat; verùm privilegiata, & quæ in illis tantùm caſibus obtinet, quibus Status ùt privatus, (cui ut illô deterior non eſſet, eô modô parificatus eſt,) conſideratur, atq; ſinè juriſdictionis exercitiô vim infert. *Hinc quotiesPrinceps non publicô nomine tanquam Provinciæ præfectus, ſed pro ſuo intereſſe, aut dignitate ſuperioritatis Patrimonialis, ipſiusque jurisdictionis territorialis controverſæ, aut pro rerum ſuarum tuitione, pro conſervandis Regalibus, (tanquam v. gr. ad Eum, quoadSenatum privilegiatum, illa pertinerent,) ſinè præviâ cognitione cauſæ, alterius vel bona invadit, vel ſequeſtrari jubet, de facto quid mandat: ita verò ſimplicis Querelæ Proceſſus coram Auſtregis omninò obtinebit. * Quid ſi tamen his caſibus, ubi Auſtregarum cognitio fundata eſt, Princeps in Camerâ comparet, Exceptionem fori & privilegium inſtantiæ non allegans? Progrogâſſe per reſpon- 1 2 3 4

ſionem ad querelam Cameræ jurisdictionem videbitur Roding. *Part. 1. pand. Cam.*
5 *Tit. IV.* §. 4. *Imò quin etiam expreſsè in noſtri præjudicium, (non verò in præjudicium Actoris,) *Auſtregis renunciare* liceat, dubitandum non eſt. Honded. *vol. 1. conſ. 14. n. 31.* Indeque ſi coram ſummo Imperii Tribunali quis conveniretur, rectè hæc Renunciatio admittitur; non etiam ſi coram Auſtregis jam dum conveniri vellet; ceu nec Commiſſarii Imperat., renunciationem ejusmodi, quâ Commiſſio ab Actore impetrata declinari vellet, reciperent: ipſaque Renunciatio, tanquam ſtricti juris, effectum ſuum quoad renunciantem, & non ultrà conſequitur. Baldus *conſ. 437. n. 2.* * Poſſunt etiam Auſtregæ *recuſari*, cùm in Legalibus non abſolutè, (ùt in Conventionalibus,) de ſtato judice conſtet; ſed mediante facto requirentis, qui judicem eligit, jurisdictio, per ſe quidem *Ordinaria*, ſe exſerat.

1 §. XX. Aliquando * *Principes* ſingularia ſibi *Judicia*, quibus *Familiarum* ſuarum lites dirimantur, auſpiciô & confirmatione Cæſareæ Majeſtatis conſtituunt. Nam citrà illam confirmationem fieri illud non poteſt: *v.* C. G. O. *P.* II, *Tit.* 2. tam quòd in frau-

fraudem Legis illud ceſſurum foret: quàm etiam quòd Privatorum conſenſus jurisdi-ctionem non tribuat; * niſi quòd per con- 2
ventiones partium *Compromiſſa* rectè ineantur: quæ quidem per ſimplicem ſcriptam conteſtationem, ante decem dies, poſt laudum citrà Appellationem, pœnâ tantùm, ſi quæ adjecta fuerit, ſolutâ, elidere conceſſum eſt. *l. pen. C. d. Recept. Arbitr. Nov. 83. c. 11.* * Quocircà cùm Comes ali- 3
quis ſuô Teſtamentô caviſſet, ut filii ejus nunquam deferrent controverſias inter ſe exortas ad judicium Cæſ. Aulicum aut Cameram Spirenſem: illud fieri, aut publico juri derogari, non potuiſſe, & nec Cæſarem, maximè Comiti, tale privilegium facilè confirmare *ob* §. *110.* R. A. 1654. ſolere, reſponſum eſt *ap.* Dn. Mauritii *in Part. II. Conſil. Chilon. 1. n. 79.* * Dieweil nun von denen 4
„gemeinen Reichs Austrägen dergleichen „ſonderbahre Anbringungen und Verträ„ge / ſo die Stände untereinander haben / „nicht aufgehaben werden: (*v.* Friderum *Lib. 1. d. Proceſſ. c.* XIX. *n. 2.*) ideò ad has, etiamſi Auſtregarum conſtitutione poſteriores ſint, transeundum eſt, quoties caſus ſub Statuto ejusmodi familiari continetur: * cùmque Auſtregæ hæ ſingulares non tan- 5

tùm

tùm privatorum ſint, verùm gewillführte rechtliche Austräge: *O. C. Part.* II. *Tit.* II. *ann. 1495.* atque tanquam Majorum providentiâ erecta, & per publicam S.Cæſ. Majeſtatis authoritatem, conceſsâ eis jurisdictione, confirmata judicia, etiam in invitos exerceantur: hinc aliter atque à *Compromiſſis* Appellatio haud dubiè ad Aulam
6 Imperatoriam abinde ſuſcipi poteſt. * Quandoquidem verò de *Arbitris* dicere cœpimus, iſtud annectendum eſt, ſi de *Feudis Majoribus Titulatis* agatur, quòd Litigantibus, prætermiſsâ Cæſareâ Majeſtate, in Arbitros, (*fruſtrà diſſent.* Klockio *Conſ.* III. *qu. 1. poſt. Tract. d. Contrib.*) compromittere non liceat: *O. C. P.* II. *Tit.* VII. Roſenthal. *c.* IX. *d. Feudis. Concl.* XXII. *n.* 4. etiamſi de Feudo eſſet contentio, quod utcunque lis caderet, Domino directo non eriperetur: id quod obvertebant Cæſaris Avocatoriis compromittentes in causâ Magdeburgicâ *apud* Hortleder. *fol. 1088. n. 10.* & pro Ser. & Pot. Elect. Saxon. reſpondebat Hier. Schurffius *Cent.* II. *Conſ.*
7 LIII. * Neque enim unicè de alienatione in eâ ſpecie controvertitur; ſed in Imperio, maximè ſi Exteri aſſumantur, de ſupremâ jurisdictione Cæſaris agitur, quæ ſimpliciter Feudalis non eſt. Hinc in c. Palatinâ

Wild-

Wildfangiatûs ſibi Cæſarea Majeſtàs, arbi-
triô permiſsô, die Oberobmannſchafft reſer-
vaverat: * quò etiam collimat die in Neu- 8
lichkeit von der Churf. Durchl. zu Cölln ge-
gen die Stadt gethane Erklärung. Punct.
Tertio. ubi: die ſo wohl ſtreitige und im
Proceß befangene des Ertz-Stiffts Jura,
als andere deſſen wider die Stadt Cölln ha-
bende Actiones und Anſpruch/ nichts davon
außgenommen/ (dafern derenthalb die güt-
liche Handlung wieder verhoffen ihren ef-
fect nicht erreichen ſolte/) deren Käyſerl.
ernennten Commiſſariorum, oder anderer
hierzu von beyden Theilen erwehlender ar-
bitrorum vel Compromiſſariorum, neben
dem von Ihr. Käyſerl. Majeſtät hierzu be-
nennendem Obmann/ innerhalb gewiſſer dar-
zu beſtimmender Friſt erfolgendem rechtlichen
Außſpruch zuunterwerffen.

§. XXI. Porrò * ſi *cum ſubditis ſuis* lites 1
nanciſcerentur Principes, nonnunquam
alibi quàm coram Auſtregis eas peragi &
decidi malunt: quando nim. per *Reverſales*
aut Receſſus Provinciales, Landtags-Ab-
ſchiede/ peculiares *Modos* (quos ſervandos
eſſe ipſa jubet *O. Cam. P. II. Tit. VI. § fin.*) con-
ſtituerunt, v. c. ſi Princeps contrà ſubditos,
vel hi, aut eorum aliquis, contrà Princi-
pem,

pem, ejuſve Officialem, intendere actionem vel querelam velit, illud *coram Conſiliariis Principis & Provincialibus* denen Land Räthen / in Ordinario Regimine, vel Dicaſterio, faciat. Zanger. *Part. II. d. Except. c. 1. n. 408.* *Neque tamen forum ejuſmodi ad *cauſas Feudales*, und wann der Streit zwiſchen dem Herrn und Landſaſſen eine Lehn-Sache betrifft / extendendum eſt. Sed coram *Paribus Curiæ*, & porrò coram ſupremo Feudi Domino, Princeps ſe conveniri pati debet. *II. Feud. 16. II. 39.* Carpz.
3 *P. I. Conſt. XXVII. def. 2.* * Non Obſt. Fr. à Sande *in Comment. ad Conſuet. Feud. Gelr. & Zutph. Tract. III. c. 1.* §. *1. n. 6.* Nam Vicarius Domini, licèt Scabinis ſeu Paribus adjungi dicatur, und daß er zugleich mit an der Lehn oder Rittertafel ſitzt; tamen non ex ipſius, ſed Parium ſententiâ judicare dicitur. Gail. *2. Obſ. 34. n. 3.* Weſ. *conſ. 223. n. 33.*
4 *ſeqq.* * Niſi verò & in Feudalibus ſimile quid, ùt in cæteris, conſuetudine Regio-
5 nis invaluiſſet. *Appellabitur itaque à Paribus illis, quia loco Auſtregarum ſunt, (Klock. *Tom. 2. Conſ. 28. n. 11.* Gylmann. *voc. Feudum.* §. *Anno. & voc. Deneg. juſtit.* §. *ſi Dominus.*) ad Cameram, quæ ſupremum Feudi Dominum, in cc. Feudalibus

Cæſ.

Cæſ. Majeſtatis cognitioni non reſervatis, repræſentat. * Sed quid ſi Dominus, ut ju- 6
dicium Feudale conſtitueret, requiſitus, dicat ſe permiſſurum, ut in Camerâ Imper. lis decideretur? Ita verò, ſi Reus unâ ſe inſtantiâ mulctari obvertat, Citatio in Camerâ non decernitur; ſed ad Auſtregas cauſa devolvetur: quanquam ſi Pares Curiæ ſemel cauſam ſuſceperint; ſed in eâ juſtitiam protrahant, Camera Parti per Promotoriales ſuccurrere ſoleat. Quô caſu tandem nihilominùs ad Cameram devenietur. * Cæ- 7
terùm in *reliquis* etiam cauſis, quæ inter Dominum & ſubditum, extrà Feudales, oriuntur, certum eſt, uti Princeps, quando contrà ipſum agitur, in ſuâ causâ judex eſſe non poteſt, ſed ad Auſtregas perveniendum eſt; aut etiam nonnunquam in cauſis, ad Auſtregas pertinentibus, *als* in cauſis ſimplicis Spolii, ſo nicht Landfriedbrüchig iſt/ adeòque tanquam ſinè vi commiſſum ad Pac. Publ. reſpectum non habet, (de cujus cauſæ Proceſſu *vid.* Blumium *Tit. XXVI. Proc. Cam.* §. *157. ſeqq.*) ſi non per Provocationem, ita tamen ad Cameram acceditur, ut quando Princeps in propriâ causâ judex eſſe vellet, Mandata & Inhibitio de non offendendô impetrentur.

Gail.

Gail. *l. Obſ. XVII. &* Weſenb. *conſ. CCCIII.*
8 *n. 122.* * Quòd ita nec ſi contrà ſubditum agat ipſe, citrà conſuetudinem, vel Privilegium aut Conſtitutionem peculiarem, ſubditum iſtum coram Provinciali judicio convenire poſſit; verùm adoriri eum coram Senatu Civitatis, tanquam judice Civis immediatô, teneatur. Ummius *Diſp. IV. ad Proceſſ. n. 51.* Ut tamen ſi & tum ſubditus Senatum recuſet, tanquam & ſubditum ſui Adverſarii, & cui imperari queat, cauſa per viam recuſationis ad Cameram devolvi ſo-
9 leat. * Imò ſuperiorem adeundum eſſe h. c. nonnulli malunt, eum ſcil. ad quem ſi actor ipſe judicâſſet, cauſa per viam Appellationis devolvenda fuiſſet. Unde Fridern Mindanus *Lib. I. d. Proc. extrab. c. XVIII. n. 10.* regulariter Principem Imperii ſuos ſubditos non coram Conſiliariis, ſed in Camerâ, convenire debere opinatur: uti nec Nobilis coram ſuo Prætore & Scabinis: (niſi quòd in Saxonia Nobiles Ruſticos ſuos coram judice & Scabinis ejus pagi conveniant. Zang. *p. 2. d. Exc. c. 1. n. 408.*) item nec Magiſtratus Municipalis in Prætoriô ſuò,
10 ſubditos & incolas convenire poſſit. * Quæ tamen ſententia cum dictâ *Ummii* non adeò pugnat, ſiquidem hic jurisdictionem inter

Princi-

Principem mediam & ei Magiſtratui per Superiorem, ipſumqne fortaſſis Cæſarem, privativè conceſſam præſupponit: & hoc ipſum cum facultate arguendæ ſuſpicionis.
* Quid v. ſi nihilominùs Reverſalibus aut 11
Ordinatione judiciali, als der Hofgerichts-Ordnung/ controverſiis Principalibus præfectum ſit Dicaſterium Principis; hic autem (Princeps,) ùt Pars gravamen inferat extrajudicialiter: annon ita ſubditus à Principe vel Conſiliariis, viam facti eligentibus, provocabit, plus ùt à judice, quam à parte?
*Imò ùt ſpretis Auſtregis Cameræ funda- 12
tur jurisdictio, & querela etiam ſeu Provocatio, ùt à parte, in Camera recipitur: O. Cam. *P. II. Tit. XXVI.* ita ut Principem aut Conſiliarios ejus tanquam judices habeamus, (quò faciliùs ab illis gravantibus detur Appellatio,) opus non eſt: cùm judices ne quidem eſſe velint: ſed ad jus commune reditur; Ita Auſtregæ vel ideò adeundæ non ſunt, quoniam in locum Earum Ordinatio Provincialis, ſaltim quoad Principem, Conſiliarios ejus ſubſtituerat; adeoque nunc ubi ſurrogati illi recedunt, vel ab ipsô ordinante prætereuntur, ad Cameram tranſiri debet. * Quòd ſi autem poſt Pro- 13
vocationem inſtitutam Conſiliarii adhuc,

cauſam principalem ſe dijudicaturos eſſe, offerant: Tum verò num illis dijudicatio permittenda ſit? disquiritur. Sanè affectionem cauſæ non facilè deponere poſſe viden-
14 tur *Conſiliarii*. * Unde etiam der Chur-Fürſten und Stände verpflichten würcklichen Rähten / tantum permittendum eſſe placuit, ut (præterquam quòd calumniari non cenſeatur, quem officii neceſſitas excuſat: unde & Fiſcus in cc. Fiſcalibus de calumnia non jurat: Gail.*1.Obſ.90.* & Mynſ.*1.Obſ.74.*) ob dictam quoque rationem, à juramento Appellationis, velut etiam à *Calumniæ juramentis* in Camerâ, ſo viel ihrer Herrn Rechtfertigungs-Sachen betrifft / minimè tamen exceptis Procuratoribus, immunes ſint. *v.* R.A. *1654.* §. über dieſes. *43. cum præjud. in c. T. & Conſort. contrà* die S. H. &
15 *Conſort.* * Tantùm quòd ſi *Reviſorium* remedium inſtituerint, judicii Cameralis religio major cenſeatur, ut tunc, tanquàm vix à calumniâ immunes, juramentum Reviſor.
16 præſtare debeant. * Similiter Conſiliarii Statuum reliqui juramentum cal. *commune* non præſtant, ſed tamen juramentum cal. *Appellationis*, omnes, ſive Conſiliarii ſint Statuum ſive non, (exceptô tantùm Procuratore,) præſtare adſtringuntur: idque

ex

ex Reſolutione Cameræ d. 5. Sept. 1657. De Præfectis, qui Principum ſuorum cauſas agunt, *conf.* Dn. Mev. *Part. IV. Dec. CXIII.* * 17
Multò magis autem, qui in conſpectu Domini quotidiè verſantur Miniſtri, & jam ſemel partem gravârunt, affectionem Domini nunquam dimiſſuri videntur; * Et tamen, cùm ſemel ſubditi in eum controverſias ſuas cum Principe dirimendi modum conſenſerint, & adverſus iteratum gravamen non minùs ſubditis ſuccurri poſſit: ideò offerentibus ſe ad cauſæ principalis dijudicationem Conſiliariis, correctis illis, quæ vel ab his, vel à Principe, nulliter hactenùs acta fuerant, atque ſubmotis adeò gravaminibus, cauſa remittenda eſt. Friderus *Lib. 1. d. Proceſſ. c.* XX. *n. 4.* * Non attentis, 19
quæ ex Cothmanno *Vol. 1. Reſp.* XXX. *n. 34. ſeqq.* in contrarium adferri poſſent. Neque enim abſterreamur authoritate *Conſulentium*, qui Clientibus inſervientes, in aliena ſæpiùs abripiuntur, ùt Dn. Tabor conqueritur *de Confrontat. p. 190. & 193.* Ipſumque Cothmannum nominatim in clientes pronum fuiſſe oſtendit *Tr. d. Quæſtionib. 204.* 20
& 228. * Sed intenti Conſulentibus illud Epicharmi menti infixum teneamus: *Nervos atque artûs eſſe ſapientiæ: Non temerè*

Dd 2 *cre-*

21 *credere.* * Vult autem *Cothmannus* (1) Initium reſpici debere, quô cùm Proceſſus impetrarentur, adhuc gravamen extiterit. (2) ſemel fundatam eſſe jurisdictionem Cameralem, idque ſufficere. (3) jurisdi-
22 ctionem ejus per Citationem perpetuari. * Sed hæc omnia tantùm ad gravamina illata pertinent; non ad diſcuſſionem cauſæ principalis: ut velut gravamina emendare poteſt Camera, ſic principalem cauſam, in quâ nullum adhuc gravamen extat, remittere teneatur. Nec minùs etiam, ſi in eâdem Inſtantiâ privatus gravetur, adhuc (quemadmodum aliàs von der Fürſten Hofgerichten non ad Principem, ſed ad Cameram, (Meichſner. *Tom. 1. Deciſ. Cam.* XV. *fol. 266. & 27.*) ausgenommen die Hofgerichte der Chur- und Fürſten zu Sachſen und Brandenburg/ à quibus ad SS. EE. & *DDuc.* appellari debet,) ita nunc quoque ab ejusmodi Judicio ſingulari, & imò à *Commiſſariis* Principum omnibus, ſi perpetui ſint & *Ordinarii*, (ſic enim delegatam jurisdictionem eô ipsô non habent, Gylmann. *præjudic. p. 33.*) ut gravatus ad Cæſarem provocare poſ-
23 ſit, admittendum eſt. * Cæterùm ſi gravamen tale ſit, ut ab eo, antequam lis in Camerâ conteſtetur, gravans *deſiſtat*: nonne

ad

ad *litem conteſtandam* non adigetur? eò quòd declinatoriam ante lit. conteſt. objicere liceat, reſque in caſum devenerit, à quo incipere non poteſt? * Dicemus tum 24
non adigi, ſi gravamen nullum ſui veſtigium relinquat: aliàs, cùm effectus gravaminis adhuc dum exiſtat, quoad uſque non removeatur, ne quidem cauſam ipſius gravaminis ceſſare poſſe: velut è contrà ſi de quo diſceptari debeat, non extet, nil ad fundandum ſuperius judicium rationes *Cothmanni* valent, quippe quæ tantùm formalibus nituntur.

§. XXII. Quid porrò * ſi nullô exi- 1
ſtente judiciô ejuſmodi ſingulari inter Dominum ejuſque ſubditos, Princeps nihilominùs, vel quilibet *judex* alius, ad inſtantiam partis, non ſolùm pronunciet aut mandet extrajudicialiter; ſed & ipſe *ſimul tanquam pars* gravet, adeoque prorſus nulliter procedat? * Admitti Appellationem in Ca- 2
merâ docet Roding. *Lib. 3. Tit. XI. p. 558.* Et Cothmannus *in d. Reſponſ.* xxx. *n. 25. ſeqq.* in eâdem Proceſſûs decretos fuiſſe, ex multis caſibus ſe compertum eſſe ſcribit: * Neſcio 3
tamen an illud, quod dictus *Cothmanno* tradit, fieri ſoleat, ut ſimul contrà judicem tanquam judicẽ gravantẽ, & eundem, tanquam

4 Partem, Proceſſus decernantur: * Aut an aliorum diſtinctio recipienda ſit, quando doctrinam *Rodingii* ratione diverſi puncti accipiunt: quaſi quoad gravamen à judice ut tali procedens appellatio admiſſa; ſed quat. idem ùt pars gravat, prohibita ſit: (eò citantes *arg. l. 29. ff. d. Minor. l. 15. C. d. ſent.*) Niſi capita litis inſeparabilia fuerint: Nam ita appellationem tanquam favorabilem
5 admittendam fore. * Siquidem quando Judex tanquam Judex & Pars ſimul gravâſſe cenſetur, non attentô, quòd extrajudicialiter procedens Magiſtratus tanquam privatus proceſſiſſe videatur: Hondedæus *vol. 1. Conſ.* LXXXII. *n. 24.* (Nam illud aliò pertinet:) poſterior reſpectus ceſſat, & tantùm ùt *judicis* gravamina, quæcunque intervenerunt, conſiderantur, indeque in omnibus decernitur Inhibitio: *præjudic. in causâ* Büſau *contrà* Brandenburg / *anno 588. vid.* Gylmann. *vel Auth. præjudic. voc. Inhibi-*
6 *tio.* §. *Quando judex.* * Imò ſi quando nec dignoſci poſſit, an Magiſtratus tanquam judex, an verò tanquam pars, an utroque modô, proceſſerit? quod ſæpius accidere ſolet: favore Appellationis, quanquam Partis periculô, proceſſus decernuntur. Meichsner.
7 *Dec. Cam. P. I. Dec. ult. n. 12. ſeqq.* * Ut adeò,

eò, maximè in caſu, ubi Magiſtratum tanquam judicem gravâſſe certum eſt, ad *continentiam cauſæ* confugere cum *Cothmanno* neceſſe non habeamus, quo Cameræ fundetur jurisdictio, atque gravamina à Magiſtratu ut parte illata cæteris jungantur: quâ quidem ratione duplices Proceſſus in hâc causâ non eò magis decerni debent. * 8
Quid quòd etiam ad hoc, ut fundetur ſecunda Appellationis inſtantia, continentiam adeò valere non appareat: quamvis in cauſis Mandatorum illam operari indubium ſit. Utique cumulatio actionum, quæ quidem cum noſtrâ Continentiâ pauca communia habet, in ſecundâ demum inſtantiâ fieri non poteſt, *v.* Heſſiſche *Succeſs.* Acten *in Replic. & concluſ. pag. 124. ſeqq.* * 9
Etiamſi hoc quidem admittatur, ut cùm quis in primâ inſtantiâ ex causâ pignoris egiſſet, & ſententiâ gravatus appellâſſet, in ſecundâ inſtantiâ de Dominio etiam quæſtionem movere queat. Friderus *d. Continent. c.* XI. § *13. 14.* Item ut res de quâ in prima inſtantia nec dictum nec cogitatum eſt, in ſecundam inſtantiam ex continentiâ trahatur: quam in rem d. Friderus *eôd. Tr. c. II.* § *15.* (ubi judex ſuperior in bona, in quæ inferior, velut Epiſcopus, jurisdictionem non habebat, rectè executionem

 de-

decernit,) adeundus eſt. * Verùm ita non fundat forum ſecundæ inſtantiæ, ſed cau-
10 ſam litis ſolùm auget continentia. * Accedit quòd de Continentiâ poſt litem conteſtatam, ad quam Appellatio reduci ſolet, fruſtrà diſputetur. Cravett. *Conſ. DCCC. XVIII.*
11 *n. 2.* * De interveniente tamen conſtat, quòd in eò cauſæ continentia cum diſtinct. Mindani *d. tr. c. IX. n. 9.* forum in ſecundâ inſtantiâ fundet: Attamen huic illa inſtantia reverà non niſi prima eſt: prout nos quidem de continentiâ propriè dictâ loquimur; non etiam de quâlibet proceſſûs ipſius connexione, veluti ſi quis ex prorogatione
12 legali continentiam fluere dicat. * Quâ ratione certum eſt, ſicut cauſa reconventionis coram judice conventionis, (non ob continentiam propriè dictam, ſed ob prorogationem Legalem,) tractatur, quòd ita etiam, quamvis ſolùm in cauſâ conventionis appellatum ſit, unà cauſa reconventionis devoluta eſſe cenſeatur: quod & docet *Magnif.* Dn. Jacobi *Regim. Princip. quod Gieſæ eſt & Academiæ Cancellarius, in Diſp. Gradual. d. Mandat. & contin. cauſar. inter Diſpp. vol. II. Schütziani, D. VI. th. 31. lit. b.*
13 * Imò ſi in primâ inſtantiâ cœpta non fuerit prorogatio, (ſpontanea ſcil.) ſaltim quoad

Ca-

Cameram Imperialem, ſanè hujus juriſdi-ctio neque expreſsè neque tacitè quoad cauſas Appellationum prorogabitur: cujus tamen aliàs juriſdictio quoad primam inſtantiam prorogari potuiſſet: *v.* Schvvanemann, *Obſ. Cam. XV.* * Quin igitur in propoſitâ de duplici gravamine quæſtione, & ob id fundandâ juriſdictione Camerali, in eâ præſumptione rectiùs acquieſcamus: quâ judex etiam gravans, ùt pars judicis authoritate abuſus eſſe cenſetur. 14

§. XXIII. Quòd ſi verò non ab eodem proceſſerint gravamina, qui nempe ſimul ùt Judex & ut Pars gravavit; ſed à *diverſis*, quorum diverſa etiam *fora* ſunt: ita multùm utique facit ad excludendas Auſtregas *Continentia*, quò ad Cameram provocari tanquam in primâ inſtantiâ poſſit. Nam ita non tantùm querela in *Dominum* ſimul & *ſubditum* ejus tanquam correos intentata, (*v.* Concept der C. G. O. *P. II. Tit. IX.* §. *fin.*) item ſi Epiſcopus cum ſuo Capitulo conveniri velit, (Gylmann. *in Præjud. voc. Continentia.* §. *Epiſcopus.*) ad Cameram pertinet; verùm etiam ſi plures Imperio immediatè ſubjecti & qui diverſos judices Auſtregarum habent, unâ actione conveniendi ſint, illa judex eſt. * Et imò non tantùm ratione 1 2

tione Reorum Continentia forum Cam. fundat, ſed & ratione *Actorum:* ceu in c. Epiſcopi & Capituli S. contrà Baronem S. Citatio ad videndum caſſari transactionem decreta fuit; licèt Reus tanquam imme-
3 diatus privilegiô Auſtregarum gauderet. * Quòd ſi verò *Principem & Officialem* ejus quis convenire vellet, ex continentiâ Proceſſus non decernerentur: ne Auſtregas
4 ſemper elidendi daretur occaſio. * Potiùs diſtinguendum eſt, ut ſi *principaliter jus Principis* vertatur, ſecundariò Magiſtratûs vel Officialis, veluti ſi juſſu & inſtinctu Domini quid peregerit, ſi operam ſolùm attulerit, & Dominus facta ejus præſtare velit, Proceſſus in Camerâ denegentur, & cum Domino ſubditi Auſtregis frui queant: *Rec. Deput. 1600.* §. gleicher maſſen. 24. Roding. *Lib. 1. Pand. Cam. Tit. IV.* §. 7. *& 8. item* Blumius *Tit. XL. d. Contin. cauſ.* §. 13.
5 * Quò præjudicium Cam. d. 29. Mart. 1661. referendum eſt: In angemaſſter Appellations-Sache J. D. von D. H. wider Fürſtl. Pfaltz-Neuburgiſche Cantzlar und Räthe zu D. und Conſ., in ſpecie Hn. P. W. Pfaltzgrafen betreffend/ iſt auf angenommene Vertrettung erkant/ daß ſolche Sach ihrer Beſchaffenheit nach/ an diß K. Cammer-Gericht nicht

nicht erwachſen / ſondern gedachter Appellant die Gerichts-Koſten/an dieſem K. Cammer-Gericht derowegen aufgeloſſen/ gemeldtem Herrn Intervenienten/ nach Richterlicher Ermäßigung/ zu entrichten ſchuldig ſeyn ſolle; jedoch ihme Appellanten / wo er vermeynt/von gedachtem Herrn Interveniente, als Parte gravirt zu ſeyn/ ſeine Nothdurfft gehöriger Orten/ wie ſichs gebührt/ auszuführen ohnbenommen/ ſondern vorbehalten.

* Sed tamen Comites, quippe qui à mediatis conventi jus Auſtregarum, licèt ùt partes gravaverint, non habent, protinùs in Cam. ſiſtuntur: ſicuti ex ſeq. præjudicio videre eſt. In c. S.S. contrà J.M. Moſcheroſch & Hn. Grafen Fr. C. zu Hanau intervenienten Citationis ſuper Nullit. cum compulſorialibus: Daß bey der Gräfflichen H. Cantzley in dieſer Sache nichtig und übel procedirt und geurtheilt/ dannenhero was alſo mit Abnöthigung der Reverſalien/auch erkannter und vollzogener Stadt- und Lands-Verweiſung/und in andere Wege mehr vorgangen / dem Kläger in ſeinen Ehren ohnnachläßig zu caſſiren und aufzuheben/ die abgenöthigte revers zu extradiren/ und gedr. Bekl. und Intervenient dazu zu condemniren/ ꝛc. Als wir/ ꝛc. berührten M. in die Gerichts-Koſten derohalben aufgeloſſen/ 6

koſten / ihm dem Klåger ꝛc. fållig ertheilend. (Addamus quæ ſequuntur.) Nicht weniger iſt gegen denſelben wegen ſeiner bey dieſer Sach verůbten Ungebůhr die Straff einer Marck lôt. Golds dem K. Fiſco innerhalb Monats friſt zu bezahlen vorbehalten. So dann ſeind mehrernennten Beklagten und intervenienten zu wůrcklicher Execution pro T. & P. angeſetzt. ſi non fiat, pœn. 10. M. lôt. Golds: & quòd tunc ad implorationem ulteriorem de reali Executione

7 proſpici debeat. * In caſu contrariò, ſi *Principis* cujusdam non niſi *ſecundariò interfuiſſet*; (Gylmann. *d. voc.* §. *Verum*) aut ſi jus ob quod conveniendus eſſet Princeps cum Subditis, ad illum & hos *jure univerſitatis* ſpectaret; ùt paſcendi, venandi; (Schvvanm. *Obſ. 24.*) vel ſi ſubditus ex propriô factô, ob quod convenitur, condemnari queat, puta quòd exceſſerit Mandatum Domini, fecerit quid in proprium ſui commodum; Proceſſus in Camera con-

8 cedendi forent. * Quid ſi Princeps ejuſque Cancellarius *injuriam* alicui intulerint? ſi contrà utrumque gravatus injuriarum experiri velit, etiam in Camera ei Proceſſus non denegabuntur.

1 §. XXIV. Unum * ut expediamus de

Que-

Querelis ſubditorum, operæ pretium eſt. Exigit Princeps & Status Imperii à ſubditis in Feudo, quod Majores illius Principi Electori obtulerant, contributiones, eosque repugnantes carceri mancipare, pignorare, &c. curat. *Subditi ad Dominum Feudi provocant:* num rectè? quæritur, & an Dominus Feudi *Inhibitionem* decernere poſſit? *Neutrum rectè procedit: Nam ſubditi Vaſalli non ſunt ſubditi Domini Feudi: Beſoldus *Conſ. CCXXXIII. n. 76.* * Vaſallus, etiam Nobilis immediatus, poteſt in bonis Feudalibus *Religionem & Politicam*, absque conſenſu & diſpoſitione Domini, & ſic invitô eô, mutare aut conſtituere: cùm hoc privilegium & jus perſonæ non fundi ſit, Mindan. *d. Proceſſ. extr. c. XXXII.* * quodque ut exerceat immediatus, aut qui ſuperiorit. territorialem habet, impedire Dominus Feudi, aut ne ita deterioretur, Vaſallum admonere, non poſſit. D. Unraht *d. jurisd. Eccl. Nobil. Immed.* §. 23. *ſeqq.* §. 70. Marta *part. 1. d. jurisd. Caſ.* CXIX. * Præcipuè in *Feudo ſimpliciter oblato*, einem auffgetragenen Lehn/ ubi protectio nil præbet jurisdictionis; Weſenb. *conſ.* XLVIII. *n. 30.* nec immediatas tollitur; D. Strauchius *Diſſ. Exot.* X. §. 21. *pag.* 292. *ſeq.* aut Libertas antè habita im-

2
3
4
5

ta imminuitur. Sixtin. *Conſ. Marp. VIII. n. 45.* & Gylmann. *Symphor. Tom. I. P. I. Tit. IV. fol. 300.* Matth. Steph. *II. d. Jurisd. p. I. c. VII. n. 177.* Unde nec iidem modi ſunt committendi Feuda oblata, qui in cæteris. Beſold.
6 *conſil. VII. fol. 164.* & *conſ. LVII. n. 83.* (* Licèt aliàs quoad conſtituendi modum, ſi actum ultimum reſpicias, Feuda oblata ab alis non differant. Roſenth. *c. VI. concl. 68. n. 22.* Dn. Eiben. *in cap. IX. Elect. Feud.* §. *XXI.*)
7 *Videlicet ubiq; in iſtis Vaſalli mitiùs haberi debent; quanquam de cætero, non niſi cum temporum, Vaſallorum item & Dominorum diſtinctione, accipiendum, & per ſe abſolutè verum non ſit, quod *apud* Beſoldum legitur *in Theſ. Pract. lit. R. n. 37.* die gute Lehen ſeynd alle freywillig auffgetragen / die ſchlechte allein aus Gnaden gegeben.
8 * Igitur non tantùm ſi ſubditi, contrà inſtituta Majorum ſe gravatos eſſe opinantes, adv. Dominum acturi ſunt, Magiſtratum Ordinarium adibunt, non Dominum Feudi; Gylmann. *Lib. II. Dec. 3. n. 5.* ſed & ſi per modum querelæ ad Proceſſum Mandati res reſpiciat, itidem Camera in Immediatos judex erit. *jx. O. C. P. II.*
9 *Tit. XXI.* * Et ſic quoque Provocationes à gravamine extrajudiciali vim conventionis ſortientur. Mynſ. *IV. Obſ. XLIII. n. 3.*

§. XXV.

§. XXV. Equidem * Dominus Feudi introſpicere in *deteriorationem* Feudi poteſt, hat aber darüber keine Erkäntnüs / ſondern ſteht ihm in gewiſſer Maße die Abmahnung zu / quæ poſtquam debitô tempore & modô interpoſita & ſpreta eſt, actionem dehortanti ad privationem coram Paribus Curiæ vel Ordinario inſtituendam parit: * Adeò, ut ſi Dominus directus Vaſallum in compeſcendo ſubditos Feudi turbet, hic officium judicis Ordinarii implorare; (*v.* Vultej *II. d. Feudis. c. 1. n. 16.*) aut interdictum uti poſſidetis inſtituere valeat. Lud. Poſth. *d. Manutenend. Obſ* XVI. *n. 6, 7.* Rulant. *Part.* III. *d. Commiſſ. c.* XIX. *n. 13.* * Certè Feudum oblatum ùt non poteſt deterioratione committi, ceu nec Feudum emptum: Cravetta *conſ. VI. n. 109. ubi ppl.* Ita ad hoc ut privatio ſubſequatur, dehortari etiam Vaſallum non licet. * Quid quòd ſubditi manifeſtè gravamina ſua ante omnia demonſtrare debeant. *l. 1. C. in quib. cc. col. cenſ.* cùmque per judicem pronunciatum fuerit, tum demum Provinciæ Moderator providere queat. *l. 23. C. d. Agric. & Cenſ. §. 1.* Merckelbach. *inter Conſ. Klockii d. Contribut. conſ. V. p. 75.* * Ut ita in aliis etiam Feudis, antequam Domino Feudi de deterio-

ratione

ratione conſtet, hic dehortari vaſallum non debeat: ne ex inpræjudicium ad privationem naſcatur: Argentorat. 1. *Conſ. XXVI. qu. 3.* præcipuè ſi comminatio privationis protinus inſeri velit, cùm quidem citrà comminationem præmiſſam Feudum commiſſum cenſeri, aut commiſſi perſecutio
6 dari non poſſit. * Sanè Cæſar ne quidem protinùs Inhibitionem ad ſubditorum querelam in ſupremis decerni vult judiciis, uti ſuprà oſtenſum eſt. Et tamen Cæſareæ Majeſtati fortiùs adſtringuntur, quanquam non immediatè (nec etiam cumulativè cum Statibus, ſed ſubordinatè) ſubditi Statuum; quàm ipſis Statibus. (Diſſ. Tenzel. *d. l. Subject. c. 2.* §. 63. *v.* Dn. Tabor. *d. l. Ob-*
7 *ſtag. c. 4.* §. 8.) * Imò ipſi Statûs Imperii non Vaſalli tantùm ſunt Cæſaris, ſed & *ſubditi:* & ab eôdem Regalia ſua Dignitatemque, in Feudo oblato, is Imperii Status habet, qui iſtud alii itidem Imperii Statui obtule-
8 rat: * Ut adeò qui Statûs etiam univerſos & *collectivè* ſumtos, ſubditos Cæſaris eſſe negant, aut quod magis eſt, *fœdere* tantùm Cæſari nexos aſſerunt, imperitos ſe publicarum rerum prodant & Statûs Imperii. Num enim major fingi poteſt ſubjectio, quàm illa Proteſtantium, quos tamen Cæ-

ſaream

ſaream Majeſtatem non adeò venerari Status Catholici iniquè conjecerant, *apud* Hortleder. von Urſachen des T. Kriegs. *L.* VI. *fol.* 44. *in Informat. Cancell. Brandenb.* „daß Sie ſich auch mit ihren Leibern/ Lan„den/ Leuten/ Haab und Gütern Ihrer „Käyſerl. Majeſt./ die Sie in dem allein für „ihren Rechten einigen Herrn und Käyſer „erkennten/ ohne Mittel alſo unterworffen/ „daß Ihre Majeſtät des alles mächtig ſeyn „ſoll.

§. XXVI. Imò, * ut hic occaſioni de- 1
ſerviamus, in Cæſare *plus* eſt *Majeſtatis* er-
gà Status Imperii, *quàm Domini directi*, in-
deque cùm in Statibus ſubjectio præpon-
deret, præ fide Vaſallitica: ideò illi in abſtra-
cto, h. e. ratione perſonæ ſuæ; non tantùm
in concreto, und nur allein der Lehen wegen/
obligati erunt: * (ceu aliàs quoque Vaſal- 2
lus eſſe quis poteſt Statûs cujusdam Impe-
rii, qui tamen ratione perſonæ ſubditus tan-
tùm Cæſaris & immediatus eſt. Limnæ-
us. *Lib.* 1. *Jur. Publ. c.* 7. *n.* 99. & Myler. *in
c.* XI. *d. Princip. & Statib. Imp. n.* 9. *ſeqq.*)
* Nonne enim Dignitates Statuum Impe- 3
rii illis plus competunt quà Civibus, quàm
quà Vaſallis? ſiquidem multi bona & qui-
dem ſub Imperio non habent: * Nam im- 4

Ee me-

mediata bona quidem, (& nec Feudalia præciſè,) ad jus Comitiorum ſolùm requiruntur; ſed ad Dignitatem hodienum bona mediata ubicunque ſita ſufficiunt. *v. artic. XLIV.* Capitul. *Inviċtiſſ. Imp.* Dn. Leopoldi.
5 * Videlicet *Statûs Immedietas* quoad *formam* in ſubjectione perſonæ ſeu obedientiâ, tam activâ quàm paſſivâ, uni & ſoli Imperatori primò & ἀμέσως debitâ, conſiſtit: *Subjectivè* autem in tali perſona, quæ poſſeſſione bonorum ſub & in Imperio immediatè ſitorum prædita ſit, h. e. talium, quæ non ſolùm Imperio ac poteſtate Regni *Germanici*, ſed & agris & finibus ejusdem comprehendantur: ut autem quis bona hæc ab Imperio immediatè, id eſt, jure *Feudi*
6 immediatè recognoſcat, non requiritur; * Quàm malè igitur Schindlerus *in Character. Stat. Imp. Aphor. XI.* tam bonorum immedietati inhæſit, ut eum qui Status Imperii anteà fuit, talem non ampliùs remanere aſſeruerit, poſtquam immediata bona habere *deſiit*: pravâ videlicet *Lampadii* Superioritate territoriali, ex Comitiorum jure petitâ, & exinde deductâ Statûs defini-
7 tione, deceptus. * Neque verò quæ ad jus quoddam acquirendum requiruntur, etiam ad idem retinendum neceſſaria ſunt. *v. l. 85.*

§. *1.*

§. *1. d. R. I. & arg. l. 15.* § *f. qui ſatisd. cog.* Sichard. *ad l. 4. C. d. Uſur. n. 8* Ant. Fab. *C. tit. d. dedit. Lib. toll. II. 24.* * De *Epiſcopis* illud 8
obſervandum eſt, quòd licet quoad *Officium Epiſcopale* Pontifici ſubſint. (Non enim de nudis Cæremoniis inter Henricum V. & Calixtum II. actum fuit: ùt rectè contrà *M. A. d. Dominis Lib. VI. d. Rep. Eccl. c. VII. n. 116. ſeqq.* Lud. Hug. *d. S. R. G.* §. *16. cap. IV.*)
*In cæteris tamen & reſpectu *Dominiorum* 9
Secularium Cæſari obediant. *v.* Gail. *1. d. P. P. c. 8. n. 8.* Unde (1) contrà eos eos citatio ſuper Pac. Publ., in cc. item Arreſt. Lit. poſſ. & ex aliis Imperii Conſtitt decernitur. (2) Contributiones & Collectas Imperio ſolvunt, atque contrà eos Fiſcalis Cam. in contumaciam procedit. (3) Bonis ſecularibus à Cæſar. Majeſt. privari poſſunt. Goldaſt. *Tom. 1. Conſt. Imp. p. 251.* (4) Feuda eorum aperta ad Imperatorem & Imperium pertinent. *v.* Mandat. Rudolph. II. *ad Capitulum Argent. d. 8. Maji. 1592.* (5) Imperatori in omnibus aſſiſtere & obedire tenentur. *v.* Baron. *Tom. XII. Annal. ad ann. 1186.* (6) à ſententiis eorum, wieder ihre in cauſis prophanis eröffnete Urtheil / dirigitur appellatio an die höhere Weltliche / und gar nicht an ihre Geiſtliche Obrigkeit. Th. Merckel-

kelbach. *apud* Klock. *vol. 1. Conſ. XIV. n. 71.*
10 *Adeòque Imperii quoq; Epiſcopi non tantùm nudi Cæſaris Vaſalli ſunt, eique juramentum fidelitatis præſtare tenentur, (vide *Epiſtolas à Carolo VII. R. G. ad Pontif. & ab hoc viciſſim ad Regem datos, & ad neceſſitatem juramenti illius ab Epiſcopis præſtandi pertinentes, in Spicilegio veterum Scriptorum, &c. Tom. VII. à* L. Daſcheto *Pariſiis edito;*) ſed ab antiquo vi homagii & cùm nulla adhuc dum bona ab Imperio tenerent, (*v.* D. Buſchium *d. Nat. & Jur. Bon. Eccl. Membr. I.* §. *XI. p. 77.*) ſubditi Imperatoriæ Majeſta-
11 tis fuerunt. * Uti autem veriſſimum eſt, omnem Imperii Vaſallum ſubditum quoque ejus eſſe; ita falſum eſt, omnem civem, cùm & exteri Dignitates civiles ſuſtineant,
12 ſubditum eſſe Imperii: * falſum item eſt, omnes Imperii Statûs, ùt ſubditi ſunt, ita etiam Vaſallos eſſe: Nam præter Principes nulla bona in Imperio, & ne quidem ex jure familiæ, tenentes, ùt aliàs ſunt ſecundogeniti, floridum Civitatum Imperialium corpus maximam partem nil Feudalium bo-
13 norum poſſidet. * Imò integri Principatus & Comitatus ab antiquo *allodiales* ſunt, indeque ab Imperio recogniti Sonnenlehen dicuntur: quod oſtendit Author der Kön.

Den-

Dennem. und Gottorff. Deduct. contr. Plön. Ubi inter alia: *in pag. 18.* Es bezeugen die Gülchiſche Retroacta publica und mehr andere exempla, daß in antiquitate Fürſtenthümer und Grafſchafften des Reichs/ von Frauen als Allodial-Gut oder als Erblehen oder Sonnenlehen / oder ſonſt nach Eigenſchafft eines allodii beſeſſen / reſpectivè in dotem gegeben / und davon liberè diſponiret: ſo daß keines wegs folgt /fuit olim Lehenrührig/ ergò olim & originariè fuit Feudum maſculinum. * Ita ex Hamelmann. *in* 14
Chron. Oldenb. fol. 35.50. Henricum IV. Imp. Comiti Hunoni, Comitatûs Oldenb. & Delmenh. non tanquam feuda ſubinveſtiiſſe; ſed pro puro allodio reſtituiſſe, eoſdemqve demum ab anno 1531. Cæſari in Feudum oblatos eſſe, tradit. *conf. etiam p. 19. ſeqq.* ubi von der Herſchafft Jever.
* Quid quòd Dn. Mylerus *in c. XIV. Nomol.* 15
§. 4. præſumptionem *rem allodialem eſſe*, in bonis etiam Regalem dignitatem annexam habentibus, obtinere cum *Sixtino Roſenthalio, &c.* doceat. Verùm hæc omnia *ὡς ἐν παρόδῳ.*

§. XXVII. Jam ulteriùs, * ſi Collectas E
exigat Vaſallus die zur Rettung des Lands dienen / cùm hactenus ipſe Dominus di-

rectus Feudum, quod longô tempore detinuerat, preſſiſſet, neque ulla diſpunxiſſet credita; tum v. exceſſiſſe utique non videbitur: Boër. *Dec.* CCCIV. *n. 4.* quippe quòd quilibet etiam Vaſallus qui Regalia habet, ſubditos, quantum expedit, collectare queat: Beſoldus *Tr. de Ærario pag. 121.*
2 at: Beſoldus *Tr. de Ærario pag. 121.* * & plurimum ad hoc requiratur, ut Vaſalli dolus vel culpa lata, (quod ut privatio indici poſſit, fieri debet,) oſtendi queat; Roſenthal. *c. L. d. Feud. concl.* XXXIII. *n. 32.* atque inſignis ejusmodi probetur deterioratio, quæ ad perpetuam rei Feudalis jacturam pertineat. Schrader. *P. IX. d. Feud. c. VI. n. 69.* & Vultejus *Lib. I. Feud. c. XI. n. 391.* Multò
3 itaque * minùs ante perfectam immanis ſævitiæ probationem ſubditis licet, ut ſe Magiſtratui ſuo ordinario ſubtrahant, *l. cùm ſatis. pen. §. caveant. C. d. Agricol. & Cenſ. l. 23. ff. quod met. cauſ.* ipſeque Dominus directus, der ſeinem Lehen-Mann mit Leib und Gut beyzuſpringen gehalten iſt / non debet durch die Hegung der Rebellen / maximè in Feudis oblatis, ſcandala præbere aliis Imperii Statibus eorumve Vaſallis &
4 ſubditis: * Verùm potiùs Vaſallo permittere ut injuriam, ſibi ratione Officii illatam, aut ipſe, quod poteſt, Farinac. *q.* XVII. *n. 45.* coërceat; aut, quod ei liberũ eſt, rem aliis

Ar-

Arbitris committar,(Knichen *d.ſublim.Territ. jur. cap.1.382.*)quorum judicio ſe ceſſurum eſſe pollicetur.Et juxta hæc ferè *in graviſſ. causâ S. P. E. D. S. D. M. C. & E. A. B.E. T.menſ. Dec. ann. 1669.* conſultus reſpondi.

1 §. XXVIII. Tandem * de *Commiſſariis ab Aula Deputatis*, von Hofaus / accuratiùs diſpiciendum eſt: * Nam illos ab *Auſtregarũ* 2
Commiſſariis probè diſtinguere convenit, cùm etiam hi aliquando à Cæſareâ Majeſt. impetrandi ſint. * Nempe Commiſſarii Au- 3
ſtregarum vel *ſimpliciter Authoritate Legis* nituntur,nec Reſcriptum ullum Cæſaris deſiderant: ùt quando Princeps, ex Principibus à Reo nominatis, quem eligit; Vel *ſpecialiter Cæſar* pro Commiſſario Auſtreg. *implorandus* eſt: ùt in C.G.O. *P. II. Tit. 3.* in primâ viâ: & *in Tit. 4.* §. zum vierdten. *item in Tit. 5.* * Quocircà in der R. H. O. 4
Tit. 2 §. Dieweil aber. requiritur, ut in ſpecie pro Commiſſario, vermög der Austräg / ſupplicetur, ne aliàs Partes in Commiſſionem cum Voto incidant: quanquam nihilominus, per omiſſionem illius formulæ, Reo non præjudicari, eive privilegium Auſtregarum eripi, queat. * Interea impe- 5
tratis quoque vigore Auſtregarum Commiſſariis quandoque à Cæſare injungi ſolet, ut ſi Partes amicabiliter componere non

poſſint, Bericht tranſmittant, ad quam deinde, (ubi Commiſſarii Auſtregarum plenam decidendi facultatem habere deberent,) Aulicum Imperiale judicium pronunciare ſolet: ita verò Pars læſa impeditur, ne, ùt ab Auſtregarum pronunciatio fieri potuiſſet, ad Cameram per Appella-
6 tionem procedere queat. * Nunquam videlicet Commiſſarii cum voto decerni debent, quando Auſtregæ obtinent; ſed tunc demum, ſi propria Aulæ jurisdictio locum habet, dum nempe Mandata impetrari poſſunt, vel aliter Auſtregæ locùm non habuiſſent; ceu Mediatus adverſus Comitem, quia illum in Aulâ rectè conveniret, etiam Commiſſionem von Hof auß rectè
7 impetrat. * Ut adeò ubi Auſtregæ deficiunt, latior (etiam ratione cauſarum,) Cæſaris, & quidem in Aulâ, (ſiquidem ejuſmodi Commiſſiones ad totam cauſam Camera
8 non decernit,) ſe exſerat jurisdictio. * Neq; tamen Commiſſarii tales ſolùm ad inſtantiam Partium, verùm etiam ex Officio quan-
9 doque deputari ſolent. * Sed utrobique tamen ùt plurimùm non niſi votum habent. Nam poſtquam Commiſſarius aliquis Commiſſionem ſuſcepit, Partes prævià Commiſſionis notificatione citat. Hæc Commiſſio Partibus comparentibus aperitur, præmonſtra-

ſtratô ejuſdem à ſubdelegatis ſubdelegationis Inſtrumentô. Partes v. gratias agunt & deſideria ſua exponunt. Tum deinde Protocolla Commiſſariorum accuratè cum Protocollis Partium, ne diſſonent, conferuntur; Sequitur tandem Relatio Commiſſariorum cum voto, ſi illud Cæſarea Majeſtas quod ferè nunquam non fieri ſolet, exegerit; Et quidem ut Commiſſarii ad Relationem ſuam maturandam permoveantur, aliquando ad eos Reſcripto à Cæſ. impetratô opus eſt. * Sunt, qui Partibus Re- 10
lationes ejuſmodi communicandas eſſe volunt, idque *jx. l. 1. C. d. Relat.* quò ſi non ſatis plenæ aut actis contrariæ eſſent, ſuppleri vel emendari poſſent, adeòque defenſio Partibus integra ſit: quod jam non examino; ùt nec quòd *Novellæ* cxxv. adverſari opinantur, Commiſſarios ejuſmodi nil decidere. * Illud certum eſt, quòd etiam u- 11
bi ex officio Cæſar. Majeſt. Commiſſarios Partium gratiâ decernit, *ſumtus* communi impensâ erogari debeant: ceu aliàs ab impetrantibus illi fiunt, & finitô conventu Subdelegatis eorumque Secretariis ab illis honoraria præſtandi ſunt.

§. XXIX. Quibus * ita præmiſſis, ut in 1
genere quid de Appellatione à Commiſſariis ab Aulâ Deputatis, ſive ſuprema Cæſa-

ris, ſive Subalterna Principis & Statûs Imperii ea fuerit, ſentiendum ſit, generali di-
2 ſtinctione expediemus. * Equidem ſi cauſæ cognitio ad ſummum *Appellationum judicium*, veluti Provinciale non pertineat, ab ejusmodi Conſiliariis gravatus ad Principem appellabit: Si eò pertineat; tum verò Commiſſio vel ad actum Extrajudicialem
3 vel judicialem facta eſt. * *Priori caſu* Appellatio penitùs locum non habet, ſed coram Superiore tantùm cauſæ allegari poſſunt, idque maturè, cur Commiſſio, aut actus v. c. Executionis, vel alius, citrà cauſæ cognitionem fieri non debeat. Petet autem gravandus à Commiſſario eò usque actum differ-
4 ri donec de causâ cognitum ſit: * Et ſi ab eo non audiatur, tum verò licèt à Committente non poſſet; tamen tanquam à Commiſſarii iniquitate, nullam dilationem admittente, ut Exceptiones coram judice ſuperiori
5 allegare liceat, rectè appellabitur. * Nec minùs ſi actum non præverterit is, contrà quem decreta eſt commiſſio, ſed per exceſſum Commiſſarii læſus ſit, ad ſuperius judicium, das Hof-oder Land-Gericht appellabit: cùm eatenùs pro Commiſſario habendus non ſit, quatenus in re ſibi mandatâ ex-
6 cedit. * *Poſteriori* caſû, licèt Committens

ipſe

ipſe inappellabilis, Scacc. *qu.* XVI. *d. Appell. n. 17. junct. qu.* VIII. *art. 2. n. 14. ſeqq.* & vel *Cæſar* fuerit, tamen ad ſupremum in Provinciâ (vel Imperiô) judicium à Decretis & ſententiis Commiſſariorum Partes provocare, & imò ſi de Commiſſarii jurisdictione dubitent, Cæſarem pro tenore Commiſſionis declarando maturè conſulere, & vel Commiſſario, ſi terminos egrediantur, reſiſtere poſſint. Gail. *l. Obſ. 36. n. 4. & 5.* * 7
Quanquam enim Cæſarea Majeſtas ejusque judicium Aulicum, & ad ejus imitationem, ſacri Imperii Statûs, non facilè Commiſſariis ejusmodi decernendi, ſed unicè *cognoſcendi* poteſtatem delegent, atque deſuper „referri jubeant: Daß ſie die Parthеyen in „ihrem Vorbringen gegeneinander anhö„ren / aller Sachen Bewandniß erkundigen / „und da möglich / ſolche in der Güte verglei„chen: auch falls ſelbige nicht Statt fin„den thäte / alle Acta, ſampt ihrem Beden„cken / Ihrer Käyſerlichen Majeſtät zu recht„mäßigem Entſcheid / überſchicken ſollen.
*Tamen ſi fortaſſis illud fiat, vel etiam quâcunque ratione, dum cauſa cognoſcitur, Decretis, juſſibus, aliove actu partes graventur, appellationem, vel ad Aulam Cæſaream, vel ad ipſum quoque Auguſtiſſ. 8

Ca-

9 Cameræ judicium, inſtituitur: * adeò ut cùm in Commiſſariis à S. Cæſar. Majeſt. deputatis dubitaretur, num, præcipuè ob Majeſtatis ſuæ *præventionem*, adhuc ad Cameram, tanquam concurrens judicium, appellari poſſet? (*vid.* Græveum *ad Gail. I. Obſ. CXXI. conſ. 1. n. 2. &* Carpzov. *Lib. III. Reſponſ. Elect. Tit. XII. Reſp.* CXXIV. *n. 15.*) Tamen Commiſſariorum ea Conſtitutio præventionem inducere adeò non viſa ſit, ut non adhuc ab illis perinde, ceu aliàs ab Auſtregarum Commiſſariis, tanquam Lege perpetuâ conſtitutis, & Delegatorum propriè ſic dictorum vicem non obeuntibus, ad Cameram provocare liceret. *conf. Referentem apud* Meichſner. *Tom. IV. Dec. IV. n. 14. 15. &* Gylmann. *T. II. Symph. T. II. vot.* XIX.

10 * Quô de nos ampliùs ambigere non patitur die Reichs Hof R. Ordn. *Invictiſſ. & gl. mem. Imper. Ferd.* III. *Tit.* II. §. Dies weil aber. ibi: Und ſteht in dieſem fall vermög unſerer Cammergerichts Ordnung denen Partheyen die Appellation von Urtheiln der Commiſſarien an Uns oder un-

11 ,, ſer Käyſerl. Cammergericht bevor. * Emicat ex eo ſingularis Cæſareæ Majeſtatis benignitas & indulgentia! Nam Sereniſſ. Elector Saxoniæ, ut à Commiſſariis ejus

co-

eorumque Decreto ad Curias Provinciales appelletur, non admittit. * Et profectò, ſi 12
non ea ratio, quàm hîc unicè invenire potuit Carpzovius, quòd ſcil. concurrentia, & exinde procedens præventio, in ſecunda inſtantia non conſideretur, *Tit. XVIII. n. 53. & 16.* ſufficit: prout inſuper falſa eſt: ſatis conditio delegationis Provocationem ad judicium Camerale excludere potuiſſet: cùm non vi der Ordnung/ ſed per meram delegationem, & quandoque etiam ad Inſtantiam privatorum, à Majeſtate Cæſareâ deputentur: quæ etiam conſideratio adhuc Textorem detinuit *in D. XI. ad R. I. 1654. th. 84.* * Et cur *in annis 565. & ſeqq.* illam *Carpzovii* rationem non vidiſſent Aſſeſſores, 13
cùm contraria hâc de re præjudicia ederent? * Hoc tantùm ſubjungamus, quando *Magiſtratus* alicui cauſæ *cognitionem delegat*, & hic partem gravat: quòd tum ad ipſum delegantem ſeu Ordinarium, veluti à Commiſſariis ad Regimen Principale, à *Profeſſoribus* Deputatis *ad Conſiſtorium*, (nil officiente, quòd eidem Regimini vel Conſiſtorio Deputati interſint,) provocetur:
* Proinde nec judicium; (ſi quod Superius exiſteret,) Appellationis, regulariter provocationem recipere poteſt; ſive Com- 14
miſſio

miſſio officii jure, ſive etiam ipſius judicii ſuperioris juſſu, facta fuiſſet.

SECTIO II.

De

JUDICE AD QVEM.

1 §. I. EX quibus * cùm de eo nunc conſtet, à quonam appelletur, ideò *quisnam appellandus* ſit? deinceps exponendum eſt. * Equidem cùm omnis provoca-
2 tio ad *Superiorem* dirigatur: *l. 1. §. 1. & l. 21. §. 1. ff. d. Appell.* ſuperior in eâ, quæ à parte fit, Appellatione, de quâ & *Collegium* Argentorat. *in th. v. n. 3. d. Appell. & relat.* accipi debet, Gravantis erit vel Gravaturi judex Ordinarius; & qui per viam ſimplicis querelæ adeundus fuerat; *c. cùm ſit Romana. in f. d. Appell. &* Panormit. *apud* Gailium *l. Obſ. CXX.* Sixtin. *Lib. II. de Regalib. c. XVI. n. 64.*
3 * niſi ille recipere appellationem noluerit, nam ita ad ſuperiorem ejus procedetur. B.
4 Carpzovius *Part. I. Conſt. xx. def. 6.* * Qui quidem caſus unà cum *pluribus aliis*, ubi non gradatim, ſed omiſsô mediô appellatur, *apud* Berlichium extat *in p. 1. Concl. 50. n. 67. ſeqq.* cui junge Roding. *Lib. 1. Tit. xx.*

§. 6.

§.*6.ſeqq. item* Ant. Fabr. *Lib. VII. Tit. 29. C.S. def. 17.* Klock *relat. 3. n. 50.* Rüding. *1. Cent. O. 31. n. 5.* Et ſparſim *regulæ* eò pertinentes, adque eas applicatæ ſpecies reperiuntur: * Sic enim inter cæteras, cùm ad ſuperiorem 5
tunc quoque appellari poſſe Dd. perhibeant, quando ab intermediô judice emendatio non ſperetur: Hinc in caſu Commiſſionis cum voto, ubi Delegati Commiſſarii ipſi non pronunciant, à Decretis ſubdelegatorum protinùs ad Imperatorem, (*non obſt. l. 32. §. 3 C. d. Appell.*) provocari poterit. Eò quòd fruſtrà ad Delegantem provocari cenſeatur, qui non tam facultatem judicandi, quam cognoſcendi & referendi habeat: ut ab illo reparatio expectanda non ſit. *vid.* ℭ. 𝔊. 𝔇. *P. II, Tit. 29.* §. *item* es ſoll.

§. II. Licèt * autem Abbas apud Scacciam *Qu. VII. d. Appell. n. 108.* quando appel- 1
lans, ne in jure ſuo turbetur, provocaturus eſt, hunc ipſum provocaturum inſtar Rei eſſe putet, ut ad ſui ipſius, id eſt, provocaturi judicem tranſire debeat. * Quid tamen 2
de eâ traditione cenſendum ſit, infrà ad Affinia exponemus. * Interim ſi quis v. c. Sub- 3
ditos ſæviter tractet, qui Auſtregas non habet, licèt ùt pars gravet ſubditos, tanquam immediatus Cameræ jurisdictioni jx. nunc

dicta

dicta ſuberit. Gœddeu *IV. Conſ. Marp. XVI.*
4 *n. 71.* * Cùm verò ab *Actibus* etiam illis, qui publicô nomine in noſtri præjudicium peraguntur, provocari poſſe indubium ſit, ideò ſi Epiſcopus v. c. malè elegerit, non ad eundem appellandum eſt, ſed ad Superio-
5 rem: * niſi ipſe ùt Canonicus Electioni interfuiſſet: ita enim qui ad ipſum adhuc appellari, ceu Epiſcopum, debeat, dubitare nos *c. 11. d. Appell. in VI.* non patitur.

1 §. III. Aliàs * enormis eſt in Papali jure *ad Pontificem* tranſitus, ſaltim ut plus negotiorum forenſium ad Curiam Romanam traheretur, & nundinationes eò fierent frequentiores. Petr. d. Ferrariis *in Pract. p.*
2 *197.* * Neque tamen quòd in omni caſu ad Pontificem indiſtinctè appellare liceat, cum Berlichio *1. Concl. L. n. 68. & ppl. ab eo allegatis* aſſeruerim: aut etiam iſtud ſimpliciter cum Guid. Papæ *Deciſ. CCXX. n. 5.* negaverim: quaſi in *capp.* h. citari ſolitis, ùt eſt *c. 7. 31. 34. 52. 54. x. d. Appell. c. 6. ad Romanam. cauſ. II. q. 6. & c. (conf. gl. ad c. 59. x. d. Appell. ubi diſt.)* exceptio mediati judicis oppoſita non fuerit. Nam hæc obſervatio in aliquibus tantùm admitti poſſet.
3 * Velut nec Cujacii doctrina ſufficit *ad c. 66. d. Appell.* quòd tantùm intrà territorium

Rom

Rom. Eccleſiæ, non extrà illud, ſaltus ille admittatur. * Qui tamen ſaltus num præter beneficialia ad cætera etiam gravamina, 4
tanquam à parte illata, pertineat, dubito: *imò verius eſt, ut in his non tantùm; ſed 5
in aliis quoque jurisdictionis Eccleſiaſticæ ad proximum judicem, Canonum & vel poſteriori ſaltem jure, neceſſariò confugiendum ſit. * Nam ita *Gregorius XIII. Papa* 6
in Bull. 27. an. 1575. etiam ſuô modô in ipſis Correctionibus conceſſit ut ad Generalem, Protectorem vel Papam appellari poſſit: * Aut ſi quis eam provocationem pro 7
alternativâ habendam objiciat, à Congregatione Cardinalium, (quæ per Pium V. Pontificem Concilio Tridentino interpretando præfecta eſt, ut eorum interpretamenta ceu Reſponſa Prudentum valeant: Zypæus *jur. Pontif. nov. Annal. Enarr. in Epiſt. ad Lector.*) *anno 1587.* Decretum emanavit, ut Appellatio à Guardiano vel à Priore aut Abbate ad Provincialem procedat. * Habent verò ſolùm *Guardianum*, præ- 8
ter Dominicanos, (qui Priorem habent: Carthagena *in expoſ. Tit. Jur. Canon. Tit. d. Stat. Monach. Obſ. 1.*) Mendicantium Ordines reliqui, ùt ſunt S. Franciſci, S. Auguſtini & Carmelitarum: Et quos *Pius V.*

Ff *Papa*

*Papa in Conſtit. XLIV. & XLIX. item Gre-
gorius XIII. in Conſtit. CII.* illis comprehendi
voluit, Ordines Servorum B. Mariæ, S.
9 Franciſci de Paula & Sciet. Jeſu. * Dein
à Provinciali appellandum eſſe ad *Genera-
lem:* ab hoc ad *Protectorem*, & à Protecto-
re denique ad *Sanctam*, quam dicunt, *Con-
gregationem*, iidem Cardinales ſanciverunt.
Adhibe Lezanam *in Tom. I. c. IX. n. 7.* ubi
cùm Appellatio ad Sedem Papalem conce-
ditur, regulariter eam gradatim fieri debe-
10 re tradit: * niſi etiam ab inferioribus con-
trà iniquitatem Remedium ſperari neque-
at: nam ita immediatè ad Sedem Papalem
11 tranſitum fieri notat. * Equidem inaniter &
ineptè diſputat *Jacobat. d. Conc. Lib. X. art.
IV.* an à ſummô Pontifice ad Deum appel-
lare liceat? Papa ſcilicet ſi cœlos occludere
poteſt, refutatorios Apoſtolos decreturus
eſt!

1 §. IV. De Ordinibus * appellandi in
Veteri Eccleſiâ *conf. Codic. Canon. Univ.
Eccl. à* Chriſt. Juſtello *edit. Can.* CLXIX.
CLXXXVII. & CXCV. quòdque Depoſitus
v.c. non ad Imperatorem, ſed ad Synodum,
vel ſi ab hâc depoſitus ſit, ad Synodum ma-
jorem provocare debeat. *in Can. XCI. pag. 89.
conf. etiam l. 8. C. d. Epiſcop. audientiâ, eique*

ad

adbibe Seldenum *de Uxore Hebræâ III. 28.* * 2
Et quandoquidem ad Ordines appellandi inter Magiſtratus Eccleſiaſticos deducti ſumus, ideò antequam ad alia tranſeamus, illud notari oportet, quòd à *Vicario* Epiſcopi; modò *generaliter*, nec ad certam ſolùm Diœceſeos partem, ſit conſtitutus; vel ſaltim in eodem loco & tribunali vices Ordinarii gerat, non appelletur ad Epiſcopum. *c. Romana. d. Appell. in 6. & cl. 2. d. Reſcriptis.* Triviſan. *Dec. 32. n. 3.* ùt aliàs à Delegato ad Delegantem appellatur: cùm hi diverſum tribunal habeant; Beſoldus *c. IV. d. Appell. n. 15.* Illi non item. Unde & ſuſpensô vel excommunicato Epiſcopô Vicarii quoque cenſetur ſuſpenſa eſſe jurisdictio. * Sed 3
ſi Vicarius Epiſcopi (idem in Vicario alterius velut ArchiEpiſcopi dicendum eſt,) generalis non fuerit, ſed ſolùm ad cognoſcendum de Appellationibus futuris unius aut alterius diſtrictûs conſtitutus, qui plerumque extrà ſedem Epiſcopalem, vel extrà Metropolin ArchiEpiſc., degere ſolet. Ita cùm præter hunc talem alius adhuc Generalis Vicarius reperiatur, utique ad hunc vel Epiſcopum; item ArchiEpiſcopum, appellari poterit. *v. gl. in d. cl. 2. d. Reſcript. &* Cald. *Conſ. 2. d. Appell.*

1 §. V. Cum Vicario * idem eſt *Officialis*. Nam Vicariorum elogiô Romana Curia ad partes Orientales utitur ; ſed Officialium ad Ultramarina loca, item Africana & Ultramontana: ùt notavit Auguſtin. Barboſa *d. off. & Poteſt. Epiſcop. Part. III. al-*
2 *leg. 54. n. 53.* * Et tamen in noſtris Oris Vicarii dantur, qui non ſolùm nomine, ſed totô genere, ab Officialibus diſcrepant. Ita ut *Vicarius*, quem & *Suffraganeum* appellant, alicubi ille ſit, qui habet ea, quæ rerum *ſpiritualium* jurisdictionem concernunt: ùt eſt correctio exceſſuum, officiorum Eccleſiaſticorum collatio & ademtio cum ſimil. v. Caniſ. *Lib. I. Summ. Jur. Can.*
3 *Tit. 22.* * Sed *Officialis* dicatur, qui ea habet, quæ temporalis ſunt jurisdictionis, ſeu potiùs fori *contentioſi*; uti matrimoniales cau-
4 ſæ, beneficiales, decimarum: * Imò nonnulli ex illis non tantùm in temporalibus ſeu contentioſis Eccleſiaſticis, ſed & in *ſecularibus* ſeu Civilibus verſantur. Wehnerus *de Modo Appell. Tom. Ult. Symphor. p. 195.* Ita enim in *Weſtphalia* & Epiſcopatu *Leodienſi* Officiales in ſecularibus, nomine Eccleſiaſticorum, judicandi poteſtatem habent: indeque ſi quem in his gravant, in arbitrio gravati eſt, an ab illis ad Officialem

Colo-

Colonienſem & *Metropolitanum*, qui & ipſe ſecularium diſceptationem habet, & judex intermedius eſt; an ad *Cameram*, (hactenùs enim gravans, velut *Epiſcopus* per Officialem, Imperio ſubeſt. Gail. I. *Obſ.30.*) appellare velit. R. A. *d. an.* 1654. §. 158. *Neque 5
aliter, quàm cuivis judici alii, Camera hujuſmodi Officialibus inhibet. Gylmann. *Tom. 1. P.1. Tit.3. vot.5. p.230.* * Ab Officiali autem 6
Trevirenſi, quia ejus jurisdictio circà ſecularia adhuc controverſa eſt, non ad Cameram; ſed ad judicium Trevirenſe Aulicum appellari ſolet. * Quid tamen ſi Officialis, 7
qui tantùm Eccleſiaſticis cauſis præfectus eſt, in *Civilibus* ſe competentem pronunciet? Adv. talem Mandatum ſine Cl. decernitur. *Idem* Gylm: *præjud. voc. Mand. S. Cl. p.192.* * Sed cauſas *mixti fori* quilibet 8
Officialis rectè ſibi vindicat, uti ſunt *Matrimoniales*, *Decimarum*, & *ſim.* In quibus ſi Partes gravatæ fuerint, non minùs in arbitrio earum eſt, an ad Cameram; an v. etiam ad Nuncium Apoſtolicum appellare velint. Ceu *præjud.* eſt *in c. M. c. R.* prætenſæ deflorationis & alim. prolis, ubi quidem contrà Appellationem ab Official. ad Nunc. Apoſt. Mandatum Caſſatorium impetratum; ſed idem tamen poſteà iterum

Ff 3 caſſa-

caſſatum fuit. Similiter *in c.* Schmidburg *contr.* das Cloſter S. Catharinen in Trier / in c. Decimarum, denegati ſunt in Cam. Proceſſus Caſſatorii, non impediente, quòd Monaſterium, in primâ inſtantiâ victum, cauſam ad Epiſcopum Ariminenſem, Legatum Pontificis à Latere, de facto traxiſſet, & nomine Dn. à Schmidburg / (Conſ. Imp. A.,) in Camerâ pro Mandato Caſſatorio
9 & inhibit: ſupplicatum fuiſſet. * Etenim caſſatio evocationum ad Nuncios Pontificis ſolùm ad cauſas *profanas*, & ne hoc quidem diſpoſitivè, reſtringitur. *in* §. *164.* R.
10 A. 1654. *Quoad cauſas v. *Eccleſiaſticas merè tales* ex Ordine *Cognitorum*, de Appellatione decernendum eſt: *v. interim de Juribus & Poteſt. Abbatum.* Diez d. Mena *L.* III.
11 *Qu. 24.* * Sanè ſi quis tanquam Ordinarius inferior pronunciâſſet, qui deinde, appellatione pendente, in Epiſcopum vel Superiorem alium electus fuiſſet: Ita v. nil impedire, quò minùs *ab eôdem*, tanquam Ordinario inferiore, *ad Eundem*, tanquam modò Superiorem provocetur, Rodingius optimè probat, *Lib. I. Tit. XX.* §. XI. *p. 296.*
12 * Illud etiam eleganter quæritur? ſi Archi-Diaconus, v. c. Tridentinus, delegatus, vices ſuas Canonico cuidam *ſubdeleget*, donec

nec ipſe cauſam ad ſe recipere conſultum ducat: Canonicus v. gravamen actori inferat, iſque ad ſedem Papalem appellet: ſi tunc reus à delatione Appellationi factâ ad ſubdelegantem provocet, & hic pronunciet, *an ſententia hæc valeat?* Nulla potiùs erit, poſtquam per delationem appellationi à ſubdelegato factam tota ſubdelegantis jurisdictio in Papam translata fuerat. *v. c. cùm appell. d. Appell. in 6.*

§. VI. Cæterùm * ſi à Judice ùt tali quis gravatus ſit, veluti ſi is aliquem extrajudicialiter ſpoliaverit, ad Superiorem gravatus ille recurrere poteſt: niſi apud eundem gravantem ad reſtituendum agere vellet. Gail II. *Obſ.* LXXVI. *n.* 13. * Nec tamen etiam ab Eôdem gravante *ad Eundem* provocare licet: *c. Romana. d. App. in 6. junct. c. 16. §. ff. d. Minor.* (unde nec Leuterationem; ut nec Querelam; quâ ſententiæ declaratio communi jure petitur *l. 4. ff. d. Appell.* rectè quis Provocationem diceret.) *A pari* tamen *ad parem* olim in Rep. Romanâ antiquiori appellari potuiſſe, & nunc, ubi fieri illud poſſe peculiari Lege receptum eſt, naturæ provocationis non obſtare, (ſaltim ut qui provócetur, ratione ſeparatæ cognitionis ſit ſuperior,) ex Buſio *in Lib. I. ſubtilit.*

c. XIV. conſtat: ubi *Livium*, *Ciceronem &*
3 *Pedianum* citat. * Aliàs ne quidem *à malè informato ad meliùs informandum* provocatur. Myler. ad *Rümelin. D.* II. *th. 18.*
4 * Et ſi is, ad quem tali modô quis appellat, eum admiſerit, *ſupplicatio* eſſe reputabitur. Carpzov. *ad Leg. Reg. c.* IX. *Sect. 2. n. 16. ſeqq. junct. Reſp. Elect. Lib.* III. *Tit.* XII. *Reſp.* CXXVI. *n.*
5 18. * Attamen *ab Interlocutione* ad Æqualem, quique eandem jurisdictionem habet, communi etiam jure, appellari poſſe, velut à Vicario quandoque ad Epiſcopum, docet Scaccia. *q.* VIII. *d. Appell. art.* III. *Reſtr.* II. *n.*
6 73. * Cujus quidem eandem rationem cum illâ provocatione eſſe diceres, quâ à Legato olim ProConſulis ad hunc appellatum eſt: Ubi tn. nihilominùs eadem non fuit jurisdictio; ſed Legatus peculiarem in actu primo à Senatu Rom. jurisdictionem obtinuerat: Quod contrà Recentiores *in* Commentar. Pandect. *MSc. ad Tit. d. Off. Pro-*
7 *Conſ. & Leg.* oſtenſum eſt. * Multò igitur minùs *Scacciam* (*v. &* Perezium *Cod. Tit. d. Appell. n. 12.*) probare poſſum, quando ad hanc indulgentiam prolabitur, ut ab Interlocutione *ad eundem judicem met* provocari poſſe permittat. *d. n. 73. & ſeqq.* id quod nemo de Interlocutione propriè dictâ

ctâ admiſerit. * Nam utcunque multa, quæ 8
apud eundem quoque judicem deciſa ſunt,
veluti ſubitaneâ, proviſionali aut ſumma-
riâ cognitione, pleniùs diſcuti, indeque ex-
ceptio in ſummario judiciô oppoſita & re-
jecta, ſed nondum plenè excuſſa, nihilo-
minùs in judicio Ordinario opponi poſſit.
*l. ſi quis. §. vel ſi parens. cum ſeq. ff. d. agnoſc.
liber.* Carpzov. *2. Reſp. Tit. 1. R. 5.* * Non ta- 9
men quis hic interlocutionem aliquam, aut
etiam provocationem quæ interveniat, de-
prehendere, & exhinc arguere quid pro
Scacciâ poterit: * Adeò intutis quandoque
Remediis partes eluduntur: cùm tamen ſe-
curis quàm periculoſis aut incertis inſiſtere
ubique ſit meliùs. *v. l. 27. C. d. inoff. teſtam.* * 10
Quòd verò cauſa *Nullitatis* apud eundem
judicem Ordinarium, præſertim *in Extraju-
dicialibus, (v. c. dilecto. ubi* Phil. Francus *qu.
XXVII. d. Appell. & Dd.*) deduci poſſit, de
eô dubitari non debet: *v.* Mynſing. *V. Obſ.
XCII.* quamvis Uſu illud adeò fieri non ſo-
leat. Gailius 1. *Obſ.* CXXVII. *n. 5.* * Imò ùt aliàs 11
ſupplicationis Remedium ei, cui provocare
quàvis ex cauſâ à ſententiâ non licet, ut
per iſtud apud eundem conqueratur, con-
ceſſum eſt: modò cauſa ipſa jure ſolùm
communi appellabilis, nec appellatione

in eâ causâ ſpeciali jure interdictum fuerit.
12 * Ita eadem quoque adv. *Arreſta* Parlamentorum admittitur: maximè quòd per Remedium iſtud non tam adv. iniquitatem ſententiæ, quàm errorem, nobis ſubveniri contendamus.

1 §. VII. Ubique * ſcilicet jura ſuccurrunt, & nec *Principis*, quantumvis ſummi, vel ejus à quo, ſaltim ex Privilegio, appellare non licet, *Reſcriptis*, ità quis premi poteſt,
2 ut non ei ſubventum eſſe queat. * Quoties non Reſcripta Principum κτ᾽ συναρπαγὴν eliciuntur, ut ne ipſi quidem Principes ea reſpici velint? ſi contrà jus & utilitatem publicam vergant: veluti circà petitiones honorum publicorùm. &c. *v. c ſi quando* §.
3 *fin. x. de Reſcript.* * Quoties emanant ad ſupplicata & inſtantiam unius partis, ſicque extrajudicialiter? Quæ quidem perinde ùt Decreta extrà cognitionem cauſæ lata, quoad inferiorem judicem in rem judicatam ne quidem tranſire dicemus, ut Appellatione non ſit opus; ſed quandocunque illis contradici poſſit: *v. l. 4. C. d. Sent. Interlocut. l. 2. 5. 6. C. Commin. Epiſt. & Progr. l. 7. C. d. precib. Imp. offer.* ipſique læſo velut Ordinarium proſtet Remedium, *Sub & Obreptionis exceptio. c. ſuper literis. x. d. Reſcript. &* Fri-

Frider. *I. de Proceſſ. c. xv. & Lib. II. d. Mandat. c.* xv. *n. 2.* * Imò ne quidem appellari 4
abinde *poteſt*, & nec ab Officiali iniquè executionem ſuſcipiente: quod voluit Weſenbecius *conſ.* CCLXVI. *n.* 104. quando non appellatur ab ipsô Principe. * Eademque 5
hactenus ejuſmodi Reſcriptorum cum illis eſt ratio, quæ Princeps ejuſmodi *proprió motu & ex certâ ſcientiá* emittit. Nil ad appellationem proficiente, quòd aliàs cl. illa: *Motu proprió*, oppoſitionem partis non excludat. *v.* Archangel. Roman. *in Libell. de Privileg. Religioſ. & non Religioſ. pag. 84. & ſubdubitantem* Anton. Fabrum *Tit. d. SS. Eccleſ def. 2. in fin.* * Ut tamen licèt ab ejuſ- 6
modi Reſcripto, ob poteſtatem Principis ſummam, impermiſſa ſit Appellatio; Ruginell. *d. Appell.* §. *II. c. 2. n. 24.* nihilominùs *Exceptione* Sub & Obreptionis gravato adhuc proſpectum ſit: in quo Remediô eidem acquieſcendum eſt. * Itaque ſi Exce- 7
ptio illa coram judicio, in quo Reſcriptum producitur, opponatur, judex an de facto quæratur, an de jure ſeu vi & ſenſu Reſcripti? diſpiciet. Atque ſi illud *juri* & utilitati repugnare conſtet, attendere non debet: cùm non videatur velle Princeps, quod injuſtum eſt. Gail. 1. *Obſ. 14. n. 6. & 2. Obſ. 58. n. 8.*

n.8.ſeqq. Si jus illius vel etiam ſenſus dubius ſit, ipſe judex illud non declarabit, ſed cognitione ſuperſedendum eſſe pronunciabit, donec per Principem declaretur: ac propterea ad ſuperiorem referret. *l. f. C. d. precibus Imp. offer.* Hoc enim ſi non fecerit, rectè ab eo appellabitur. Chriſtoph. Be-
8 ſold *Conſ.* CXCIX. *n.34. ſeqq.* * Quòd ſi autem de *facto* lis moveatur, etſi judici non cognitio ſed executio ſolùm injuncta ſit, (*l. 4. C. ſi contr. jus velut. publ.*) tamen inquiret, & deſuper, etiam contrà tenorem reſcripti, liberè pronunciare poterit.

1 §. VII. Cùm etiam * aliquando contingat, ut Pars altera *Reſcriptum* impetret *poſterius*, illudque adducat: Ideò ſi hoc prioris mentionem non faciat, ſurreptitium eſ-
2 ſe cenſebitur, & prius ſequetur judex; (* *conſ. in ſimili* Gailium *2. Obſ.* 55. ubi de duplici *Conceſſione* ſ. gratiâ *eâdem* Principis *duobus factâ*, & uter in eâ præferatur? diſquirit: *item quæ nos ad doctr. d. Expectativ. a-*
3 *libi diximus:*) * niſi prior impetrans Reſcriptô ſuô intra annum dolô vel negligentiâ u-
4 ſus non fuiſſet. *c.9.12.23. x. d. Reſcript.* * Si verò mentionem ejus faciat, tum quia nihilominus poſteriori Exceptio Sub & Obreptionis opponi poteſt; prius v. caſſatum Princeps vo-

voluit, neutrius rationem judex habebit,
ſed, præterquam ſi is qui poſterius impetra-
verit, in poſſeſſione conſtitutus ſit jus com-
mune obſervabit: ſicque Caniſius, quando
ad d. Tit. d. Reſcript. n. 8. poſterius Reſcri-
ptum priori hôc c. derogare abſolutè do-
cet, emendandus eſt. * Neque tamen 5
quodnam Reſcriptnm *pro priori*, quodnam
pro *poſteriori habendum ſit?* ubique conſtat.
Igitur ſi de eô dubium exoriatur, eidem per
hanc diſtinctionem ſubveniendum eſt: * Si 6
reſpiciamus ea, quæ ad ſubſtantiam & vali-
ditatem Reſciptorum pertinent: ad habi-
litatem impetrantis, item concedentis, ad
animum hujus, & interpretationem atque
vim Reſcripti: tum vero tempus Datæ vel
Dati cujuslibet Reſcripti, ſeu initium ejus,
attendendum, indeque de ſurreptione ju-
dicium capiendum eſt. * Quòd ſi verò de 7
illis, quæ ad tempus vel modum exequen-
di pertinent, (ad ſcientiam, ignorantiam,
obedientiam Executoris, &c.) disquiratur:
ita verò tempus præſentationis obſervari
debet. *v.* Meſam *hæc eruditiſſimè reſolven-
tem in Lib. III. Reſolut. per tot. cap. XLI.*

§. IX. Sed hæc * ita ſe habent, quando 1
Reſcripta Principum Appellationem non
admittunt. * Tum verò adhuc, niſi appel- 2
latum

latum fuerit, Reſcriptum pariter & Decretum Principis ejus, à quo *appellare* licet, in rem judicatam invaleſcunt, quando cauſæ, licèt vel ſummaria duntaxat, cognitio præceſſerit, ipſumque Principis pronunciatum Partibus *publicatum* fuerit *c. 15. x. d. re jud. conf.* Carpz. *part. 1. Conſt. XXVI. def. 18. & 19. item Lib. VI. Reſp. Tit. X. reſp. CXVII. &*
3 Cothmann. *vol. 1. Conſ. XX. n. 9.* * Quòd ſi etiam non tam ipſe Princeps, (ſive ſummus, ſive ſubalternus, vel à quo ſaltim provocari poteſt,) Partem immediatè gravet; ſed *judex*, quamvis Principis Reſcriptum ſecutus, gravamen parti inferat: ita etiamſi ab ipſo Principe appellari non poſſet: tamen à gravamine illo dabitur Appellatio: & judex ad quem judici à quo inhibebit, donec ſi Reſcriptum ambiguum ſit, Princeps re-
4 ſpondeat. * Etenim non ùt in prioribus perſona Principis reſpicitur; judex autem, ſeu quis alius; qui iſtud publicat, executor eſt: Sed judicium proximum hìc attendi debet, judexque inferior: cui integrum non modò ſed & neceſſarium fuerat, ut Reſcriptum ad falſa narrata impetratum non attendendo, *l. pen. C. d. precib. Princ. off. t. t. C. d. di-*
5 *verſ. Reſcr.* ex actis & probatis judicaret. * Quod cùm non fecerit, atque potiùs illum

veri-

veritatem cauſæ, quàm Reſcripti formam, reſpecturum Princeps ipſe intenderit, meritò non tam à Principe, quàm à judice appellari poteſt & debet: * Non attentô, quòd 6
idem Officialis Superioris beneficio jurisdictionem habeat. Præterquam enim, quòd in Magiſtratu demum vera conſiſtere dicatur & formalis jurisdictio; quæ tamen in Principe ſolùm eminenter eſt & virtualiter: (licèt illud uſu Forenſi non reſpiciatur:) etiam Magiſtratus jurisdictionem, quam à Principe habet, ſuô jure habere putandus eſt: ita ut quamvis quoad eſſe & operari Poteſtas ejus à ſuperiori pendeat; tamen eô ipsô quòd Magiſtratus ſit, quem ſinè jurisdictione concipere non licet, ſuô etiam jure eam habere cenſeatur.

§. X. Quod autem * de Judice nunc 1
tradidimus, idem de quolibet *Officiali* aliquem gravante, etiam ex Reſcripto Principis, aſſerendum eſt. * Utcunque enim ſemel emiſsô Reſcriptô durum & impeditum eſſe videatur, ut Decretum vel Actus Officialis per Appellationem, abinde ad Principem inſtitutam, retractetur: * Nihilomi- 2
nùs tamen cùm Principem ſæpiùs circumveniri contingat, illum quoque, tanquam ſuſpectum, ſubditus vel pars gravata non

præ-

præterire, & ad eôdem ſuperiorem tranſire poteſt. *l. 6. C. d. Appell. l. præfecti. C. d. Minor. l. 1. pr. verſ. ſi ſcripſerit. & §. hunc conſe-*
3 *quenter. verſ. cùm poſſit. d. Appell.* * Interim gravatus non impedietur, quò minùs ad proximè ſuperiorem, qui inter Principem intercedit, Officialis Magiſtratum provocet, ſi obtentu Reſcripti quandoque emanati, & ab ejusm. Officiali inferiori malè accepti, per hunc ipſum gravatus fuerit. *d. l. 1. §. de-*
4 *nique. verſ. cùm per errorem. d. Appell.* * Utcunque neſciam, (cùm quidem magna ſit differentia, quando judex ſuper Reſcripto, ùt judex, decernit, & quando idem, vel Officialis, Reſcriptum Principis ùt Miniſter exequitur:) an rectè tradiderit Weſenbecius *in Conſ. CCXLV. n. 14. 15.* quòd à Reſcripto Principis vel præcepto ejus, quô inferiori Officiali negotium commiſerat, ob gleich der Befehl auf der Fürſtlichen Bedienten Relation (cui aliàs regulariter credi ſolet: *Auth. Niſi breviores. C. d. ſent. ex peric. l. 6. ff. d. accuſ. l. 7. C. eod. Nov. 8. c. 9.*) ausgebracht worden wäre / gradatim *ad Principem appellari* poſ-
5 ſit aut debeat. * Nam illud quidem *ex l. 1. §. denique. & l. 1. §. hinc conſequenter. ff. d. Appell. itemque ex l. 1. pr. quand. appell. & l. 6. ff.*
6 *d. Off. proc.* malè probatur. * Neque hîc Officialis intercedit Decretum, à quo appel-

lari

lari poſſit; verùm immediatè gravamen procedit à Principe: adv. quod alia & vel ordinaria, quæ adv. Reſcripta Principum aliàs dantur, Remedia, quanquam apud ipſum Principem, interponenda ſunt; Appellationem verò inſtitui non oportet. * 7
Multùm ſc. intereſt, an cùm appellandum fuiſſet, decendium prætermiſeris: an verò, ſi nulla appellandi foret neceſſitas, poſtm. etiam ſalva tibi cauſa ſit & incolumis.

§. XI. Illud etiam * porrò obſervandum eſt, ſi Princeps Magiſtratui Ordinario vel Officiali *in Communi formâ* reſcribat, ut in hâc vel illâ causâ juſtitiam adminiſtret, ſuôque *officiò fungatur*, quòd tum juriſdictio ei non delegata, ſed proprium ejus Officium excitatum ſit; niſi etiam Cl. *Authoritate, Vice noſtrâ:* adhibita fuerit: quâ ratione non gradatim, ſed immediatè ad Principem appellandum foret. * Cùm 2
autem ſæpiùs Officiales ad *Commiſſionem* Principum & Dominorum provocare ſoleant: quæritur, num etiam illis credendum ſit, ſi *ex ore Principis* ſe mandatum accepiſſe dicant, daß Sie ſich auf mündlichen Befehl beziehen? Negandum eſt *per l. 1. C. d. Mandat. Princ. l. 10. C. d. Aquæduct.** 3
Et quòd ſæpiùs per meram *αὐτοπραγίας* ne-

Gg goſium

gotium, quô cui præjudicari queat, Offi-
ciales captare viſi ſint: ut adeò cùm Man-
datum ejusmodi facti ſit, probari debeat.
Merckelbach. *inter Conſil. Klockii vol. 1.*
4 *Conſ. XXXVII. n. 37. ſeq.* * Idem de eo, qui
Mandatum alleget; verùm ſe excuſat, quòd
offerre illud non poſſit, Reuſnerus *vol.* III.
Conſ. XX. ſeqq. reſpondet. *vid. an Manda-*
tum ex diuturnitate temporis præſumatur:
Diez. de Mena *Lib.* III. *Qu. 23. n. 96. 97.*
1 §. XII. De eo * non Immeritò quis dubi-
tet: an illa, quæ de Reſcriptis hactenùs ad-
duximus, ad ea etiam pertineant, quæ jux-
tà ſubſcriptionem Principis, *Cancellarius*
quoque ſubſcripſit? Omninò. Ut non eò ma-
gis, ſi quam iniquitatem tali Reſcripto ſub-
eſſe judex animadvertat, authoritate ejus-
dem, aut Cancellarii interventu, moveri de-
beat. *v.* Gail. *1. d. Pac. Publ. c. V. n. 29.* & An-
2 ton. Fabrum *Lib.* I. *Cod. Tit.* XI. *def. 1.* * ubi
quando *Cancellarios* abinde dictos ait, quòd
Literas, quas contrà jus vel utilitatem pu-
blicam eſſe vident, cancellare teneantur:
obiter obſervandum eſt: Licèt eadem deri-
vatio Budæo & Turnebo *Lib.* XI. *Adver-*
3 *ſar. c.* XXV. placeat: * quod tamen alii Can-
cellarios abinde dictos putent, quoniam
Officiales eò nomine inſigniti intrà Can-
cellos·

cellos verſabantur, eorumque inſpectionem gerebant; *v.* Pithœum *XII. Adverſ. c. II.* * Vel quòd ad fores, quæ apud Veteres 4
cancellatæ fuerunt, tanquam Oſtiarii conſiſterent: inde Καγκελλάριοι, οἱ ἐν καγκέλλῳ
ἑστηκῶτες. * Nam ita καγκέλλον, κάγγελον vel 5
κάγκελον non tantùm *in Gloſſis Baſilicorum;* ſed etiam ap. *Scholiaſten Theocriti & Euſtathium ad Dionyſium*, ἑνικῶς & in ſingulari legimus: cùm ap. *Latinos* non niſi in plurali
Cancelli occurrant. * Hiſce Cancellariis 6
opponebantur *Velarii*, qui foris proximis Regiis, ſeu intimæ admiſſionis, adſtabant: nam illis vela prætenſa erant. * Verùm de 7
ejusmodi Cancellariis nunc ſermo non eſt: utcunque cauſam eſſe oporteat, cur idem nominis tributum fuerit illis, de quibus loquimur, *Cancellariis judicum:* quorum ſimilis Appellatio fortaſſis paulò ante *Vopiſci* ætatem uſurpari cœpit. Pithœus *II. ſubſec. Lect. XVII. conf. etiam* Dn. Struvium *in Synt. I. Civ. Tit. d. off. Quæſtor.* §. 20. *& quos
ibi citat.* * Nempe & hi nomen à Cancel- 8
lis ſortiri eſſe videntur, eò quòd ſepta in Tribunalibus, quibus turba arcebatur, Cancellos quoque dicamus, δρυφακτα ταυλωτά,
quorum illi inſpectionem gerebant: * Et 9
tamen initiò Cancellarius idem erat, quem

 nunc

nunc *à Secretis* habemus, ſaltim quòd deindè ex illis primus, *le premier Secretaire*, Cancellarius eſſet; reliqui à Secretario ſeu conclavi ſeparato, quod *τὰ σήκρητα τῶν δικαστηρίων* appellabant, Secretarii dicerentur.
10 * Sic Cancellarius cùm primus eſſet in ſecreto ſeu Concilio Regio, (*v.* Hincmar. *Epiſt. III. c. 16. 32. 34.*) ſemper ævo poſteriori in Aulis Principum is illud nominis tulit, qui inſpectionem Dicaſteriorum gereret, inque ſolſtitio, quod ajunt, honorum, qui Literatis obveniunt, (utut nunc etiam Nobiles & majori quoque Dignitate coruſcantes Munus ejusmodi ſuſcipiant,) conſiſte-
11 rent. * Hinc DN. Tabor, *ipſe Cancellarius primùm Güſtrovienſis, deinde & Haſſiacus*, Cancellarios non gantz lehr/ ſed quaſi gantz gelehrt dictos eſſe vult *in Tr. d. ſuffragio. p. 150. ſeq.* Et Mallinkrot. *in p. 2. Proœm. d. ArchiCancell.* ſex in Cancellario deſiderat: Scientiam, Prudentiam, Innocentiam, Eloquentiam, Experientiam & Conſcien-
12 tiam. Junge Lancell. *Templ jud. f. 73.* * Jam ut de *Reſcriptorum differentiis* agamus neque vacat, neque omninò inſtituti noſtri eſt, tantùm hoc notemus, quòd *Sanctionum Pragmaticarum*, h. e. Reſcriptorum Conſilii conſenſu factorum, uti Privatis indul-

tis

tis & Annotationibus aliàs quoque opponuntur, (Dn. Zacharias Vietor, *Cancell. olim Waldeccenſ. &c. Concl. V. de Exemt. n. 16.*) ita hîc quoque alia ſit ratio, atque *Legibus* illæ parificari, adeòque ex ſuprà dictis dijudicari, debeant.

§. XIII. Porrò * cùm alibi jam tradiderim, *Studioſos* à quolibet gravamine præ cæteris ex privilegio appellare poſſe: ideò hîc illud quoque ſubnectendum eſt; * Licèt falſum ſit, Studioſum poſſe *Reum ad forum Academicum pertrahere*: quippe de quo *in Auth. Habita* nil quicquam reperitur; ſed ſolùm tale quid privilegiis Acad. quarund. ùt *Lovanienſ. Leidenſ.* obtinet: * veriſſimum tamen eſſe, quòd Studioſis, omiſſô quôlibet Intermediô judice, veluti Rectore, *ad Cæſarem* provocare liceat. *arg. d. Auth. Habita. C. ne fil. pro Patr.* Matth. Stephan. *Lib. III. de Jurisdict. P. III. c. XII. & cum multis aliis* Scaccia *qu. VII. d. Appell. n. 102.* * Quale quid etiam *Pupillis, Minoribus, Patre orbatis, Viduis, Virginibus*, etiam locupletibus, contrà diverſi generis perſonas, non æquè privilegiatas, indulgetur. *v. omninò* Roding. *Lib. I. Pand. Cam. Tit.* XX. §. *6. ſeqq.* * Quanquam enim *Legem un. C. quãd. Imp. int. pup. & vid.* non ampliùs obſervari, ejusq; be-

1
2
3
4
5

neficiô non frui Viduas Immediatas in Imperio Gailius *l. Obſerv. I. n. 40.* doceat: quoniam opibus & auxilio, itemque Conſanguineis, valeant. (*De Meditat. vid.* Carp-
6 zov. *II. R. T. 2. R. 19. n. 4.*) * Tamen contraria ſententia, quæ pro uſu dictæ Legis pugnat, verior eſt: (*v. c. 15. x. d. for. comp.* Beſold. *Conſ.* CCXXVI. *n. 14.* Neuenhan. *Membr. III. de Jur. Viduar. Sect. V. fol. 100.*) nec tantùm *Pupillis* etiamnum Viam iſthanc patere Rulandus docet; *P. IV. Commiſſ. Lib. 8. c. 1 n. 17.*
7 *Sed etiam uſu quotidianô, *Viduas illuſtres*, præcipuè in dotis repetitione vel conſtituendô Dotalitiô preſſas, ad Imperatoriam Majeſtatem recurrere, & hanc Commiſſio-
8 nes decernere ſolitam eſſe conſtat. * ſaltim in Commiſſionem Cæſaream ab alterâ Parte „ hunc in modum impetratam: (Dieſelbe „ ex Officio zur Güte / in deren Entſtehung „ aber zum Recht / auf N. N. als Commiſ- „ ſarium Ordinationis zuerkennen.) non conſenſerit Vidua, Proceſſus à Commiſſario inſinuatos non receperit, iis moram geſſerit, litemque conteſtata & vel Commiſſarium obteſtata fuerit, daß derſelbe in Entſtehung der Güte zu rechtſprechen wolte / daß ꝛc. Quâ ratione exceptionem fori Privilegiati deinceps objicere inopportunum fo-

foret. *Ea utique tanquam perſona miſe- 9
rabilis ad Cæſarem evocare non poteſt, quæ *Superioritatem Territorialem* habet: ſi accedendum eſt Covarruviæ *Qu. VII. Pr. n. 8.* * 10
Sed tamen *contrà* Principem *privilegiatum*, ſ. Auſtreg. Inſtant. gaudentem, illud Beneficium obtinet: ſiquidem per conceſſiones generales ſpeciale Privilegium non tollitur. Cancer. *P. II. reſol. c. 2. n. 24. ſeq.* *Quid de 11
pauperibus? illis, ut ad Cæſarem, præteritô Magiſtratu ſuô, procedant, non permitti, tradit Mevius *II. Dec. 110.* * Sed ſi tamen ter- 12
minos *d. Conſtit. Imp.* reſpicias, in iiſd. hos quoque admittendos, nec hodiè ab ejuſmodi ſubſidio & Recurſu excludendos eſſe, verius eſt. * In *Feudalibus* autem Pri- 13
vilegium illud miſerabilium perſonarum non obtinet. Vultej. *Lib. II. d. Feud. c. II. n. 22.* ùt nec in *Eccleſiaſticis.* * Interim illud 14
præcluſum eſſe non putem *in* Ordinat. Provinc. Gothan. *P. II. c. 1. Tit. 1. §.* Und nach dem ſich öffters viel unnöhtigen klagens und ſupplicierens an Uns und unſern Hof begiebt / da doch zuvor die ordentliche Obrigkeit jedes Orts nicht erſucht. Als wollen wir / zu Abwendung deſſelbigen / und Vermeidung vergeblicher Müh und Unkoſten / daß niemand an Uns oder unſern Hof mit

Klagſchrifften gelangen ſolle; er habe dann zuvor die ordentliche Obrigkeit deſſelben Orts erſucht / und ſey ihm Recht und Billigkeit
15 verſaget * Sanè in Ord. Proc. Magdeb. c. 1. §. Solten aber Witben / Weyſen und armſelige Leute oder piæ cauſæ zu Uns zuflucht nehmen: wollen wir Ihnen ſolche unverſperrt laſſen / expreſsè beneficium illud reſervatum eſt.

1 §. XIV. Ad *Studioſorum* * privilegium ut revertamur, H. Hermes *in c.* XXXIII. *Faſcic. Iur. Publ. n.* 136. illud non agnoſcit:
2 *Sed mittamus hunc, nil contrà ſanctionem Imperatoriam valentem; nec attendamus, ſi quis alius objicere niteretur; Pontificiô jure, poſtquam Scholarium cauſæ ad *Eccleſiaſticas* reductæ ſunt, ad *Epiſcopos*, (quorum aliqui etiam in Statuum Proteſtantium Academiis, veluti *Lipſienſi*, *&c. ap* Oldenburger. *in Lib.* IV. *c.* LXVIII. §. 2. Limn. Enucl. *j.* Walther. *d. Privileg. Doct. p.* 123. Cancellariatu funguntur:) vel etiam *ipſos Principes* à Concilio Academicô ap-
3 pellationes deferri oportere. *Neque enim dubium eſt, ubi Epiſcopi peculiares Cancellariatum non tenent, Principes ipſos, qui hactenus Epiſcopatu funguntur, de cauſis quoque Academicis, tanquam Ec-

cle-

cleſiaſticis, decreturos eſſe: cum quidem *Iura Epiſcopalia* à tempore conceſſæ Superioritatis territorialis jam illi habuerint. *Magnif.* Dn. Tabor. *de Regim. Imp. Eccleſ.* §. 23. & Boekelmannus *Diſp. Inaugur. Med. I. Axiom. 8. item* Petr. Heigius *inter Conſil. Klockii, vol. I. Conſ. LI n. 220. ſeqq.* Quanquam de illô aſſertô ſubdubitet *Dn.* Mylerus *c.* 82. §. *fin. Nov. Edit. de Princip. & Statib. Imper.* 8
Et jam antè etiam Mevius *in Part. II. Deciſ.* CCCV. *n.* XI mediam ſententiam amplecti videatur. * Enimverò uti fraude Pontificum factum eſt, ut omnes *Academiarum* 4
cauſæ Eccleſiaſticæ eſſe cenſerentur: *de quo v.* Dn. Conringium *Differt. V. de Antiquit. Academ. p* 160. & *paſſim.* * Ita quidem Studioſus à Rectore gravatus ad *Conſiſtorium* 5
vel *Cancellarium*, ut Vultejus *ipſe Acad. Marpurg. ProCancellarius in* IV. *d. Iudic. c. VII. n.* 237. docet, (modô ſic Conſuetudo ferat, Limnæus *Lib.* VIII. *Jur. Publ. c. V.*) appellare poteſt: ceu H. Hermes, Salisburgi à Magnifico ad Conſiſtorium non aliter appellari poſſe tradit; (*d. c.* XXXIII. *n.* 135.) niſi provocans *aureum* depoſuerit. * Veruntamen 6
per hoc non niſi *Ordinarium* quod Studioſi habent Forum, ejuſque gradus, conſtituuntur: ſalvô adhuc eorundem Privilegiô & ad

Imperatorem protinùs directâ provocatione: * adeò ut ſi Statuto Academicô vel ſimili jure diverſum introductum ſit, an tum per hoc, quòd ſe eidem juri, puta Statutorum, Studioſus ſubjecit, etiam renunciâſſe potuerit privilegio ſuo? ex hypotheſibus Canoniſtarum, non immeritò dubitari poſſet; quippe qui Clericum privilegio Fori *renunciare* non poſſe docent. * Interim citrà inanes ejuſmodi Canoniſtarum φλυαρίας & affanias, (quibus etiam ſatisfecit Dn. Strauchius *ad Deciſ. Quinquag. Deciſ.* II. *Diſp. 1.*) quin Studioſus privilegio ſuo dictæ Authenticæ incluſo, per ſubmiſſionem diverſo juri factam, ſe abdicaverit, idque etiam potuerit, (ceu quidem *Fori electionem* per juramentum Rectori præſtari ſolitum itidem nunc ceſſare conſtat,) dubitari non debet: * maximè ſi eô condeſcendamus, ut in his talibus Principes nunc *vicem Imperatorum* ſuſtinere, non inconveniens eſſe cenſeatur: * Unde *in interpretandis* etiam Academiæ *privilegiis* non Imperatorem; ſed Principem Academiæ Nutritium adeundum eſſe *Suevus* docere non veritùs eſt, *in Peric.* VI. *de Privileg. Studioſ. th.* X. * Utique Principes in ſuis, quæ Academiis concedunt, privilegiis authoritatem interpretan-

tandi rectè ſibi ſumunt: * & tunc ſi privile- 12
giorum abuſum *tollant*, non etiam ſi *ob abuſum* ipſa *privilegia*, conſultiùs agunt. Nam ita cùm *Ludov.* XII. Profeſſorib. & Studioſ. *Ac. Pariſ.* Privilegiis ſuis abutentibus, eadem eriperet, infeliciter rem ceſſiſſe Boxhornius enarrat, *Caſ. XIII. Diſquiſ. Polit.*

§. XV. Quid de reliquis * *ſub Academia Tutelâ viventibus* dicendum eſt? Num & hi iisdem privilegiis per hoc frui poterunt; quòd Matriculæ & Albo Studioſorum inſerti ſint? Inanis eorum eſt perſuaſio. *v. l. Milit et. l. 16. C. d. Re Milit. l. 2. C. d. Privil. Lib.* * Ideoque pugiles, aliique Exercitiorum Magiſtri; niſi etiam ſtudia cum arte ſuâ jungant ad ejuſmodi beneficia ſe admitti fruſtrà deſiderant. *v.* Hermes *d. c. n.* 180. * Aſt *famuli* Studioſorum expreſsè in Auth. continentur: quod tamen nec ipſum ad privilegia Dignitatis, ſed Securitatis unicè referendum eſt. *v.* Dn. Tabor. *d. Hoplophor. c.* III. §. *19.* ibi: Ob denen Studenten-jungen Degen zu tragen erlaubt ſey? * Quòd ſi etiam Scholarium aliquis *in Civem* ſe tranſcribi fecerit: tunc verò eum, cæteris paribus, privilegia Scholarium non amittere, *poſt Barthol. & Alex.* Creſcentius ſtatuit, *Deciſ. XV. Tit. de Privil. n. 2.*

(margin numbers: 1 at "§. XV.", 2 at "Ideoque", 3 at "Aſt famuli", 4 at "Quòd ſi")

§. XVI.

1 §. XVI. Igitur * non ab ipsô tantùm
Rectore Magnif. ad Conſiſtorium, ſed &
ab hoc *ad Nutritios Academiæ*, in Extrajud.
quoque Gravaminibus, modò per ſe ap-
2 pellabilia ſint, tranſiri poteſt: * Nec minùs
ſi *aliud* quoddam *Collegium* Partem gravet,
ad eum qui Collegiô illô ſuperior eſt, ſive
eminens ſ. inferius quoque iſtud fuerit,
3 provocabitur. * Nam ut de inferioribus
etiam dicamus, *Opificum* Collegia ſubinde
per Magiſtros ſuos die Zunfftmeiſter gravare
ſolent: quibus eô ipsô dum à Tribubus e-
liguntur, *juriſdictio* in cauſis, quæ Colle-
gium concernunt, Gail. *2. O. 20. n. 9. in cæ-*
teris nec per Reconventionem: Vaſqu. *Lib. 1.*
contr. c. 35. n. 7.) non quidem ab opificibus
eligentibus; ſed à Lege vel communi vel
4 particulari, aut etiam Privilegiô, advenit. *
Quâ ratione privati juriſdictionem con-
ferre dici poſſunt. v. Sichard. *ad l. ult. C. d.*
Juriſdict. omn. jud. Carpzov. *P. 2. Conſt.* VI.
def. 9. n. 5. ſeqq. & Knippſchild. *Lib.* V. *c. 2.*
n. 18. ſeqq. de Jurib. Civit. Imp. qui rectiùs
ſentiunt, quàm loquuntur: adde etiam
Marquardum *Lib. 3. c. VI. de Iur. Mercator.* ubi
de Juriſdictione der Hanßgraven/id eſt, *Ju-*
5 *dicum Societatis*, inter Mercatores, agit. *
Multa ſimilia occurrunt & vel in ipsâ ſum-
mâ,

mâ, quâ Reſpublicæ continentur, *Majeſtate*. Nam & hanc dicitur tribuere Populus eligendô Regem; quamvis nil faciat aliud, quàm quòd hunc idoneum declaret, cui Majeſtas, à ſolo ſcil. Deo in fieri & facto eſſe dependens, deſuper infundatur. Non protinùs, qui nummum dat, nummum fecit. *Neque etiam illa Magiſtrorum Opificum *juriſdictio* impropria eſt, aut ex conventione pendet; ſed propriè dicta: aliter atque *Statuta* eorum, quæ condunt. (*vid.* Pol. Ordn. *d. an. 1530. Art.* von Handwercks Söhnen/ Geſellen/ ꝛc. *& art. 37.* §. dieweil.) 6
*Nam aliàs quidem Statuta *Mediatorum*, der Landſtände/ hactenùs Statutorum ſeu Legum particularium vicem obeunt, quòd etiam de aliis, antecedaneô privilegiô aut præſcriptione ſtatuere valeant, quàm de quibus privatim decernere & convenire licet. * (Unde *Decreta*, veluti die Marckt und andere Ordnungen/ à Municipiis etiam citrà privilegium condita, Statutorum nomine non veniunt.) * Sed Opificum Statuta, quoad formam & objectum, inſtar Conventionum ſe habent; ut de illis ſolùm valeant, de quibus privatim diſponere iisd. licebat. Et nihilominùs tamen effectum Statutorum atque obligationem, ei, quæ 7 8 9

10 ex Lege eſt, ſimilem, ſortiuntur. *Quæ qui-
dem ut de gravaminum, indeque compe-
tentis Appellationis naturâ tantò accura-
tiùs dijudicari poſſet, inſerenda fuerant.

1 §. XVII. In cauſis * *Matricularibus* ad
quemnam appellandum ſit, utiliter quæri-
tur? Quamvis autem cauſæ illæ Comitiales
ſint; nihilominùs tamen, ubi Deputati
rem jam definierunt, ad Cameram; (R.
A. *d. ann. 1548.* §. Würde demnach. & R. A.
d. ann. 1566. §. Was aber. *cum ſeq.*) vel etiam
2 ad Aulam Imperialem provocabitur. * Sed
& ad Commiſſarium Cæſaris, & reliquos
Ordinum Deputatos, Appellatio permiſſa
eſt. R. A. *d. ann. 1576.* §. im fall dann. & R.
3 A. *d. ann. 1582.* §. *eod.* * In cauſis *Feudalibus*
à Paribus Curiæ ad Cameram, (Mynſing.
v. Obſ. 90.) & à Domino ad Superiorem ejus
appellatur. Gailius *2. Obſ. 156*, Vultej. *c. 3. d.
Feud. n. 4. vide omn.* M.Dn.Struv. *Synt. Feud.*
4 *c. XVI. Aph. IX.* * De eo ambigendum non eſt,
ſi quando Cæſar his, qui per ſe *mediatæ* con-
ditionis ſunt, immediatè *Commiſſionem* de-
tulerit, uti ejus rei exempla extant, quòd
tunc ab illis ad ipſum Cæſarem appellan-
5 dum ſit. *arg. l. 32. §. 1. C. d. Appellat.* * *Extrà
Imperium* Status Statum trahere non poteſt:
idque ſi præter caſum, quò res extrà Impe-
rium

rium ſita eſt, (Schvvanm. *Obſ. XXI.*) fiat, Camera *Mand. S. C. inhibit. Caſſat. cum Citat. ad vid. ſe incidiſſe in pœnam violat. jurisd. Imp.* decernit. * Sed nec fori renunciatio valere videtur; quæ quidem haud dubiè permiſſa non eſt, ſi *Mediatus* in præjudicium ſui Superioris Foro ſuo Ordinario renunciaſſet, & nec, ſi in Obligatione promiſerit, quòd ſtatim coram Camerâ conveniri ſe pati velit, iſtud Superior admittere tenetur; niſi obligationem ipſe confirmâſſet. Adeò ut ne quidem Compromiſſum in eum finem initum ullius ſit roboris. *conf.* R. A. *1594.* §. *72.* 6

§. XVIII. Nil ultrà * de *Qualitate* Judicum ad quos provocatur, *Numerum* quod concernit, plures quandoque judices quis habet concurrentes, ad quos provocare poſſit: quale quid Conſtitutiones Provinciales alicubi exhibent: uti im Conc. der R. Heß. H. G. O. *Tit. VIII.* §. *2.* ibi: Bürger und Bauren ſollen ihre erſte Inſtanß an denen Statt-und Landgerichten behalten; die andere Inſtanß an Unſeren RegierungsCantzleyen oder dem Hofgericht / und die dritte / wann am Hofgericht geſprochen / entweder an Unſerm Reviſionsgericht / oder am Käyſerl. Cammergericht zu Speyer haben. * Quòd ſi igitur Pars gravata ob certas cauſas generaliter vel alternativè appellare mavult,

vult, ſicque intrà decendium in ſpecie judicem unum certumve, (& ne quidem tacitè per actûs, electionem denotantes,) deſignat, num illa Appellationem deſeruiſſe
3 putanda erit? Nequaquam: * cùm (1) ſufficiat ſimpliciter dicere: Appello: nullô etiam deſignatô judice. *l. 1. §. ſi quis. & l. Imperator. ff. d. Appell.* (2) Electio judicis primæ inſtantiæ, donec lis pendet, non minùs integra ſit. (3) Alternativa non reddat rem dubiam, quando in utramque partem intentio allegantis concludit: *gl. in c. pia. d. Excommun. in 6.* quam in rem conferri debet *c. conſtitutus. d. Reſtit. in integr.* cujus ſpecies magis dubia eſt, & tamen in eâdem alternativa admittitur. *Item cl. cauſam d. elect. & cl. 2. ut lite pendent.* * Non me terret
4 Romanus *in conſ. CCCLX. n. 3.* quando Appellationem extrajudicialem ideò certam, non alternativam eſſe tradit, quia quædam ſit Citatio. Nam hoc poſterius uti accipiendum ſit, infrà videbimus: neque appellatio ante declarationem provocatum arctabit, ſicque ut Appellatio, priuſquam declaratio fiat, Citationis effectum, quoad judi-
5 cem, habeat, non eſt neceſſarium. * (4) in Arbitrio eſt Appellantis, quamnam ex alternativâ Appellationem proſequi velit. Gylmann. *Tom. IV. part. 1. vot. 52. jx. l. 3. §. ult.*

ult. d. Tempor. appell. At v. proſecutio poſt decendium ſuſcipitur. *(5)Rodingius quando *Lib.1.Tit.32.p.435. in Pand.Cam. indefinitè* tradit: *ſi quis ſe non declaraverit, ad quemnam judicem appellatum voluerit, tunc Appellatio deſerta eſt.* Notator *ibid.*addit: ſi tamen pro proceſſibus ap. unum ſupplicat, eò ipsô ſe declarat: quæ quidem ſupplicatio intrà quatuor menſes adhuc fieri poteſt.*Idem Notator *in Eòd. Lib. 1. Tit. xx.* §.3. docet: ſi Appellatio directa ſit ad Aulam Cæſaream vel Cameram, & deinde in Cam. pro Proceſſibus ſupplicetur, quòd tunc in ſpecie exprimendum ſit, ad quodnam judicium Appellationem directam voluerit. *(6) Si appellans judicem ad quem non declaret ante introductionem, penes appellatum, ſi & ejus appellari interſit, conſtitutum eſt, quem electurus ſit. Anton. Faber. *Cod. pag.* 935. Sic autem Appellatio ſimpliciter deſerta ideò dici non poteſt, quòd appellans intrà decendium judicem non ſpecificet.*(7) Nemo non concedit appellari poſſe *generaliter*: quòd ſi verò etiam ultimò momentô decendii appellare licet, in nullô caſu eveniet, ut à generali Appellatione non excludamur: cùm tamen eodem inſtanti generaliter appellari poſſe, & nihilominus in

6 7 8 9

ſpecie judicem deſignandum eſſe, repugnet; Aut verò dicendum eſt, initio decendii, dum tempus declarandi ſupereſt, generalem tantùm provocationem admitti;
10 quod oppidò eſt incongruum. * (8) De Jure Canonico nobiſcum ſentit Vallenſ. *Lib. 2. Decretal. Tit. XXVIII.* §. *8. n. 3.* ubi: *ſcimus etiam eò jure gradatim appellari debere, ut tamen certitudo judicis per introductio-*
11 *nem declaranda veniat.* * Confer (9) pro eâdem ſententiâ Vultejum *Lib. IV. de Judic. c.* II. *n. 49.* Bocer. *Cl.* VI. *Diſp.* XXXIV. *th. 69. p. 696. ubi de jure Civ. & Can.* Cœpoll. *Dec. CCCCLXXIX.* Balbum *Dec. CCCCXLIX.* Dominos d. Rota *Dec. CCXIII. &* Roman. *Conſ. CCX.* qui in alternativa illum judicem eſſe perhibet, coram quo fiat proſecutio: *&* Rota *in Dec. CCXC.* ſufficere, cenſet, quòd poſtmodum appellatus certificetur: licèt intrà decem dies non declaretur judex Superior. Idem docet Speculator *in* §. *Nunc bactenus, in pr. b. vide etiam* Græven. *Lib. 1. ad* Gail.
12 *CXIX. conſid. 1.* * Proinde (10) cùm ad Metropolit., Sedem Apoſtolicam vel quemcunque alium competentem judicem, & ſi Camerâ eſſet judex immediatus, ad hanc provocatum eſſet, Proceſsûs Cameram deinceps electam *in c.* Ohr *contrà* Münſter

anno

anno 80. decreviſſe notat Gylmann. *in præjudic. pag. 18.* eſtque aliud *præjudicium de d. 31. Oct. 592. in causâ* Wolff genannt Daden *contrà* Kerchring. * (11.) Quorundam locorum ſtatutis introductum eſt, quòd intrà trigeſimum diem judex Superior, ad quem in genere appellatum eſt, nominari debeat: Hinc ergò juris communis non erit illa intrà diem trigeſimum declaratio. *v.* Beſold. *ad part. 1.* Würtenb. L. R. *Tit. 58.* §. es iſt auch genug. *n. 98. & ad Tit. 61.* * (12) Baldus *in l. Appellatio. C. h. judicem* Apoſtolos ſimpliciter dare debere tradit, idemque docet Angelus *in l. cùm proponis. eodem.* Quod quidem poſt 30. dies fieri poteſt. Sufficere etiam *Angelus* ait, quòd poſtmodum appellatus per introductionem certus reddatur: maximè ſi judex à quo proximè Superiores non neſciat. * (13.) Si appellans ſibi expreſsè optionem, dum intrà decendium appellaret, etiam poſt decendium faciendam reſervâſſet, coram quo appellationem proſequi vellet, omnes appellationem alternativam valere permittunt. Lancellott. *Limit. 50. d. Attent. n. 25.* ſicque jus commune, eligendi ſive declarandi neceſſitatem intrà decendium, non requiret: Quid enim contrà iſtud valere privati reſervatum

13 14 15

ſpecie judicem deſignandum eſſe, repugnet; Aut verò dicendum eſt, initio decendii, dum tempus declarandi ſupereſt, generalem tantùm provocationem admitti;
10 quod oppidò eſt incongruum: * (8) De Jure Canonico nobiſcum ſentit Vallenſ. *Lib. 2. Decretal. Tit. XXVIII.* §. *8. n. 3.* ubi: *ſcimus etiam eò jure gradatim appellari debere, ut tamen certitudo judicis per introductio-*
11 *nem declaranda veniat.* * Confer (9) pro eâdem ſententiâ Vultejum *Lib. IV. de Judic. c.* II. *n. 49.* Bocer. *Cl.* VI. *Diſp.* XXXIV. *th. 69. p. 696. ubi de jure Civ. & Can.* Cœpoll. *Dec. CCCCLXXIX.* Balbum *Dec. CCCCXLIX.* Dominos d. Rota *Dec. CCXIII. &* Roman. *Conſ. CCX.* qui in alternativa illum judicem eſſe perhibet, coram quo fiat proſecutio: *&* Rota *in Dec. CCXC.* ſufficere, cenſet, quòd poſtmodum appellatus certificetur: licèt intrà decem dies non declaretur judex Superior. Idem docet Speculator *in* §. *Nunc bactenus, in pr. b. vide etiam* Græven. *Lib. 1. ad* Gail.
12 *CXIX. conſid. 1.* * Proinde (10) cùm ad Metropolit., Sedem Apoſtolicam vel quemcunque alium competentem judicem; & ſi Camerâ eſſet judex immediatus, ad hanc provocatum eſſet, Proceſsûs Cameram deinceps electam *in c.* Ohr *contra* Münſter

anno

anno 80. decreviſſe notat Gylmann. *in præjudic. pag. 18.* eſtque aliud *præjudicium de d. 31. Oct. 592. in causâ* Wolff genannt Daden *contrà* Kerchring. * (11.) Quorundam locorum ſtatutis introductum eſt, quòd intrà trigeſimum diem judex Superior, ad quem in genere appellatum eſt, nominari debeat: Hinc ergò juris communis non erit illa intrà diem trigeſimum declaratio. *v.* Beſold. *ad part. 1.* Würtenb. L. R. *Tit. 58.* §. es iſt auch genug. *n. 98. & ad Tit. 61.* * (12) Baldus *in l. Appellatio. C. h. judicem* Apoſtolos ſimpliciter dare debere tradit, idemque docet Angelus *in l. cùm proponis. eodem.* Quod quidem poſt 30. dies fieri poteſt. Sufficere etiam *Angelus* ait, quòd poſtmodum appellatus per introductionem certus reddatur: maximè ſi judex à quo proximè Superiores non neſciat. * (13) Si appellans ſibi expreſsè optionem, dum intrà decendium appellaret, etiam poſt decendium faciendam reſervâſſet, coram quo appellationem proſequi vellet, omnes appellationem alternativam valere permittunt. Lancellott. *Limit. 50. d. Attent. n. 25.* ſicque jus commune, eligendi ſive declarandi neceſſitatem intrà decendium, non requiret: Quid enim contrà iſtud valere privati reſervatum

13 14 15

poſſet; quod tamen per ſe etiam ſuperfluum
16 eſt. * Haud dublè tandem (14) Si penes appellantem non ſtaret declaratio, veluti cùm unum ex concurrentibus Superioribus judiciis nondum reſtauratum eſſet, ad eligendum, durante impedimento, cogi idem non
17 poſſet. * Utique illi qui turbas hîc diſſentiendô faciunt, omnes de Appellatione, quâ clericus de Juribus Eccleſiæ litigat, loquuntur: quibus cùm ad Papam appellatio directa, juxta Canones, vel ſaltim quorundam Canoniſtarum ſententiam, videri poſſet, judicis à quo, ut an ille electus ſit, ſciat, maximè intereſt: quia illô caſu *refutatorios* decreturus non eſſet. Sic ergò ab Epiſcopo ad ArchiEpiſcopum vel Papam appellari poſſe tradunt, ſi infrà decem dies appellans, quem eligat, declaret. Quid tamen ſi h. c. declaratio facta non fuerit? *vide* Gundiſal. *de Leg. qu. VIII. n. 39.*

1 §. XIX. Pertinent huc * Rei, qui privilegium *Fori Electionis* habent, etiam Status Imperii, ſi Auſtregæ ceſſant. (Nam & ad cauſas *Mandatorum* extenditur. *præjudic. in c.* Hamburg *contr.* die Reg. zu Stade.) ùt eſt *S. & Potentiſſ. Rex Sueciæ*, quoad
2 Ducatûs ſuos in Imperio ſitos: * præter quem vix ulli familiæ, quàm *Sereniſſima*

Brun-

Brunſvicenſi & Lüneburg. ſimile competit. Nam hi Duces Præcelſiſſimi intrà duos menſes liberam declarationem habent, an Spiræ an Viennæ conveniri velint. * Cujus 3
quoque Privilegii *poſt* Roding. *augm. L. 1. Tit. 20. p. 285. & 292.* meminit Ph. Andr. Oldenburger/ *in Lib. III. Limn. enucl. c. VIII. §. 5.*

§. XX. Quid ſi * ad eum, qui *Supremus* eſt Judex, *præteritò meritò Judice*, exc 1
preſsè provocetur? ita quidem ſi judex ejuſmodi per ſaltum provocatus Appellationem recipiat, nec Pars excipiat, de omiſsô mediô judice, Proceſſus valere videtur, *arg. c. Paſtoralis. x. d. Except.* Perez. *d. Appell. n. 16.* adeoque nulla Appellatio non eſt.* Non 2
Obſt. *c. 66. x. d. Appell.* quod potiùs hanc traditionem firmat: ſiquidem inibi non infirmatur Appellatio, quæ ad Archi. Epiſcopum per ſaltum contigerat; ſed ipſe potiùs caſſatur Proceſſus, coram Officiali Archi Epiſcopi peractus: eò quòd is cauſam, non attentâ Appellationis, haud gradatim interpoſitæ, exceptione, ad competentem judicem non remiſiſſet, ſed ipſe eam de facto decidiſſet. * Nec igitur deſerta etiam eſt 3
per ejuſmodi Provocationem, præteritò Intermediô Judice, illa Appellatio; ſed ea

potiùs ad competentem *remittitur*: *præjud. in c.* S. Cob. *contr.* Würtzburg / *in ann.*
4 1619. Græven. *l. Obſ.* cxix. *Conſid. 1.* * Ad quam Remiſſionem, licèt Pars contrà Appell. non exciperet, *Cameralmper.* obſtricta eſt: cùm ipſa receptio eidem abſolutè interdicta ſit. C. G. O. *P.* II. *Tit.* xxix. §. Item
5 es ſoll. * *A pari ad parem* non minùs Provocatio ſubſiſtit: ut tamen & ipſa ad competentem remittenda ſit. Ad *Minorem* v. inſtituta ipsô jure nulla eſt. *l. 1.* §. *pen. ff. d.*
6 *Appell.* * De eo fortaſſis nemo dubitat, ſi *Capitula* ſententiæ *diverſa*, ſicque ejusdem actûs diſtincta gravamina ſint, quòd tum etiam *ad diverſos judices* appellare liceat Dd. *in c. ſi duobus, d. Appellat.* & Cravett. *conſ.*
7 ccxxxii. *n. 7.* * Similiter ſi coram judice ex *Compromiſsò* agatur, & tunc judex quem gravet extrajudicialiter, quòd niſi appellationi renunciatum ſit, ad eum, qui illo judice Superior eſt, appellari poſſit: maximè quòd ibid. propria ſit jurisdictio: * imò ſi vel renunciatum eſſet, tamen hoc aliter accipiendum non foret, quàm ſi modum com-
8 promiſso dictum judex attendiſſet. * Quid quòd, licèt *Arbitri Compromiſſarii* judicium propriè dictum non habeant; quem modum tamen eô ipsô quòd de causâ cogno-

gnoſcunt, judicialiter gravare dicuntur: ita etiam, ſi quid *extrajudicialiter* peragant, illud impune non ſit. * Etenim cùm modus 9
compromiſſi per hoc non ſervetur, etiam adv. eos læſis ſuccurri debet.

CAPUT SEXTUM

QUIBUS IN CAUSIS OBTINEAT EXTRAJUDICIALIS APPELLATIO.

(& ſic de ejusdem Objecto.)

§. I. QUod * Sigiſmundus Scaccia habet *Qu. V. Tr. d. Appell. art. 2. n. 94.* 1
ſeq. in Appellatione non tam cauſam, quàm *gravamen* reſpiciendum eſſe: ideòque ubi gravamen reperitur, appellantem, etſi cauſa non ſit appellabilis, audiri oportere; ubi autem illud deficiat, appellationem non admitti: Illud quis per omnia non conceſſerit.* Nam uti quidem nullô exiſtente gra- 2
vamine, cauſa per ſe, quòd appellabilis ſit, forum non fundat; ita nec ſi cauſa appellabilis exiſtat, datô licèt gravamine, per Appellationem Parti conſuletur: niſi gravamen notorium, (Rol. à Valle. *vol. 1. Conſ. XXIX. n. 37.*) aut tale ſit, per quod meritis

 par-

partium, & quidem eò quòd illa quæ juris naturalis ſunt, negligantur, quid decedat:
3 uti ſi probationes admitti noluerunt: * ſiquidem ut à quâlibet *Nullitate*, etiam in causâ non appellabili, ad Superiorem appellari poſſit, uſus ſervat. *v. eund.* Sccacciam *Qu. XVII. Limit. XIX n. 4. &* Brederod. *Part. I. d. Appell. Tit. XII.*
4 * De eâ autem Appellatione extrajudiciali intelligi volumus, quæ ad ſimplicem querelam non adeò accedit.
5 * Nam quæ propior eidem eſt, ſaltim quoad judicem, h. e. proximam cognitionem judicialem, in eâ ne quidem magnoperè ſolliciti eſſe debemus, num cauſa aliàs appellabilis ſit: dummodò gravamen exiſtat,
6 ob quod ad judicem provocare poſſimus. * Et hactenus (*Scaccia*, quem tamen aliàs quoque comparativè, ut major gravaminis quàm cauſæ habenda ſit ratio, accipere licet,) audiendus eſt.

1 §. II. Hinc * utcunque *Lex unic. C. ſi de mom. poſſ.* in *Summariiſſimo* appellationem prohibeat; tamen ea prohibitio non etiam de Extrajudiciali Appellatione; & ne de eâ quidem, quâ judex ùt talis gravat, accipi debet; Contardus *ad d. L. Limit. XXV. n. 1. ſeqq.* dummodò ita ſe haberet poſſeſſio, ut
2 partes citari potuerint. * Sic enim, præcipuè

puè ubi damnum in Ordinario difficulter reparari poſſet, (Knichen *de Saxon. non prov. jur. Verbo: jur. c. V. n. 156.*) tanquam ab inordinatô Proceſſu, utique provocari poſſe Doctores perhibent. *v.* Nattam *vol. I. Conſ. CXXI. n. 4.* * Ut adeò non obſtet, quòd 3
Gailius *in I. Obſ. 7.* ſententiam in momentaneo latam interlocutoriam eſſe, & gravamen irreparabile non continere; adeoque ne quidem Nullitatis deductionem locum contrà eam habere, doceat: * Nam 4
illud uti extrà hos terminos [illegible] quibus agimus, omninò procedit [illegible] ſuperioribus oſtenſum eſt; quam[illegible]òd ad Nullitatem hoc quoque *Gailius* trahat, ei concedendum eſſe non videatur: ità regulariter ſolùm quoad *ſuſpenſivum* effectum, (*v. ipſum* Gailinm *I. Obſ.* CXXXV.) non etiam quoad devolutivum, valet. Ludov. Poſthius 5
Obſ. CVI. n. 81. ſeqq. * Cæterùm ſi res moram non patiatur, veluti tunc in momentaneo Citatione opus non eſt; maximè ſi Decretum non adeò magni foret præjudicii: Græven. *I. Concl. VI.* Menoch. *rem. retin. ult. n. 31.* * Ità ſi judex poſſeſſionis mo- 6
mentaneæ diſcuſſionem ſuſcipiat, deque eâ, poſt ſummarias informationes, dum partes rixantur, abſque Citatione interdicit,

 ap-

appellatio nulla admittitur. 𝔈.𝔊. 𝔒. *P.* II.
7 *Tit.* XXI. * Quotidiè videlicet contingit, ut judex introſpicere ex officio debeat: ſicuti v. c. cùm mortuo cuidam uterque hæres eſſe vellet, uterque etiam poſſeſſionem apprehenderet, ſeque turbarent cum ſcandalo; ſed tamen neuter, ne pro actore haberetur, ad judicium provocare cuperet, nemo rectè redargueret judicem, qui hoc caſu Momentaneum extrajudicialiter defi-
8 niret. * Nec unquam citatione opus eſſe quis rectè dicet, ſi tantùm hoc in momentaneo agatur, ut Proceſſus præparetur, &
6 informativus ſit. * Quatenus enim talis eſt, non tantùm Citatio non requiritur, ſed nec quicquam aliud, quàm quod ad poſſeſſionis indagationem facit. Dn. Mevius *P.* II. *Deciſ. CCXXXVII. & CCXXXVIII.*

1 §. III. *In genere* * cùm *de jure merô* quæritur, non de facto, uti tunc nullô Proceſſu indigemus, ſed judex ſtatim jus dicere pot-
2 eſt & debet: * Ita non tantùm non appellare, ſed nec Querelam Nullitatis inſtituere licet: cùm Proceſſus *ad factum indagandum* inventus & comparatus ſit.

1 §. IV. Ad *Speciales* * *cauſas* tranſeamus. Ubi num Appellatio in causâ *præcedentiæ* admittatur ex Marta colligere poteris *in Digeſt.*

Digeſt. Tit. d. Appell. CLXXI.* Sanè de ea citiùs litigaturus fuerat *Maccbiavellus*, quàm 2
Hieronymus: * Quorum *ille* in *Libr.* II. *dei* 3
Diſcorſi ſoprà Livio. c. XIV. *Vedeſi*, ait, *molte volte, come la humiltà non ſolamente non giova, ma nuoce, maſſimamente uſandola con gli huomini inſolenti, che ò per invidia, ò per altra cagione hanno concetto odio teco.* * De 4
Hoc autem ita Nepotianus *ad Heliodorum: Primam curam habuit, ut humilitate ſuperaret invidiam, inter coæquales primus in opere, extremus in Ordine.* Ingenuè utique & ad purioris ſeculi auram! * Heic ſi publicò 5
quid concedamus, ſummum honoris apicem conſcendiſſe videbimur: quem quidem obtinuiſſe *Athenienſes* nemo non dicet, quando obortâ inter eos & *Arcades Lacedæmonios* contentione, utra Gens priori loco ad Platæas contrà Perſas pugnaret? cedere in communi Patriæ periculo maluerunt, dicentes: *Vbicunque collocati fuerimus, fortes nos præbebimus*! * In imo etiam gloria: quam 6
tamen & ipſam ſi quæras, ne genuinum humilitatis corrupiſſe videaris, verendum eſt: adeò cujuslibet Stationis enixa & contentioſa expetitio ambitu non caret. * Eſt 7
notabilis in hanc rem ea, quam Salgado *in P.* II. *de Protectione Regiâ* commemorat,

rat, ſpecies: (*c.9.n.42.*) quòd Salmanticæ in exequiis *Margaretha Hiſpaniarum Regina*, *Capuccini* & *Jeſuita* humilitatis obtentu *de humiliari loco* contenderint. Capuccinorum verò intentionem viciſſe tandem ait, quippe qui inferiori loco ob rationem humilitatis majoris, *digni* judicati fuerint.

1 §. V. Illud * indubium eſt, quòd licèt aliàs in cauſis *celeritatem* requirentibus, ad impediendam executionem, non appelletur;

2 * tam nihilominùs extrajudiciale gravamen odioſum ſit, ut ubi non exſertè jus aut ratio Juris, Appellationem omnem ſeu Provocationem inhibet, aut judici quid propriâ authoritate citrà cauſæ cognitionem ſtatuere indulget, ibi Appellatio Ex-

3 trajudicialis permiſſa eſſe intelligatur. * Sed odium illud gravaminis extrajudicialis ad cauſas, quas etiam citrà Partium diſceptationem expediri *Officiô Magiſtratûs* publi-

4 cè intereſt, non porrigitur. * Quò pertinet, quòd in Canonibus, quoties de Regularium *Correctione* agitur, ab ejuſmodi Diſciplinâ appellare non liceat: cùm negotium iſtud ob ſalutem Eccleſiæ, & conſervandam corrigentis authoritatem, tale ſit, cujus executio non tantùm non ſuſpendi, ſed imò ne quidem cauſa devolvi debeat. *v.* Cypri-

an.

an. Regner. *de Injuſtit. RR. Leg. adv. Ma-
ſtert. Lib. II. c. XIX.* * Interim adhuc ſi in offi- 5
cio ipsô impingat ſuperior, gravato ſubven-
tum eſt: indeque ſi in corrigendo *modum
exceſſerit* corrigens, cum expreſſione gra-
vaminis, ſi modò reparari poſſit, ſaltim ad
effectum devolutivum, appellare licet. *c.
31. x. d. Appell.* Quæ enim damna Reipubl.
exinde metuenda ſunt? ſi Regulares ab ex-
tante Prælati injuriâ eripiamus: (juxta quæ
Regnerus emendandus eſt.)

§. VI. *Studioſorum* * quoque Appella- 1
tio, quos Proceſſibus detineri noxium, in-
deque cognitio in ipſorum cauſis regulari-
ter *ſummaria* eſt, non facilè recipi ſolet.
* Videlicet plerumque non tam pœnæ ſunt, 2
quas hi in Academiis ſuſtinent, quàm *Cor-
rectiones*: Neque etiam ipſa *Relegatio*,
quamvis perpetua, ſic ùt in cæteris, (*vid.*
Weſenb. *conſ. XIX. in fin.*) infamat; ſed cau-
ſa: *l. ictus fuſtium. ff. d. bis qui not. infam. ubi*
Bartol. * Quin imò nec propriè dicta Stu- 3
dioſorum eſt Relegatio; ſed *lata* potiùs *fu-
ga*: indeque ſi vel aliàs Relegationis pœnam
abrogandam eſſe aſſerentibus, *ap.* Reinkin-
gium *cl. 1. Lib. II. c. 8. n. 10.* accedendum fo-
ret? de eâ tamen, quæ Studioſorum eſt, Re-
legatione, cùm non eadem illius ſit ratio,
idem

4 idem ſtatui non poſſet. * Utique nota ejusmodi, emendatâ vitâ, & excellentiâ Eruditionis, à pœnitentibus elui; neque extrà Academiam in Civilibus aut Moralibus perpetuo impedimento eſſe, aut quem à Sacro Miniſterio; (*ità* Dnn. Theologi Witteberg. *P. II. Conſil. Theolog. Tit. II.* von *Vocation* der Kirchendiener. *pag. 49.*) aut etiam ab Honoribus, quantumvis ſummis,
5 quem arcere vel excludere poteſt. * Indignum verò eſt quàm maximè, Parentes, quos Concilia Academica repræſentant, niſi parente etiam aſperitate Liberos tractent, in Domeſticâ diſciplinâ, ad implorationem Liberorum, ſæpè refractariorum, & ignorantium Amoris, quô in Eorum iſti ſalutem feruntur, redarguere. *t. t. C. d.*
6 *Emendat. Propinqu.* * Sicuti nil adeò rationi juris adverſum eſt, quàm ſi cui pœna Statutis propoſita reperitur, poſtquam de delicto conſtat, ut eum abinde appellantem audire debeamus, *v.* Matth. Stephani *Lib. 3.*
7 *d. Juriſd. Part. II. c. XII. n. 27.* * Quæ quidem in Extrajudiciali hâc noſtrâ Appellatione non minùs obſervari debent: ne & hîc cum magnâ ſæpè rerum ſuarum imminutione, periculosô, quamvis dulci remediô, detrectatores ejusmodi appellare geſtientes, (*v.* Guid.

Guid. Papæ *Deciſ. Gratianop. 437. n. 4.*) inſiſtant. * Quòd ſi tamen non tam ad morum Correctionem pertineat Academica etiam coërcitio, maximè publica; quàm in facinoroſos dictetur, & quaſi egrediatur correctionis Academicæ limites: cujusmodi eſt pœna relegationis cum infamiâ, carceris infamis & diuturni, & ſimiles. * Tum quia magni hæc eſt præjudicii; nec tam ùt vulgus, quàm ùt ſapientes eas pœnas in Studioſis expendunt, reſpici debet. Ideò ſi nulliter eſſe proceſſum aut pronunciatum, (inaudito ſe, indefenſo, antequam communicati ſint Articuli, edita atteſtata, &c.) veriſimiliter doceatur: appellatio hominum, quorum favor meritò maximus eſſe debet, omninò recipienda eſt. *conf. l. 6. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer.* 8 9

§. VII. Quis deinde * non novit *Alimentorum* cauſam valdè eſſe favorabilem, ut licèt de *præteritis* Appellatio valeat; *v.* Lancellott. *d. Attent. Lit. pend. Lim. XXIV. n. 7.* * tamen ſi de *futuris* cuiquam adjudicatis agatur, quô nomine etiam illa veniunt, quæ poſt litem motam currunt, Surdus *de Aliment. Privil. LX. n. 15. in f.* Appellatio à condemnato interpoſita ſolùm effectum devolutivũ habeat: Triviſan. *II. Deciſ.* 1 2

XVII.

3 XVII. *n. 7. &* Fachin. I. *Controv.* LXXVII. * ſicque præſtatio eorum, ſi alimentarius aliunde vivere non poſſit; Cancerius *Lib. I. var. reſ. Tit. d. Aliment. c. XVI. n. 17.* aut cautionem præſtet, (Idem *d. l.*) non ſuſpendatur: * Sunt etiam casûs, ubi planè appellatio non admittitur; videlicet quando in petitione hæreditatis alimenta, lite pendente, aut ad expenſas litis faciendas, adjudicantur. Diez d. Mena *L. 1. Q. XIV. n. 10.* * In cæteris conſuetam hanc diſtinctionem ſervant, ut ſi alimenta ex contractu & per viam *actionis* petantur, etiam ad effectum ſuſpenſivum, Provocatio conceſſa ſit. Idem *d. l. n. 11.* Secùs, & tantùm quoad devolutivum, ſi *officio judicis* veniant. Quam tamen diſtinctionem in alimentis futuris, & in caſibus à *Cancerio d. l.* relatis, attendendam non eſſe verius eſt; Scaccia *Q. XVII. d. Appellat. Lim. VII. n. 17.* * Modò aliqua ſit probabilitas, quòd Actori ea debeantur: quam quidem vel hoc ſuſpectam reddere poteſt, ſi quando judex citrà ullam Partis adverſæ citationem Decretum ferat: Neque enim quicquam eſt, & nec cauſæ favor, qui eum excuſet, quò minùs hâc de re cognitionem ſuſcipere debuerit. * In *Annonariis* cauſis, uti multa ſingularia ſervantur, *v. l. 2. §. 3. d. Admin.*

min. rer. ad Civ. pert. l. 3. C. d. Compenſ. l. 5. § 1. C. d. fer. Ita etiam in illis Appellatio non recipitur. *l. ult. pr. d. App. recip.* * Quod tamen adhuc ad effectum *ſuſpenſivum* redigerem; imò etiam ad hunc, certis caſibus, Provocatio admittetur. Quid enim ſi quis ſubditos cogere velit, ut frumentum publicum corruptum emant: quod quidem fieri poſſe, malè docet Perezius *in Tit. C. d. frum. Urb. Conſt. n. 13.* * Cauſæ *Teloniorum*, ipſæ per ſe odiô plenæ, Provocatione rectiùs emendantur. De quibus cùm *in Ultimâ* DN. Leop. Imp. *Capitulatione* SSer. Dnn. Electores ſibi jurisdictionem aſſererent, Camera Imperialis, ſuæ jurisdictioni per hoc derogatum eſſe putans, dictam Capitulationem absque proteſtatione quidem ſuſcepit; ſed eò quòd à cæteris Statibus punctus ille approbatus non fuerit, hodienum in cauſis Teloniorum adhuc judicat: *v. præjud. ap.* Roding. *Lib. 1. Tit. 2. in Not. p. 2.*

8 (margin, at "Quod tamen")

9 (margin, at "Cauſæ Teloniorum")

§. VIII. Quoad * *Decimas* intentata Appellatio non niſi devolutivum effectum habet; Rebuff. *d. Decimis Qu. ult. n. 21.* * modô pro ſolvendis, & his quidem Decimis agatur, quæ pio uſui deſtinatæ ſunt, & ad ſuſtentationem Eccleſiarum pertinent: * 1 2 3

adeòque ſi is qui exigit decimas appellaverit, aut ſi decimæ ſecularisſatæ ſint, (in quibus etiam quoad *judicem* non aliter ac in *Patronatu Laico*, liberiùs agimus. Gail. I. *Obſ. 38.*) vel etiam ab exceſſu collectoris provocetur, ſuſpenſivum effectum non minùs Appellatio ſortietur.
4 * Quid de cauſis *Mercedum?* Etiam hæ celeriter peraguntur. Itaque ſi judex mercedis ſolutionem conductori injungat, isque de ſterilitate excipiat: videndum eſt, num judex exceptionem non rejiciat, ut etiam in executione, aut poſt eam, ſalva eſſe non poſſit: quâ ratione appellari non poterit;
5 * an v. eam rejiciat: quô caſu rejectio vel apertè iniqua, vel tamen altioris indaginis eſt. Priori modô ſimpliciter, ſed poſteriori, non niſi quoad effectum devolutivum, appellatio recipienda eſſe videtur.
6 * Sed & in *Cambiorum* cauſis appellatio tantùm devolutivum effectum habet. R. A. 1653. §. 107. ibi: daß „in Wechſeln dem Richter erſter Inſtantz un„benommen ſeyn ſoll/ ohngehindert einiger „Appellation oder Provocation, nach der „Sachen Befind- und Ermeſſung / entweder mit oder ohne Caution der Gläubiger „die Execution zuvollziehen.
7 * Sanè Statutis *Genovæ*, Urbis, ſi quæquam alia Euro-

pæ, commercandi ſtudio florentiſſimæ, nē quidem quoad effectum devolutivum Appellatio admittitur. Scaccia *de Commerc. & Camb.* §. *8. gl. unic.* * Secùs atque in Urbe 8
Bononienſi, ubi quoad devolutivum effectum permiſſa eſt. *Conf. etiam* Joh. Bapt. Cavat. *d. Camb. col. 1. in fin. Cap. d. Literis.* * Adeò 9
vel *devolutionis* quandoque ſolatium, vel etiam *cautionis*, gravato ſupereſt: & plures omninò cauſæ dantur, in quibus non ſimpliciter executio, ſed cum cautione *de repræſentando judicatum* indulgetur; dummodò id exitus cauſæ tulerit: Cancer. II. *Reſol. c.* XIV. *n. 21.* * cujus exemplum in cauſis *mer-* 10
cedum Famulis & *Operariis* debitorum reperitur: itemque ſi *colonus retentionis* jure uſurus, finitâ locatione emigrare nolit; (niſi etiam tunc quæſtionem Dominii agitaturus ſit.) * Equidem in *Cambiis* vel præci- 11
puè *Proteſtatione* nobis proſpicimus: ſic enim ſi ex causâ deſignatâ, is ad quem Cambii literæ diriguntur, ſolvere nolit dum exinde ſe quid debere non putat: tunc *ſuper proteſtu* ſolvit, & deinde actione Negot. geſtor. aſſignantem convenit: Sed hoc ut dixi, non aliter, quàm ſi in acceptione & ſolutione ſolenniter proteſtatus fuerit. Rot. Gen. *Dec. VI.* & Statut. Hamb. *P.* II. *Tit* VII. *Art. 10.*

1 §. IX. In quibusdam * cauſis *ne quidem quoad devolutivum* effectum Appellatio admitti ſolet, ut litibus modus ſit; ſaltim non *evidens* aliquod gravamen parti infera-
2 tur: * quâ ratione iterum *Scacciæ* in princ. propoſita traditio, & quod alibi *Idem Qu. XVII. n. 64. & per tot.* ingerit, approbari poteſt: quòd omnes cauſæ non appellabiles, quoties excedantur termini, intrà quos
3 appellabiles non ſint, fiant appellabiles. * Ita cauſæ *Ædificiorum*, ſi de reparandis illis & conſervandis agatur, regulariter inappellabiles ſunt. Lancellot. *P. II. d. Attent. c. XII. Limit. 43.* Et tamen ſi pendente v. c. ſuper diviſione hæreditatis Controverſiâ, alteri hæredum judex *reparandi* facultatem ex communi ſumptu per Decretum conceſſiſſet? Nunquid alter non audiendus erit? cùm quidem non de eô, an ædes reparari debeant, appellet; ſed quòd iniquum videatur, eum qui pro cohærede agnoſcitur, à reparatione excludere velle: ſicque de eo per quem & quomodo reparatio fieri
4 debeat, meritò diſputetur. * Quid etiam ſi quis ex permiſſione *inſoliti operis* aut ejusmodi Ædificii, quod non niſi ad *æmulationem* ſui erigitur, (*de quo latè* Gailius *II. Obſ. 69.*) gravatum ſe eſſe probabiliter oſtendat;

ſtendat; vel etiam judex à quo, oblatâ ſatisdatione protinùs novi operis nunciationem in eo caſu remiſerit, quô de iniquitate eidem è veſtigio apparere potuiſſet. *l.un. C. de N. O. N.* * Neque etiam *Satisdationis* 5
oblatio niſi dubiam ædificii cauſam juvat: ceu *in* Commentat. Pandect. *MSCr. d. t.* oſtenſum eſt.

§. X. Huc deinde * *Apertura Teſtamenti* pertinet, ut ſi illi quorum intereſt aperturam deſiderent, eandem nulla impedire alterius contradictio poſſit; præterquam ſi is Teſtamentum nullum, aut ex eo locum ſucceſſioni non eſſe, ſtatim oſtendere vellet: quâ ratione à gravamine ſuſceptæ aperturæ, tanquam à Parte, appellari poſſet. * 2
Quid ſi *ad judicem* perventum fuerit? nam & hoc addemus. Tum verò judex celerem de eâ re cognitionem ſuſcipiet; nec à Decreto ejus, (perinde ac de eo, qui ex Edicto Divi Hadr. conventus provocare nititur, *in l. 6. C. quor. Appell. non recip.* reſponſum eſt,) appellari poteſt: *Idque etiam cum 3
Fachinæo *Lib. 1. Contr. LXXVI.* quoad *devolutivum* effectum capi debet; contrà quàm quidem *in P. III. Deciſ.* CCCCV, *ap.* Mevium deciſum eſt. * Similiter *ne pignus vendere* 4
liceat, ne quidem à parte provocatio locum

habebit. *l. fin. ff. d. Appell. recip.* Atque ùt aliàs in cauſis *ſepulturarum* Appellationes non admittuntur; maximè ſi peſtis tempore de ſepulturâ moveatur litigium. Carpz. *Lib II. juriſpr. Conſiſt. Tit. XXIV. def.* CCCXCV.
5 * Ità multò minùs audiendus eſt creditor, (& imò injuriarum convenietur, & vim adhibens creditô cadit. Gailius *d. Arreſt. c.* XI. *n.* 29. *junct.* Mevio *in Tr. ſim. c.* VIII. *n.* 225. *ſeqq.*) qui *ne Corpus* debitoris *ſepulturæ tradatur*, à Parte etiam, appellat. *arg. l.* 38. *ff.*
6 *d. Relig. & l.* 7. *ff. d. Appell. recip.* * Si quis autem ſepulchro cuidam ſe inferri ultimâ voluntate mandaverit, quod ad ſe ſuamque familiam pertinere veroſimiliter probat alius. Tum ſi hic nihilominus adhuc gravari velit, rectè ſive à Parte ſive à judice & ad utrumque effectum provocabit: Cadavere intereà, ſi non alius locus in eôdem templô, cui Legatis maximis ornato præcisè defunctus inferri voluerat, reperiatur, tantiſper juxta Templum ſepoſitô: Cui quid ſimile in celebri Germaniæ Civitate nuper contigiſſe vidimus.

1 §. XI. Porrò * ſi à quopiam *Rationes* exigantur, aut judex ei ut rationes redderet, injungat, appellari abinde non poteſt; niſi ipſam neget adminiſtrationem, ſicque an red-

reddere rationes teneatur, controvertat, aut etiam de reſiduo interveniat diſceptatio. Munoz. *d. Eſcobar. c.* XXXIII. *d. Ratioc. n. 13. 14.* D. Carpzov. *Proc. Tit.* XVIII. *art.* II. *n. 17. ſeqq.* Idemque de judiciali Appellatione aſſerendum eſt: Et licèt in *causâ piâ* aliàs ad effectum ſuſpenſivum appelletur; tamen ſi *Adminiſtrator* loci pii ad rationes redd. condemnetur, & appellet, executio non ſuſpenditur. Carocc. *d. Rem. contr. S. pr. Exc.* XLIV. *n. 22.* * Debet etiam hoc obſervari, cùm *Princeps* regulariter in redditionem *rationum Civitatis ſuæ* ſe intromittere non poſſit; Kirchov. *Tom. V. conſ.* XXIV. *n.* 200. niſi etiam de malâ adminiſtratione ſuſpicio fuerit: Matth. Stephan. *Lib.* II. *d. Jurisd. Part.* II. *c.* II. *n. 172. ſeqq.* Quòd tum ab eôdem contrariô caſu, gravamen appellabile oriri queat. * Quid ſi *Expenſas*, veluti judiciales, moderetur judex? ſi illud citrà partis citationem fecerit, (Carpz. III. *Reſp. Tit. 12. R. 123. n. 29.* Richt. 3. *Dec. 105. n. 26.* Zanger. *1. d. Except. c. 1. n. 60.*) modumve exceſſerit, utique etiam ab ejuſmodi moderatione appellabitur; *dict.* Carpzov. *Tit.* XXIV. *Procer. artic.* IV. *n. 37. ſeq.* & *I. For.* 31. 18. modò non pars gravata, licèt non expenſarum, tamen aliorum puncto-

2 (margin, beside "Debet etiam hoc obſer-")

3 (margin, beside "Quid ſi Expenſas")

rum ratione citata ſit; vel ſpontè comparuerit; Idem *l. For. 31. 4.* aut etiam de unius tantùm termini expenſis, velut ob contumaciam, ageretur. Idem *art. III.* §. *V. n. 27.*
4 *ſeqq. & 1. For. 31. def. 5.* * ubi *in def. 19.* monet, quòd licèt ejuſmodi expenſæ unius termini ab Adverſario deinceps victo repeti non poſſint; eædem tamen non ſolutæ adhuc rectè compenſentur.
5 * Utcunque verò quoad Citationem ſe res habeat, illud omninò certum eſt, quòd ſi vel maximè cauſa cognita fuerit, tamen ſi judex modum exceſſerit, item ſi expenſas à Parte petitas in condemnatione omiſerit, (Carpz. *d. Conſt. 31. def. 20. & 21.*) abinde appellari queat: nec etiam judici qui ſemel taxavit, gravamen revocare permiſſum ſit. Ummius *Diſp. XXII.*
6 *ad Proceſſ. th. X. n. 38.* * Aliàs in his, quæ in *mero* Magiſtratûs *arbitrio* conſiſtunt, Appellationi locus non eſt, niſi etiam definitivum ſecum habeant præjudicium. Scaccia *Qu.* XVII. *Lim.* XLIX. *Membr. 1. n. 176. in f.*
7 * Nunquid enim non malè appellaret creditor, cùm judex debitori ob difficultatem ſolvendi tempus ſolutionis prorogat? Coler. *Part. III. de Proc. Exec. c. VI. n. 12. ſeqq.*

1 §. XII. Equidem * non protinùs, ſi quæ cauſa appellabilis eſt, is qui in eâdem gravatur,

tur, appellare neceſſe habet: uti de Ele-
ctione ſinè formâ traditur *in l.27. C. d. Ap-
pell.* & ſi Duumvir, nullô actu ex Lege ha-
bitô, ſed tantùm vocibus popularium po-
ſtulatus ſit, nullam creationem ejus, nec
appellatione opus eſſe, ingeritur *in l.11. ff.
eod.* * Idemque de *Collationibus Beneficio-* 2
rum dices, quæ ſi nullæ fuerint, cauſa per
fatalia Appellationis non perimitur. Quid
enim ſi ab eô conferatur, aut conferri velit
beneficium, qui ejus conferendi poteſta-
tem non haberet? Quinam verò & quibus
conferre beneficia poſſint? breviter Spren-
gerus exponit *in Lib. V. Romæ Nov. c. 1. §. 3.* * 3
V.c. detur Epiſcopus, qui non niſi cum con-
ſilio Capituli beneficium conferre poterat;
ſi tum eo mortuô ſolum quid in collatione
tentet Capitulum, regulariter id non pro-
cedet. *c. 1. ne ſede vacant. in 6. junct. c. un. x.
eod. &* Ricc. *Deciſ.* DCCCLXXX. *& in Prax.
Eccleſ. fol. 500.* * Cùm quidem Capitulum 4
eô tempore δύναμιν eligendi idoneum;
ſed tamen non ἐξουσίαν conferendi bene-
ficium habeat. Interim præſentatos à
Patronis inſtituere, item jam electos con-
firmare, non prohibetur. * Ubique is cui 5
ordinandi facultas eſt, etiam beneficium
conferre valet. Et tamen quòd Capitula,

Ii 5 quam-

quamvis poteſtatem ordinandi non habeant, hodiè nihilominus, invito ſæpiùs Epiſcopô, in Cleri Canonici numerum quem recipere poſſint, Marcus Anton. d. Dominis obſervat. *in Lib. IX. d. Republ. Eccleſ. c.*
6 VIII. *n. 12.* * Prout autem nulliter aliquando beneficia conferuntur: ita ſæpiùs etiam nulliter aliquos *privari beneficiis* accidit: quô caſu privatis, an manutenentiam quærere, an appellare velint? liberum eſt; ut tamen ſi per Decretum iniquum deſtituti
7 ſint, commodiùs appellatio inſtituatur. * Quid namque ſi judex ordinem juris non ſervaverit? veluti dum ob non Reſidentiam aliquem privaturus eſſet, ſi neque trinam citationem in locô beneficii præmiſerit, neque etiam privandum per ſex menſes à die ultimi peremtorii *jx. not. c. ex tua. d. cleric. non reſident.* expectaverit; (Seraphin. *Deciſion. MLCCCXLVI. & MCCCLXVI.*) nonne ſic à Decreto ſubſecuto appellabitur; aut ſi evidens ſit Nullitas, gravato etiam citrà Appellationem proſpiciendum eſt?

1 §. XIII. Ita enim * ſi *Mandatum executionis* nullum aut ſurreptitium eſt, ab eo non provocari Panormitanus docet *ad c.*
2 *Quod ad conſultationem, n. 27. d. re. jud.* * Atque

que in univerſum ſi gravamen *Nullitatem* contineat, etiam poſt decendium ſuper eo gravatum conqueri poſſe, *ex l. 2. C. d. precib. Imp. off.* conſtat. * Imò ſi vel Appellatio *deſerta* fuiſſet; tamen adhuc Nullitatis Remedium eligere licere nonnulli cenſent: Quod quidem ſi Nullitas non unà cum Appellatione *acceſſoriè* inſtituta fuiſſet, jure veteri in cauſis judicialibus & extrajudicialibus concedi poterat; *jx.* Mynſinger. II. *Obſ.* LXXVII. nunc autem poſt *R.* I. 1654. per diſtinctionem ſanabilis & inſanabilis Nullitatis temperandum eſt. *Cæterùm uti periculum cauſæ quis non ſubit ex ſententiâ, quæ in cauſis judicialiter peractis *in rem judicatam* non tranſiit: qualis eſt ſententia, quæ ſimul puncta incidentia & *obiter* tantùm articulata definit: nam ejuſmodi puncta, quamvis à ſententiâ appellatum non fuerit, ſemper tamen in novam actionem deduci poſſunt: Carpzov. *Deciſ.* XLIX. & *Mevius* III. *Deciſ.* CCCVIII. * Item ſententia *contrà matrimonium* lata: (de quâ tamen omninò *vide* Kitzelium *in Synopſ. Matrim. c. X. th. 31.* & Beſoldum *conſ.* CCI. *n.* 2. 3. & *conſ.* LV. *n.* 20. *item* Gailium I. *Obſ.* 105. *n.* 6. & *per tot. Obſ.* 112. *ubi* B. Græven.) *Similiter ſententiæ *criminales*, dum Pars notoriè in-

injuſtè periculo vitæ per confeſſionem vel
aliter ſe ſubjecit. Gail. 2. *d. Pac. Publ. c. 5. n. 4.*
7 * Et quæ *ex fictis probationibus* latæ ſunt.
8 Idem *d. Lib. 2. c. 8. n. 2. ſeqq.* * Aut quando,
dum Pars ſinè actione experiretur, puta
quòd ea per *præſcriptionem* extincta eſſet;
tamen judex, hâc præſcriptione, licèt illa à
parte oppoſita non eſſet, ex officio non
attentâ, contrà hanc pronunciat: Berl. 1.
Concl. 59. ap. Carpz. 1. *For. 25. def. 2* & multæ ſententiæ aliæ *ap.* Ummium *Diſput. XIX.*
ad Proceſſ. n. 49. quæ tamen & ipſæ exami-
9 ne indigent. * Ita in actibus extrajudicialibus, qui *penitùs nulli* ſunt, quamvis intrà
decendium non appelletur; tamen *aliis* ſibi
Remediis poſtmodùm, coram eôdem vel
aliô judice, inſtituendis, ille qui gravatus
10 eſt, conſulere poteſt: * Quin imò ſi ſuper
notoriâ injuſtitiâ ſupplicatum fuerit, cauſa
etiam *ſinè Appellatione* ad Tribunal ſuperius, ut illud Decreta reformare & tollere
poſſit, (Vantius *c. III. d. Nullit. n. 13. & 132.*
cum ſeq.) *devolvetur: jx.* Mevium *Part. I.*
11 *Deciſ. CXCV.* * Veluti ſi Curator litis ex condemnatione fœminæ ſuæ, vel in cauſis ejus,
gravari vellet: qui quâ ratione Decretum
ejuſmodi tolli petere debeat, *Idem* Author
oſtendit. Et hoc in eô quoque caſu procedit,

dit, quo cauſa per ſe appellabilis non eſſet. Idem *in Part. IV. Dec. CXV.* Verùm de his infrà fuſiùs.

§. XIV. Nunc * cùm ſæpiùs dixerim, ſi 1
Magiſtratus tanquam Pars & in propriâ causâ quid extrà judicium audeat, quòd tunc ab eo provocetur, commodè, quænam *propria* Magiſtratûs *cauſa* dici debeat? eruendum eſt: * quippe quòd nullibi non con- 2
demnatus aut gravatus de *Intereſſe* Judicis ſuſpîcari ſoleat: nemoque ſibi judicem habuiſſe talem videatur, qualem *Plutarchus* deſcribit VIII. 3. ἀπαραίτρεπτον, ἰσοστάσιον, ἰσόῤῥοπον, ἀκλινέα, ἀκριβέστερον τῶν ζυγοῦ τὴν ῥοπὴν, immobilem, æquum, indeflexum. * 3
Unde cùm aliàs, in denen Churfürſtl. Sächſiſchen Appellations Gerichten/ Decreta & Sententiæ in Jhr. Churfürſtl. Durchl. Nahmen concipiantur, ne unquam Sereniſſimus Elector in causâ Propriâ vel Propinquorum jus dicere argui poſſit, à conſuetô ejusmodi pronunciandi modo tum receditur, wann (1) Jhrer Churfl. Durchl. Cammer oder der Aembter intereſſe in lite begriffen / oder etwa (2) Herzoge von Sachſen / oder andere nahe Anverwande / Klägers oder Beklagtens ſtelle halten. Dann in ſolchen Fällen pflegt alſo ge-

ſo geſprochen zu werden: Erkennen wir Churfl. Sächß. Præſident und Appellations Rähte vor recht. *v.* Carpzov. *de form. Pronunc. in Supr. Appell. Jud. El. Sax.*
4 *poſt Proceſſ. pag. 3. n. 10.* * Quamvis autem in eâdem inſtantiâ quis gravamini huic, quando in propriâ causâ judex, & vel Magiſtratus in causâ Civitatis, procedit, per compendium mederi quem poſſe arbitretur, veluti per objectionem *Exceptionis Incompe-*
5 *tentiæ* aut *ſuſpecti* recuſationem; * Tamen cùm utraque Exceptio coram judice, ſaltim veroſimili, opponi ſoleat, ideò rectiùs prohibitionem per *Mandatum ſinè cl.*, læſus, ſive Civis ſive non Civis ſit, petet; aut ubi forum immediatum Cameræ non eſt, vel ſimile judicium, quod in Mandatis fundatum fuerit, *provocabit. conf.* Gail. *l. 39. n. 4.*
6 *&* Perez. *Tit. Cod. Ne quis in ſuâ cauſ.* * Propria verô cauſa eſt, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem *ſuô nomine* pertinet. *l. 11. §. 11. quand. appell. ſit.* In quâ ſi de Judice alio ſubſtituendo conveniri non poſſit, Princeps partes ſuas interponit, vel etiam cauſam ad ſe avocat. Khraiſſer. *Tit. 5.*
7 *Jur. Bav. Leg. 5. n. 4. 5.* * Ex hoc autem colligitur, quòd Magiſtratus propriam cauſam non agat, quando ea peragit, quæ eidem *vi Pot-*

vi Poteſtatis Ordinariæ in Cives adſcribuntur, *l. 3.* §. *6. d. injur.* ejusque Poteſtatis Executionem aut Exactionem munerum publicorum præferunt: * Non etiam, quando 8
de competentiâ ſui cognoſcit; (ſecùs ſi de Suſpecti recuſatione: Gail. *l. Obſ. 34. n. 7.*
* Imò ſi vel *Crimina* etiam ad ſe; ùt Magi- 9
ſtratum, pertinentia, vindicare præſumeret; (Gail. *d. l. n. 2. ſeqq.*) tamen propriam ſuſcipere cauſam dici non poſſet: modò certà injuriæ pœna conſtituta, (Ruland. *part. 1. d. Commiſſ. Lib.* III. *c.* XV. *n. 7.*) & Fiſco, non etiam Magiſtratui, applicanda ſit. *jx.* Græven *Concl. XXXIX. n. 16.* * Ubi tamen Magi- 10
ſtratum ideò de *injuriâ* regulariter cognoſcere non poſſe putat, quia in dubio eidem ùt privato illata intelligatur. *n. 5.* * Igitur 11
hiſce caſibus & ſimilibus aliis nunquam à Magiſtratu tanquam parte, ſeu propriam cauſam agente, quis rectè provocaverit. *conf. Magnif.* Dn. Taborem. *Lib. IX. ad Barboſ. c. LXXXIX. Axiom. IV.*

§. XV. Cæterùm * ab eodem ùt à Ma- 1
giſtratu *in Pœnalibus* utique datur provocatio. Etiamſi enim à pœnâ ipsâ tam non appelletur, quàm nec à Lege Statutôve, quô illa conſtituitur: *l. 244. d. V. S.* adeoque pœnam iniquitatis arguere non liceat. * Ta- 2
men

men à pœnæ illius indictione, quando *applicatur*, (quod & tum fit, quando judex ſibi hanc vel illam pœnam *reſervat:* nam hoc reſervatum pro declaratione eſt. Roding. *Lib. 1. Tit. 7. p. 91.*) atque is cui illa injungi vult, delicti ejus ſe non reum, aut modum pœnæ juſtum non adhibitum eſſe arbitretur, cùm pœna hactenus tantùm *judicis* ſit, deque ejus *facto* unicè disquiratür, (Ant. Matthæi *de Criminibus Tit. XVII. c. V. n. 14.*) provocari omninò poterit. Roman. *in ſingul. CCXVI.* Marant. *p. VI. act. 2. Limit. XI. n. 300.* Scaccia *q. XVII. d. Appell. Lim.*
3 *XXVIII. n. 3.* * Quòd verò Perezius *ad Tit. Quor. Appell. non recip.* §. *3.* Wieſenbach. *Dec.* XXXVIII. *ad Digeſt. tb. 17.* aliisque, etiam *ab ipsâ pœnâ* hodiè provocari poſſe ſtatuant, poſtquam pœna non ampliùs Legibus definita ſit, adeoque à Lege non ita appelletur; ſed potiùs ab *arbitrio judicis*, cui pœnæ definitio commiſſa ſit, *per l. 13. ff. de pœnis.* illud minùs eſt congruum, noſtramque doctrinam anteà propoſitam hodienum vige-
4 re *ex ſuprà dictis* planum eſt. * Ubi quidem hoc obiter notamus, ſi Princeps vel Dominus bey Vermeidung ſeiner Ungnad quid edixerit, quòd tunc pœnam arbitrariam Reo infligere poſſit. *arg. N. 17. c. 3.* Cacheran.

ran. *Dec. 80. n. 18.* Scacc. *d. Judic. c. 12. n. 18.*
Maſtrill. *d. Magiſtr. Lib.* III. *c. 4. n. 443.* * 5
Nec minùs quòd pœnam jam declaratam,
ſeu Fiſco aut Parti adjudicatam, Judex per
reſtit. in integrum, remittere poſſit; ſaltem
Reus expenſas contumaciæ ſolvat. Græv. I.
Concl. CXIV. *n. 4.*

§. XVI. A *Mulctâ* * ſi appelletur, à Lege 1
appellari dici non poteſt: quia cùm ſem-
per ex definitione judicis pendeat, nun-
quam certa eſt. * Interim tamen hactenùs 2
pœna & mulcta non differunt, quatenus
haud unquam à mulcta aut pœna in theſi
appellatur, ſed ſemper quatenus alterutrius
ſit applicatio: * Niſi quòd cùm de facto 3
conſtet, pœna Legis ita ſe habeat, ut per
appellationem minui non poſſit; * eòdem 4
verò caſu, quando mulctam commeritum
ſe eſſe quem fateri oportet, adhuc tamen
de iniquitate mulctæ, quam Fiſcus exigit,
ejusque causâ non planè liquida, idem con-
queri & provocari queat. * Ita quòd in 5
Mulctis appelletur; eſt *in l. 25. C. d. Appell.*
ap. Manzium *in Deciſ. Palat. Qu. LXIX. &*
LXX. & Chriſtoph. Cruſium *Lib. IV. d. Iudi-*
ciis Delict. c. XLVIII. n. 13. ſeqq. * Spretâ limi- 6
tatione *Roſenthalii*, quòd tum appellari ab-
inde nequeat, ſi mulcta ob *contumaciam* in-

men à pœnæ illius indictione, quando *applicatur*, (quod & tum fit, quando judex ſibi hanc vel illam pœnam *reſervat*: nam hoc reſervatum pro declaratione eſt. Roding. *Lib. 1. Tit. 7. p. 91.*) atque is cui illa injungi vult, delicti ejus ſe non reum, aut modum pœnæ juſtum non adhibitum eſſe arbitretur, cùm pœna hactenus tantùm *judicis* ſit, deque ejus *facto* unicè disquiratur, (Ant. Matthæi *de Criminibus Tit. XVII. c. V. n. 14.*) provocari omninò poterit. Roman. *in ſingul. CCXVI.* Marant. *p. VI. act. 2. Limit. XI. n. 300.* Scaccia *q. XVII. d. Appell. Lim.*
3 *XXVIII. n. 3.* * Quòd verò Perezius *ad Tit. Quor. Appell. non recip.* §. 3. Wieſenbach. *Dec.* XXXVIII. *ad Digeſt. tb. 17.* aliisque, etiam *ab ipsâ pœnâ* hodiè provocari poſſe ſtatuant, poſtquam pœna non ampliùs Legibus definita ſit, adeoque à Lege non ita appelletur; ſed potiùs ab *arbitrio judicis*, cui pœnæ definitio commiſſa ſit, *per l. 13. ff. de pœnis.* illud minùs eſt congruum, noſtramque doctrinam anteà propoſitam hodienum vige-
4 re *ex ſuprà dictis* planum eſt. * Ubi quidem hoc obiter notamus, ſi Princeps vel Dominus bey Vermeidung ſeiner Ungnad quid edixerit, quòd tunc pœnam arbitrariam Reo infligere poſſit. *arg. N. 17. c. 3.* Cacheran.

ran. *Dec. 80. n. 18.* Scacc. *d. Judic. c. 12. n. 18.* Maſtrill. *d. Magiſtr. Lib.* III. *c. 4. n. 443.* * 5
Nec minùs quòd pœnam jam declaratam, ſeu Fiſco aut Parti adjudicatam, Judex per reſtit. in integrum, remittere poſſit; ſaltem Reus expenſas contumaciæ ſolvat. Græv. I. *Concl.* CXIV. *n. 4.*

§. XVI. A *Mulctâ* * ſi appelletur, à Lege 1
appellari dici non poteſt: quia cùm ſemper ex definitione judicis pendeat, nunquam certa eſt. * Interim tamen hactenùs 2
pœna & mulcta non differunt, quatenus haud unquam à mulcta aut pœna in theſi appellatur, ſed ſemper quatenus alterutrius ſit applicatio: * Niſi quòd cùm de facto 3
conſtet, pœna Legis ita ſe habeat, ut per appellationem minui non poſſit; * eòdem 4
verò caſu, quando mulctam commeritum ſe eſſe quem fateri oportet, adhuc tamen de iniquitate mulctæ, quam Fiſcus exigit, ejusque causâ non planè liquida, idem conqueri & provocari queat. * Ita quòd in 5
Mulctis appelletur; eſt *in l. 25. C. d. Appell. ap.* Manzium *in Deciſ. Palat. Qu. LXIX. & LXX.* & Chriſtoph. Cruſium *Lib. IV. d. Indiciis Delict. c. XLVIII. n. 13. ſeqq.* * Spretâ limi- 6
tatione *Roſenthalii*, quòd tum appellari abinde nequeat, ſi mulcta ob *contumaciam* in-

7 feratur. *c. IX. d. Feud. n. 49. Concl. 1.* * Nam illud, quòd contumax appellare non poſſit, (*l. 53. ff. d. re jud.* Rosbach. *Tit. 47. Proc. n. 11.*) locum tantùm habet, ſi ſententia ſuper causâ principali, non etiam ſuper aliis actibus Proceſsûs, in contumacem lata ſit: ùt rectè Brunnemann. *ad d. l. 25. Cod. poſt* Carpzov. *Lib. III. Reſp. El. Tit. 12. R. 12. n. 10.* Quod tamen adhuc fallit, ſi eâd. die, quâ ſententia lata eſt, veniat quis & appellet. Gutierez. I. *Q. CV.* Imò alicubi ſimpliciter contumaces admittuntur. *v.* Grœnvveg. *ad Lib. VII. Cod.*
8 *T. 65. leg. 1.* * (*conf.* de Appell. contumacis Felin. *ad c. Quod ad Conſultationem. X. d. re jud. col. 13.* & Coracc. *d. Remed contr. ſentent. præjud. Except.* XLIV. *n. 306. ſeqq.* item an ob contumaciam condemnatus innocentiam ſuam adhuc oſtendere, & contumaciam purgare poſſit. Gail. *d. Arreſt. c. X. n. 23. cui jung.* Gylmann. *Tom. V. Symphor. p. 422 n. 91. l. 23. §. f. d. appell. recip. l. 1 C. quor.*
9 *app. non adm. l. 13. §. 4. d. Judic.*) * Quod autem unà tradit *Roſenthal*, à mulctâ, quæ in locum pœnæ corporalis ex gratiâ ſubſtituta eſt, appellari non poſſe, illud agnoſcen-
10 dum eſt: * Quemadmodum econtrà hoc quoque, dum à mulctâ appellationem admiſimus, annotari debet, quòd à *modicâ* coër-

coërcendi poteſtate Appellatio nunquam admittatur, ſcilicet quam Magiſtratus Krafft der Gerichts-Ordnungen oder Edicten/adhibet: Tum quòd ita adv. ipſas Ordinationes & Edicta provocaretur; tum etiam quòd Magiſtratui, dum jurisdictionem ſuam modicâ coërcitione tuetur, impedimentum aut ſufflamen injici non debeat. Beſoldus *c. vii. d. Appell. n. 34.* * Unde haud dubiè illud procedit, quòd judex ſuperior, quoties ſententiam principalem reformat, in puncto tamen mulctæ Partium vel Advocatorum eam reformare nunquam ſoleat. * Num verò contrà iniquitatem Magiſtratus, quam etiam in modicâ coërcitione ſuſtinere durum eſt, nulla remedia ſuppetunt? Omninò. Præterquam enim quòd hîc etiam vi Ordinationum certe gewiſſe Friſt indulgetur, innerhalb welcher der beſchwehrte Theil ſeine Unſchuld/ (& ſub præjudicio quidem,) darthun könne: ſi planè modum ipſamve Ordinationem exceſſiſſe judicem appareat, adhuc ab eo, nullâ etiam attentâ quantitate, provocabitur. * Quid ſi ſub certâ pœnâ quis facere quid nominatim prohibitus ſit, an notitia ejus rei ſola ſufficit ad hoc ut condemnari poſſit. Neutiquam, ſed niſi 11 12 13

intimatio ei facta fuerit, rectè appellabit. Mohedan. *Dec. ult. Tit. de ſent. excomm. n. 2, in fin.*

1 §. XVII. Enimverò * & *Magiſtratui* non ſecùs atque Legibus & Conſtitutioni Publicæ authoritas ſua defendenda eſt, præcipuè ſi in eminenti quâdam Dignitate conſtitutus ſit: quâ ratione pro eô magis præ-
2 ſumitur. Weſenb. *conſ. XL. n. 29.* * Ut tamen non protinùs ſubditi eidem reſiſtentes pro *rebellibus* habeantur: *v.* Tiber. Decian. *Tr. Crim. Lib. VII. c. 32. &* Maſcard. *d. Probat.*
3 *Concluſ. MCCLVII.* * actusque iniqui & calumnioſæ Magiſtratuum interpretationes competentibus Remediis retractari poſſint, ne unquam ſub prætextu publicæ
4 incolumitatis perniciosè erretur. * Hinc quoad cauſas *Politiam*, oder das Policeywesen / concernentes, in §. Wie nun ſolches. R. A. 1654. cùm dubitaretur, num illæ Appellationem reciperent, ſalubriter proviſum eſt, ut non quidem ab ipſis *Statutis & Ordinationibus*, (de quibus eleganter Savedra *en Empr. XXI. p. 186. Una luna las eſcrive, y eſſa miſma las borra.*) dummodò non iniquè & tam ab eo, qui poteſtatem ſtatuendi habet, conditæ: quam etiam uſu re-
5 ceptæ ſint, Appellatio detur; * attamen ſi iniquè

iniquè applicentur, privatique injuſtis Decretis, contrà dictas Ordinationes, vel jura communia, in his talibus graventur, ſecùs ſe habeat. Nam hactenùs in nullâ publicâ causâ privati, quorum unà intereſt, appellare prohibentur: *l. 4. 7. 11. 18. 22. 26. C. d. Appellat.* * Et imò ſi vel, num eorum inter- 6
ſit, & quòd non contra ipſas Ordinationes appellent, dubitetur, audiendi nihilominus, & gravamina quænam ſint, expendenda ſunt: tumque ſi veroſimilia videantur, inhibitionem per judicem ad quem decerni nil impedit. * Neque tamen hæc ſo- 7
lùm ad cauſas *Tribuum*, de quibus præcipuè d. §. agitur, referenda ſunt; verùm idem etiam aſſeri debet in cæteris cauſis Politiam concernentibus, als da ſeind keine Frevel/ ſo mit einer Buſſe abgetragen werden/ de quibus ùt coercendis jurisdictio inferior der Erbgerichten alibi vacat: *v.* Carpzov. im *Inquiſitions*-und Acht-Proceß, *Tit. 1. art. 1. pag. 11. ſeqq.* ita iisdem dijudicandis nonnullibi peculiaria Judicia die Rüg-oder Policey/ item Frevelgerichte comparata ſunt: Nam & ab his, ſi in infligendis pœnis iniquè aut nulliter procedant, appellatio admitti debet. * Poſtquam enim non ità *Cen-* 8
ſuræ nomen ampliùs apud nos capitur, ut

ſimplicem emendationem citrà pœnam notet; ſaltim ſi judicio cenſoriò delictum diſceptetur. Ideò quod *Cicero* habet *in Orat. pro Cluent.* à ſectâ noſtrorum temporum alienum eſt. *Animadverſionem Cenſorum neque judicium unquam nominatam, neque ut rem judicatam obſervatam eſſe, timoris cauſam, non vitæ pœnam, in illâ poteſtate eſſe voluiſſe (Majores,) nec de pecuniâ*
9 *aut æſtimatione cujusquam actum fuiſſe.* * Quòd ſi tamen obſoleta quoq; ad noſtrum forum applicari poſſunt: de quo ut fieri debeat, *v.* Anton. Matth. *Præfat. ad Lector. d. Auctionib. Irenarchas*, (qui & ipſi ab *Eranarchis*, h. e. ſtipi & erano Provincialium colligendo præfectis, diſtinguebantur. Ramirez Pentecontarch. c. *XI.*) ſeu λης̄οδιώκ]ας *in* X. *Cod.* 75. & XII. 23. cum *Rüggraviis* ſeu Cenſoribus modernis comparare nil impedit; tantùm quòd Irenarchæ magis quietis publicæ, quàm morum gratiâ inſtituti fuerint. Dietherr. *ad* Beſold. *Theſ. pr. voc.* Wegelagerung conf. Von der Form der Ruggerichten/ Obrechtum in ſeiner Policey-Ordnung *pag.* 185. *ſeqq. item* Speidelium *in Notabilib. Lit. R. n.* 143. * Et an ſciens quis delictum *committendum*, maximè ſi illud ſe probare non poſſe vereatur, judici *revelare*
10 ob-

obſtrictus ſit, idque ſi non faciat, puniatur, licèt filius ſit, & quomodo? Item de impediendo, & an quis ob defenſionem præſtandam quid exigere poſſit? Diez. d. Mena *L. 1. qu. 18.* * Utique in delictis *commiſſis* 11
deferendis certa quota *Apparitoribus* conceditur, quam das Nachrecht appellant. Khraiſſer *Tit. I. Ord. Bav. Leg. 7. n. 5.*

§. XVIII. Pertinent huc * ex paritate ra- 1
tionis cauſæ *Præſtationum Publicarum*. De quibus cùm non judiciis diſceptetur, ſed vi Imperii & ſuperioritatis ſtatuatur, illæq; imperari poſſint: inde plerisque Appellationem illæ non admittere putantur. * Ve- 2
rùm, (niſi neceſſitas evidentiſſima moram omnem excludat,) quin & hîc Appellatio regulariter admittenda ſit, non eſt dubitandum. *vid.* Ruginell. *d. Appell.* §. *II. c. III. n. 94. ſeqq.* * Quanquam enim ab illa onerum 3
contributionumve impoſitione non provocetur, quæ à Lege fit: Klock. *c. XVIII. d. Contribut.* Hactenus enim quoniam certa ſunt onera, ordinaria, liquida, nullum gravamen adduci poteſt. *l. 4. & l. fin. C. quor. App. non recipiuntur.* * Quod & *Author* der K. 4
Dennem. und H. Gott. *Deduct.* innuit: daß Se. F. Gn. zu Pl. in dieſſen Sachen/ an die Röm. K. Maj. nicht appelliren können / be-

zeugen die Jura klärlich / darinn die Contributiones paratam executionem mit ſich führen / und dieſelbe executivè vel per viam pignorat. a. ſequeſtr. fructuum eingefordert werden können. (Utut in Statibus Imperii, ut bona Eor. ob non ſolutas FiſcaliCollectas arreſtari poſſint, cùm in Conſiſt Imp. alius modus definitus ſit, non admittat Gail. *c. XI. d. Arreſt. n. 32.*) * Tamen ſi injungenti jus collectandi; (Idem eſt in *Acciſis*, quas, in præjudicium Forenſium, Civitt. Imp. indicere poſſe Klockius negavit *d. Contrib. c. 5. n. 121. ſeqq.* & nunc *Capit. Leop.* von denen Conſumtionen eas indulſit:) controvertatur, ſecus eſt; niſi etiam exigens in poſſeſſione ſit: etiamſi coacta vel non continuâ fuerit, utque de qualitatibus illis nondum appareat. Sic enim de jure exactionis, adactô interim ad ſolvendum gravatô, poſtmodùm agetur. Gutierez. *d. Gabell. Qu. CLXXI.* N. A. *d. ann. 1548.* §. Wo aber. * Similiter ſi cauſa collectandi, maximè extrà ordinem, ſit dubia, ſi onus ſit gravius, quàm conſuetudo admittit; aut ſi patrimonium, (ſic & ſi Territorium Statûs, Gail 1. *Ob. 21. n. 18.*) intereà imminutum fuerit, cùm quotannis bona ſubditorum explorari & æſtimia revideri debeant; *vid.* Carp-

Carpzov. IV. *Reſponſ. Tit. x. Reſp. LXXIII. & LXXIV.* non minùs appellari poſſe debet. * *Novitas* etiam hôc in Articulô valdè odioſa eſt. Balthaſ *c. XII. d. Op. Ruſtic. fol. 300.* Unde quod de furno v. c. præſtatur, nec in Qualitate nec in Quantitate ſolutionis augeri poſſe, Cabedo *P. I. Dec. 205.* docet; *junct.* Maul. *d. Homag. Tit. XV.* niſi etiam nova cauſa acceſſerit. Claud. Expilly. *Arreſt. Gratianop.* 222. * Et vel ipſi *Principes*, 8
qui plerumque initiò Regiminis promittunt ſubditis, ſie bey Ihren Rechten und Gewohnheit zu laſſen/ Cothmann. *IV. Reſp. 9. n. 202.* Klock. *d. Contrib. c. XVI. Sect. 1. n. 168.* cumprimis, ubi die Landſtände obtinent, jus quæſitum, *inauditis illis* adimere non debent. Beſold. *d. conſiliar. c. XIX.* Marpurg. *Conſ. vol. 3. conſ. 8. n. 60.* Ant. Fab. *VI. Cod. V. def. 2. n. 21.* * Interim quoad futurum 9
exceſſum ſolùm appellari debet. Nam ſi quis jam præſtiterit majorem debitâ quantitatem, tunc quidem adverſus Magiſtratum, ſi ab eo proceſſerit prægravatio, habebit condictionem indebiti. *l. pen. §. caveant. C. d. Agric.* & Schrader. *P. VI. d. feud. Sect. V. n. 129.* * Si per injuriam aliorum, veluti dum 10
indicerentur hoſpitationes militum, hoſpitum injuriâ vel improbitate, extortæ fuerint

 rint

rint: Tum v. caſui fortuito imputabitur, quem civis civi non præſtat; ſaltim quòd inpoſterum eum qui prægravatus eſt, relevari æquum ſit.

1 §. XIX. Ulteriùs * Appellatio in *Oneribus* locum habet, ſi quod imponitur inſolitum, (*v. Novell. 128. c.7.*) ſi impoſitio inæqualis ſit: ceu quo ad punctum *Matriculæ*, ſo einiger Stand ab der Abſchlagung ſich beſchwehrt zu ſeyn vermeynen würde/ im Neben Abſch. zu Augſp. 1559. §. 35. R. A. 1549. §. 113. *ſeq. item* R. A. 1576. §. 97. extat.

2 * Quòd ſi autem *Status Statui* quoad Contributiones, ſo K. Maj. verwilligt / præjudicare velit: ità commodiùs *Mand. inbib. & de non off. S. Cl. in Cam.* impetrantur: uti factum eſt ab *Incl. Rep. Lübecc.* c. Statûs *Circ. Sax. infer. ann. 1621. ap.* Klock. *d. Contrib.*

3 *c.* XVIII. *n.* 136. * Cæterùm quoad ipſam indictionem, den Anſchlag/ ſi de inæqualitate quid moveatur, portio injuncta lite pendente ſolvenda eſt, ne Fiſco quid decedat. Gylmann. *Tom.* IV. *Symph. Part. 1. Vot. XXX.*

4 *n. 267.* * Quô tamen & ipsô, & ſimul Appellatione ſuperſedere poteſt gravatus, ſi manifeſtis documentis errorem protinus oſtendere paratus ſit. *l. 16. C. d. teſtam. mil.* R. A. 1548. §. Und ſoll unſer. Eòq; caſu & ſimilibus

libus Appellatio non tantùm admiſſa; ſed imò Remedium quoque conſuetum & ordinarium eſt: *idem* Klock. *c.* XIX. *d. contribut., n. 110. ſeq.* ut non dicam de æſtimi transgreſſione, aliisque uſurpationibus. * Certè 5
in tantum hæc vera ſunt, ut quamvis ſuper iniquâ diſtributione *Summi Principis* impetrata eſſet *Confirmatio*; tamen adhuc abinde provoc. ri queat: Weſenbec. *Conſil. CII. n. 28. ſeq. l. 4. l. 18. l. 22. C. d. Appell. & l. pen. ff. d. Appell. recip.* cùm quidem hi textús illos appellantes non excludant, qui quòd apertè convicti non ſint, conqueruntur: Donell. 28. *Comm. 6.* quale quid etiam in debito privato Domûs Principis vel Auguſtæ *in l. 4. C. quor. App. recip.* ſtatuitur. Imò *in l. 18. C.* vel ob deſertionem, is qui in eâ appellavit, admiſſus eſſe videtur. *conf. can. quoties fiſcalis. II. qu. 6.* * Sed & de gravamine *Judiciali* minus dubium eſt, ſi tale in contributionibus inferatur, quòd tunc appellari poſſit; cùm ſemel in judicium deducta collectarum cauſa cum cæteris omnibus regulariter Appellationem ſuſtinere poſſe debeat; ceu iſtud *Proceſſus Fiſcales* quotidiè comprobant. 6

§. XX. Quid * jam ſi omnia ſuperiora 1
ceſſent, ut exinde ullum gravamen fundari non

non poſſit; ſed tamen impetitus *ſe privilegiatum* eſſe alleget? Etiam hic, ſi in poſſeſſione privilegii turbetur, provocabit: Idque non ad *Rationales*, an die Cammer Rähte/ verùm ad *Regimen Principale*, ad quod immunitatis allegatio pertinet. *v.* Ant. Fabr. *Lib. III. Tit. XII. de Jurisdict. omn. jud. DXL.*
2 * Illudque appellanti, ſi in poſſeſſione immunitatis jure communi fundatæ fuerit, *inhibitionem* abſque ullâ morâ decernit. *l. pen. C. quor. App. non recip.* & Klock. *d. Contri-*
3 *but. c.* VIII. *n.* 27. * Tales quidem *Clerici* non ſunt, quippe qui ad *Munera Realia Ordinaria* regulariter obſtringuntur. Mynſ. *cent.* 4. *Obſ.* 70. Leſſ. *d. Juſt.* & *Jur. Lib. II. c.* 33. *dub.* 30. * Aliter atque Klockius docuit *in c. XII. d. Contrib. n.* 69. *ſeqq.* utut ille *in Limitt.* tantum concedat, ut à nobis penè non
4 diſſentiat. * Ob *Eccleſiaſtica* tamen *bona* oder Kirchengüter / non tenentur; niſi quòd tam hæc, quàm ipſorum quoque Bona Patrimonialia, ab *Extraordinariis* collectis, cáſu neceſſitatis indictis, libera non ſint. *Idem*
5 Klock. *d. l.* * Sed tamen *Nobiles* etiam *Mediati* ratione Bonorum *Feudalium* immeritò collectantur, cùm ejuſmodi munera ratione ſubjectionis rerum imponantur, & Feudis ſua ſtata ſint ſervitia; niſi etiam ſimul

mul ratione Feudorum Landſaſſii ſint, aut ſumma fuerit neceſſitas; imò ſi vel Conſuetudo Regionis illud tulerit. Eichmann. *d. Jur. Detract. th. 9. lit. a.* * *Forenſium* quænam immunitas ſit, v. *ap.* Gail. II. *Obſ. 52. & 53.* *Idem quod de Collectarum immuni- 6
tate diximus, etiam de Vectigalium immunitate aſſeri debet, ut qui eam allegans audiri non vult, non minùs appellare queat. Tabor *in Not. ad Coll. Arg. Tit. d. Publican. th. XVIII.* Et quidem hæc de immunitate, quæ communi Júre obtinet. *Non ita decerni- 7
tur inhibitio, ſi immunitas *Speciali* quodam *Privilegio* niteretur; maximè ſi *hæres* privilegiati eôdem ſe frui contendat. *de quo* v. Gail. *2. Obſ. 2. n. 13. ſeqq.* * Niſi etiam *in poſſeſſione* indubiâ gravatus verſetur. *v.* Maſcard. *d. Probat. Concl. 1332. n. 3.* * Ille autem 8
planè audiri non poteſt, qui exinde à Gabellis v.c. liberum ſe eſſe prætendit; weil er ein frey Hauß habe. Mevius III. *Dec. 321.* * Et 9
licèt perſonali oneri, quod Pater in ſe ſuſcepit, *Filius* ejus non ſtatim gravandus; ſed è veſtigio, ſi de gravamine appareat, inhibitione adjuvandus ſit. Uti ſi Nobilis quidam in Urbe das Bürger-Recht acquiſiverit, & ita ad munera perſonalia, zu Krieg zugehen/ſe obligaverit, non etiam Filii ejus ut in

Bellum

Bellum eant cum Civibus cæteris, adigi, aut ita Libertate ſuâ à Patre privari, poſſunt. *t.t. C. d. Patrib. qui fil. diſtrax.* Sichard. *ibid.*
10 *n.3.* * Tamen de oneribus *Realibus* quæ Pater, aliter quàm ob nudam *perſonæ ſubjectionem*, debet, diverſum ſentiendum erit.

1 §. XXI. Quòd ſi non tam privilegiò, quàm *longò Tempore* ſe & Majores ſuos à Tributis aut metatis v. c., von Einquartierungen/ *immunes* fuiſſe quis alleget, & audiri nolit, tumque appellet: an hic talis in poſ-
2 ſeſſione ſuâ defendendus eſt? * Si poſſeſſio immunitatis controverſa fuiſſet, & Magiſtratus in ſummario exactionem faciendam eſſe pronunciâſſet, tum ne quidem rectè appellaret. Si verò in ordinariò Decretum emanâſſet, juxta doctrinam Doctorum, de Appellatione in Ordin. poſſ.
3 procedendum eſt. * Qui autem in poſſeſſione non eſt, ille niſi ſtatim immunitatem probare poſſit, tanquam in Proceſſu Exe-
4 cutivô, ſolvere interim adſtringitur. Itaque ſi vel jus tantùm immunitatis alicui controverſum redditum eſſet, niſi tum jus commune immunitati validè reſiſteret, licèt alius titulus præter longum tempus non allegaretur; poſſeſſio tamen ei donec cognitio cauſæ finiatur, defendenda eſſet: idque non

non quidem protinùs mandatô ſinè clauſ. Sed tamen pœnali Manutentionis Decretô: *v.* Klock. *d. Contribut. c. XIX. n. 603. ſeqq.* * cùm quidem ubi reſiſtentia juris adeſt, ad ſolutionem, niſi titulus exhibeatur, talis adſtringendus ſit. Dn. Zacharias Vietor. *Concl. XXVIII. in fin. de Exempt.* * Illud fortaſſis calculum non meretur, quòd in *bonis vacantibus* vindicandis, atque in his, quæ *indignis* auferuntur, (nam & jura illa de indignis hodienum obtinent. Merckelbach. *int. Conſil.* Klockii *Vol. I. Conſ. XLVI. n. 21. junct.* Ant. Fabr. *in Lib. VI. Cod. Sab. Tit. VI. def. 4.*) provocari adv. Fiſcum non poſſit: Neque enim ratio, quâ illæ ſpecies à Regulâ excipiantur, ulla apparet. * Similiter ubi debitum Fiſci ex *contractu* naſcitur, *l. f. ff. d. l. Fiſc.* aut in *privati* jura Fiſcus ſuccedit, *l. 6. pr. eod.* quin appellari poſſit, nemo dubitat. * In eô autem *prædicto Dn. Vietori* aſſentiendum eſt, quando in exaſciatô illô, (& quem eruditum meritò appellat Lampadius *c. ult. P. III. de Rep. R. G. §. 21.*) *de Exemption.* Tractatu, *Concl. XL. n. 29.* in cauſis Fiſcalibus, quæ *Perſonarum* ſtatum reſpiciunt, veluti Exemtionibus, nullum contrà Fiſcum appellationi locum eſſe, inculcat.

5 6 7 8

§. XXII.

1 §. XXII. Quid jam * de *Criminibus?* Ubicunque *Nullitas* provocationem parit, (quod universô Orbe receptum eſt,) etiam de Nullitate, quam non adhibita cauſæ
2 cognitio parit, provocabitur. * Heîc vel maximè verum eſt illud Taciti, XIII. *Ann.* XX. Quòd *cuique defenſio tribuenda* ſit, atq; *illi qui indefenſi atque inauditi pereunt, tanquam innocentes periiſſe videantur. I. Hi-*
3 *ſtor.* LXIII. * Scio quid de *Majeſtatis crimine* admoneant *Statûs periti:* quos eò ſæpiùs compellit neceſſitas, ut Leges non habeant.
4 * Sanè cùm indicia etiam luculenta fallant, jura quidem Civilia cognitionem in eô Crimine ſeponendam non eſſe ſtatuerunt; eidem tamen plura circumdederunt ſingularia, quibus & judicantium pariter conſcientiæ, & ſecuritati publicæ, conſultum
3 eſſe potuerit. * Quis non adverſus *Turnum Herdonium* conjecturam inſidiarum in Regem feciſſet? Et innocens tamen fuit, qui indictâ causâ punitus eſt. Livius *Lib* I. *c.* LI. Quàm facilè cauſam ſuam de *Siſine Alexander* (*apud* Q. Curtium *Lib* III. VII.) probâſſet: Et tamen inſons fuerat,
4 qui ſinè cognitione plectebatur. * Adhibe *Sejani, Cæcinnæ, Guiſii, Ancrei, Wallenſtainii,* &c. exempla *ap.* Franciſc. Stypmannum

num *de Sinceration.* §. *XIV. junct.* Dn. W. I. Schütz *in Reflexion. Polit. c. VI.* ubi vieler vornehmer Staats Miniſtrorum Fälle recenſet. * Quanquam ſi apertum foret Crimen Majeſtatis, Citationem omnem omitti poſſe rectè aſſerat *DN. Cancellarius* Juſtus Schütz. *Vol. I. Coll. publ. Diſp. IV. th. 17. lit. F.* & nec in causâ *Banni*, ſed de facto evidenter conſtet, Ordo Executionis obſervandus ſit, ſaltim ut adhuc SS. Electores deſuper conſuli debeant: (*v. Art. XXX. Capitul. Invictiſſ. Imp. DN.* Leopoldi) cùm & *notorietatem* controverſam reddi videamus, illamque non in causâ tantùm *Palatinâ*; ſed jam olim quoque ab Ulrico Duce *Würtenbergico* deſideratam *apud* Hortlederum *L. III.* von Urſachen des Teutſchen Kriegs *c. IX.* extet: qui Dux Sereniſſ. ſe nec citatum nec auditum, & damnatum tamen eſſe, graviter ibidem conqueritur. 5

§. XXIII. Sed * ad *reliqua Crimina* deſcendamus, in quibus tam odioſa eſt extrajudicialis procedendi ratio, ut licèt aliàs *ad Cameram* Imperialem in illis tantùm, quæ pœnam corporis afflictivam non habent, (præterquam quòd etiam in officii privatione & in carceribus non poſſit,) appelletur. C. G. O. *P. II. Tit. XXVIII.* §. *pen.* * Tamen illa re- 1 2

 ſtrictio

ſtrictio non attendenda ſit, quoties, in omni etiam crimine, reis defenſio non eſt integra: veluti ſi contrà non citatum nec auditum, ſeiner unerfordert und unerhört / proceſſum ſit. Tum enim ſi non propriè appellari, *provocari* tamen ad Cameram
3 poterit: * Velut aliàs ſi Nullitas in proceſſu committatur, aut committi velit, (dum de competentia Meri Imperii diſputatur,) aut quid naturali rationi adverſum ſtatuatur, ſicque etiam ſententia & pœna iniquitatis apertæ argui poſſit, *jx. arg. d. §. ibi:* gehandelt und geurtheilt / per modum Nullitatis
4 Proceſſus principaliter peti poſſunt: * Et ſic non minùs ac in priori caſu, qui huc pertinet, Camera, ſi gravamen, habitâ deſuper ſummariâ cognitione, Gail. *1. O. 1. n. 28.* deprehendat, cauſam per Mandatum ſinè clauſulà, v. c. de non torquendo ſinè legitimis indiciis, copiâ inculpationis Reo concedenda, &c. ſtatim cum præſcripto, quomodo inpoſterum procedi debeat, re-
5 mittit: * quô *præjudicium in c. A. T.* und *Conſ.* Kl. *contr.* Hn. *H. A.* Grafen und E. H. zu der L. *conſ.* Beſl. *Mandati de procedendo ſecundùm Jura & Conſtitutiones Carolinas ſinè; de reſtit. autem cum Cl. ùt & ſalvi conductûs*, referendum eſt: quod totum exhibe-

hibebimus: Läſt man es/ ſo viel das Mandatum S. C. betrifft/ bey der durch Dr. E. beſchehener Schrifftl. Paritions-Anzeig/ (jedoch daß Hr. Bekl. inskünfftig mit Communicirung der Indicien/ da ſich deren von neuem erhebliche und wichtige hervor thun würden/ Zulaſſung der genugſamen Defenſion, und Ausführung der Unſchuld/ ſeinem Erbieten würcklich nachkomme/ auch ſonderlich mit Wiederholung ſcharffer Tortur behutſam/ und durchgehends ohne Zulaſſung der verbottenen Waſſer-Probe denen Rechten und Käyſ. Peinl. H. G. O. gemäß verfahre/) bewenden. * Addere liceat quod 6
ſequitur: *in Po. M. de reſtituendo* C.C. aber iſt allem Vorbringen nach zu Recht erkand/ daß mehrged. Hr. Beklr. den der Klägerin Mann weiland G. A. eingezogenen Kamp/ Güter und anders/ auſſer den Atzungs und Gerichtskoſten/ welche aber nach der Billigkeit zu moderiren/ der Klägerin/ jedoch daß ſelbige gegen Auffhebung deß bißher gehabten Salvi conductus ſich auff jedes begehren ihrer geſchwornen Urphede gemäß zu Gerichtſtelle/ zu reſtituiren ſchuldig und verbunden/ auch darzu zucondemniren und ver-

dammen ſey. Als wir ꝛc. *Compenſ. expenſſ. & annex. Execut. ad 2. menſ. d. 17. Febr. 1665.*
7 * Licèt autem vel maximè per viam Nullitatis cauſa ad Cameram deferatur. Si tamen Nullitatem non adeò inveſtigare, aut de eâ providere, liceat; quia tunc res ſæpè moram non patitur, & injuria evidens eſt: ideò *Mandata Extraordinaria*, quod olim in controverſia fuerat, (*v. Relat. ap.* Klockium *CXL. n. 10. & 46.*) decernuntur: *jx. præjud. in c. P. contr. O. in Ann. 1659.*
8 * Sed & tunc per *Appellationem* ad Cameram *Reo* conſuli poteſt: (Nam ratione *Accuſatoris* nunquam Criminalia eò deferuntur, niſi ille ob talionem, vel ratione expenſarum, ibi conqueri vellet:) ſi quando Tertius interveniens ratione ſuæ jurisdictionis provocet: ſi dubitetur, an cauſa criminalis ſit: (ubi non ipſa actio, an ad pœnam corporalem actum ſit, reſpicitur; ſed ſententia:) Et à mulcta, quæ in locum pœnæ corporalis non ſucceſſit, ſi ſumma fuerit appellabilis, non minùs provocatur.
9 * Utique in *Tribunalibus inferioribus* tantò juſtiùs ea, quæ de provocatione diximus, obtinebunt, quantò jactata illa vulgò *Conſuetudo Germaniæ*, non omnem, ſed eam ſolùm à Crimine provocationem rejicit, quæ in delictis, præ-

ſertim

ſertim atrocioribus, ad pœnam unicè diſ-
ferendam, interponitur: idque in Proceſſu
tantùm inquiſitorio. Mynſ. 4. *O.* 41. Carpz.
p. 3. *Cr. q.* 139. * In quo tamen ipſo Reus, 10
item *Conjuncti* ejus, (Idem *For. l.* 19. 27.) ſi
gravamen ex ſententiâ ortum, per dedu-
ctionem innocentiæ averti velit, *ſuſpensâ
executione* audiri poſſunt. *For. l.* 20. 19. & 20.
& *l.* 19. 25. & 26. * Quin imò in *Leviori* Cri- 11
mine, quod nempe corporis afflictionem
non infert, etiam in eô Proceſſu Appellatio
admiſſa eſt. Carpz. *d. Conſt.* 19. *def.* 28. * 12
Et ùt *ſimplici Querela* ſ. *Implorationi* nuſ-
quam aditus præcluditur, ita nec *avocatio*
eſt inhibita. Videlicet * *Nulla unquam de* 13
morte hominis cunctatio longa eſt. Juvenal.
Satyr. VI. Et *Anaxandridas* interrogatus,
cur cùm de vita in judicio inquiratur, cauſa
in plures dies protraheretur, & qui abſolvi-
tur, nihilominùs reus maneat? reſpondit
ap. Plutarch. *in Laconic. Apophth.* Πολλαῖς
μὲν ἡμέραις κρίνουσι, ὅτι περὶ θανάτου τοῖς διαμαρ-
τάνουσιν, οὐκ ἔστι μεταβουλεύεσθαι, νόμων δὲ ὑπόδι-
κον εἶναι, ὅτι κατ' αὐτὸν τὸν νόμον ἂν δίκη καὶ τὰ κρείτ-
τονα βουλεύσασθαι. *Plures dies judicio impen-
di, quòd in tali caſu error correctionẽ non ad-
mittat; Interim Legibus teneri, quia hâc lege
permiſsũ ſit, rectiùs aliquid de eo decernere.* * 14

 Tam

Tam pro innocentia ubique potiùs argui, & quæ non judicio humano detegi poſſunt crimina, Divinæ Vindictæ, quam noxius 15 non effugiet, committi debent. * Ex quo etiam principio ad requiſitionem *Sereniſſ. Ducis Megapolit.* Facultas Theol. & Jurid. Jenenſis *ap.* D. Richterum *P. 3. Dec. 130.* reſpondit: Daß man denen angegebenen Hexen / auch denen die gefänglich eingezogen oder auch gar torquirt worden ſeind / wann ſie in der Verneinung beſtändig bleiben / das H. Nachtmahl nicht entziehen ſolle.

1 §. XXIV. Quemadmodum * verò Rei, ſeu criminis accuſati, de auxilio ubique circumſpiciunt: ita cautus eſſe debet judex ſuperior, ne protinus pro *Extrajudiciali* gravamine quodlibet agnoſcat, quod in ci-
2 vilibus tale videri poſſet. * Sic enim in Criminalibus, ſecùs ac in Civili causâ, à *Capturâ* & impreſſione inchoare licet. *l. 1. & 2. C. ubi* Baldus, *de his qui latron.* Zanger. *P.*
3 *II. d. Except. c. X. n. 19. ſeqq.* * Sit deinde datus v. c. Commiſſarius ad inquirendum, atque ſi, ut mandatum oſtenderet, urgeatur, illud tamen detrectet, ſi tum ob id appellaretur, appellationi judex non deferet: imò ſi vel ùt ſuſpectus argueretur, & tamen competentem ſe eſſe pronunciaret,

ap-

appellationem à pronunciatio judex ſuſcipere non deberet. * Toties enim Appellationi deferendum non eſt, quoties per eam fit, ne res, (velut hîc probatio Criminalis,) in tuto ſit. *l.6.§. Quid tamen. ff. d. injuſt. rupt. & irr. teſt. & l.ult ff. d. Appell. recip. vel non.* * Quin etiam porrò pro gravamine extrajudiciali non ſtatim habebit Magiſtratus, de quô inauditô Reô ſtatutum eſt. Nonne enim malè appellaret Reus in Proceſſu *Inquiſitoriô*, quòd teſtes non jurârint: eôque non citatô, aut cùm interrogatoria nondum dediſſet, examinati ſint, & ſic ipſe prehenſus fuerit: Cùm tamen in Proceſſu Inquiſitoriô & quando nondum conſtat, an is contrà quem inquiritur, inculpandus ſit, hæc talia imperitè deſiderentur. * Secùs utique ſe res haberet, ſi jam prehensô reô, judex nova indicia non in articulos inquiſitionales redigeret, nec Reo indiciorum copiam, (niſi etiam crimen notorium ſit, Gail. *II. d. P. P. c. 7. n. 10.*) faceret; aut eundem ſuper illis audiret; pergeret autem & detorquendo eum pronunciaret: (ceu quidem Judices imperiti *Articulum Torturæ*, in quo idcircò in Saxonia de neceſſitate *ICtos* conſulere debent, Carpzov. *3. q. cr. 124. n. 68.* Oldek. *Tit. 1. Cautel. Crim. c.* VIII.

z *n.3.* ſæpiùs præproperè arripiunt.) * Item ſi Actorum Inquiſitionalium copiam reo denegaret, quod fieri non debere Cothmannus docet; *vol. 1. Reſp. VII. n. 61. ſeqq.* aliasque Nullitates ſimiles admitteret: de quibus quando ad hoc ſufficiant, ut cauſa criminalis ad Cameram deferatur, & quòd *non qualibet Nullitates*, tam in Criminal. quàm etiam Matrimon. juriſdictionem Cameræ fundent; ſed ſolùm illæ, quæ contrà naturalem rationem & æquitatem, atq; Proceſſûs ſubſtantialia ſunt, *v.* Klockium *Relat. Camer. CXXV.* & Meichſner. *Tom. III. Dec. XX.*

a * Et tamen interim provocationem, quæ ex ejuſmodi Nullitate ad Cameram ſuſcipitur, haud difficulter *elidi*, atque Decretorum & ſententiæ confirmationem impetrari per judicem à quo videmus: ſi vel ipſe vel citatus in Camerâ compareat, & per maturam Actorum exhibitionem, legitimè proceſſum eſſe oſtendat.

b §. XXV. De *Criminibus* * *Immediatarum* Aulam Cæſaream adeundam eſſe certum eſt: & indiſtinctè quidem, ubicunque de pœna corporali, (etiamſi à Patre Principi Filio infligendâ, *Beſius c. VIII. d. Pactis famil. ill. f.* 434. Myler. *Gamol. c. XXII.* §. 7. 8. *uſque ad 14.*) judicandum foret: idque *per*

Con-

Conſtitut. Frider. II. Imp. *apud* Goldaſt. *Tom. I.* der Reichs Satzungen/ *Part. I. c.* IV. *p.* 84. (ibi: Fürſten und andere Hochleute.) quæ nullibi correcta eſſe reperitur. *conf.* Knipſchildum *Lib. II. de Jurib. Civit. Imper. c.* XXXIII. *n.* 23. & Myierum *de Principibus & Statibus Imperii c.* XX. *n.* 22. * Et neſcio an rectè, quoad pœnas ſaltim, Auſtregas hîc immiſceamus, indeque cum Fridero *Lib. I. de Proceſſ. c.* IX. *n.* 1. ſtatuere debeamus, eos qui jus Auſtregarum non habent, ùt Comites, reſpectu ſubditorum, & mediatè Imperio ſubjectorum, in Camerâ conveniendos eſſe. * Sanè quòd *Civitates Imperiales* in Aulâ Cæſarea conveniantur, indubium eſt: ceu non ita pridem Comites Oetingenſes aliquam *ex l.* 28. §. 15. *de pœn.* ibidem convenerunt. * *Nobiles* etiam Feuda regalia non habentes, ſed tamen *Immediati*, coram Cæſ. Maj. conveniri debent, ſi in ſuo delinquant. Sed ſi illud in alieno fiat, ita verò Magiſtratui ejus loci Ordinario relinquentur. * Cæterùm ùt in gravioribus cauſis ſua Majeſtas non ſinè exploratâ Sereniſſſ. E. E., tanquam intimorum Conſiliariorum, opinione, ſtatuere ſolet: ceu perhibent EE. SS. Saxo & Brandenburgicus *ap.* Lundorpium *Lib.* VI. *Act. publ. c.* 667. 2 3 4 5

pag. 1689. §. Dann ob wohl. *conf.* Inſt. Pac.
6 *Art. V.* §.*20.* * Ut tamen interim ſuper *Pa-
cifragio, Reſiſtentia Executionis, Contraven-
tione rei judicatæ iterata*, ad Proceſſum
Banni, judicii Aulici Jurisdictio contrà Sta-
tûs per ſe fundata maneat. §. Wegen deß
modi exequendi. §. Ob ſich aber. & §. in fäl-
7 len. R. A. 1654. * Ità iniquus eſt cum ali-
quibus aliis, ùt ſolet, in Majeſtatem & jura
Cæſaris, Limnæus *Lib. IX. Jur. Publ. c. V. n.
63. ſeqq.* quando cauſas criminales Auſtregis
dijudicandas eſſe, ſomniat.
1 §. XXVI. Æquè delicatæ * ſunt cau-
ſæ *Matrimoniales*, (Heigius *Part. I. Quæſt.
XI. n. 25.*) quas ſub Anathemate *Concilium
Tridentinum* ad judicem Eccleſiaſticum
ſpectare voluit. *can. 12. de* quo *v.* Rittershuſ.
cl. II. *Diff. Jur. Civ. & Can. c.* II. *in fin.* &
Klock. *conſ. 51. n. 375.* Hahnium *ad Weſen-
2 bec. d. Rit. nupt.* * ubi Matrimonium eſſe
negotium merè Civile docent: *item* Fride-
rum *Lib. 1. d. Proc. Extrab. c. X. n. 1.* ubi ele-
ganter exponit, cur Noſtrates, quibus ta-
men adverſum Pontificiorum dogma de
Spiritualitate Matrimonii improbetur, cau-
ſas iſtas coram *Conſiſtoriis* adhuc diſceptari
3 velint. * Equidem Cæſar nullum habet
Conſiſtorium, quale tamen olim Reges
Fran-

Francorum habebant, in quo Præſes erat
Apocriſiarius. Lehmann *Lib.* II. Sp. Chron.
c. 7. & 8. * Sed Statûs tamen *Proteſtantes*, 4
qui ne quidem ad alia judicia cauſarum ſe-
cularium quicquam Matrimonalium cau-
ſarum deferri volunt: * ceu in *Conc.* der 5
Neuen Heſſ. Hofg. O. *Tit.* VIII. etiam con-
ſtitutum eſt: Cammer / Peinliche oder Eh-
Sachen ſollen am Hofgericht nicht angenom-
men werden. * Quòd ſi tamen nullum ejuſ- 6
modi, aut quod ejus vicem ſuppleat repe-
riatur; ità v. ſuperior jurisdictio immedia-
tè tanquam in cauſâ, nullum judicem ſpe-
cialem habente, fundata eſt: cùm non ſit ſe-
cunda inſtantia, ubi prima non eſt, & aliàs
quoque, ubi nullus reperitur judex incom-
petens adiri queat. *l.* 7. §. 2. *qui ſatisd. cog.* 7
* Appellamus verò ſi quod Conſiſtorium
reperiatur, ab hoc ad Conſiſtorium ſupe-
rius. Ch. Sächſ. Kirchen Ordn. Tit. vom
Obern Conſiſtorio. §. Es ſoll aber. Vel, ſi
tale quoddam non detur, ad Dominum
Territorii: Leipold. *d. Concurr. jurisd.* Q.
Vit. * Apud *Pontificios* ab Officialibus ad 8
Pontificem ejúſque Nuncios tandem pro-
vocatur, tacitè Nunciorum jurisdictione in
Eccleſiaſticis ſtabilitâ *per* §. 184. R. A. 1654.
* Niſi etiam à Conſiſtoriis Proteſtantium, 9
alte-

alterâ Parte exiſtente Catholicâ, eô appellari vellet. Inſt. Pac. *Art. V.* §. *ſi quid annatar*, * Imò ſi Partes Pontificiæ fuerint & de Cc. Matrimon. in poſſeſſorio agatur, Appellationes ad Nuncios ſuſceptæ caſſari poſſent: *arg. d.* §. *164. & art. 19.* Capit. Leo-

10 pold. * Quin enim *Camera* non in illo tantùm caſu; ſed etiam in pluribus aliis quoad Matrimonialia, adiri queat, ambigendum non eſt: ita cognoſcit illa, ſi perſonæ litigantes ſint Camerales Reinking. *Lib. 3. d. R.*

11 *S. & E. Cl. 1. c. 10. n. 28.* * Si non principales perſonæ de vinculo Matrimonii; Sed Tertius aliquis, fortè ad effectum Legitimationis, & ſucceſſionis, de matrimonio diſceptet; aut quis de ſequeſtrandâ puellâ agat.

12 Roding. *Lib. 1. Tit. 31. n. 5.* * Vel maximè, ſi etiam inter ipſos Conjuges de Cohabitatione tantùm agatur, dum uxor v. c. ſe thoro ſeparat: quâ ratione rem per ſe prohibitam facit: circà quam *per l. 2. d. liber. exhib. junct.* O. Cam II. *Tit. 23.* Cameræ juriſ-

13 dictio fundata eſt * Item ſi Status A. C. in

14 cognitione cauſarum Matrimonialium per Officialem quendam Pontificium turbetur: quô caſu Mandata & Proceſsûs auf den Religions-Frieden decernuntur: *præjud. in c.* Dortmund *c.* den *Officialem* zu Cölln:

Bul-

Bullæus. *Diſcurſ. VII. n. 7.* * In executione 15
rei judicatæ. Gylmann. *Voc. Executoriales. in præjud. p. 127.* Et quandocunque cauſa eò per Invocationem Brachii ſecularis defertur. Idem *voc. Matrimon.* * Quamvis au- 16
tem in ſecunda Inſtantiâ jurisdictionem Cam. in *cc. Matr.* fundatam eſſe doceat Mindanus *Lib. 1. cap. x. n 3. junct.* Mynſ. *Dec. 1. Reſp. 6.* Rationes tamen eorum nil efficiunt. *conf.* Meichſner. *Dec. xx.* & Anton. Fabr. *Lib. II. d. Relig. Reg. c. fin. n. 25. c. ubi de Remiſſione.* * Et licèt *ex* §. *164.* R. A. *1654.* 17
contrarium evinci non poſſit: quin imò pro Appellatione faciat §. *124. ubi de Reviſ. in Spiritualibus, conf. arg.* C. G. O. *P. II. T. 27.* & §. in denen Fällen, *d.* R. A. * Tamen ſty- 18
lus judicii repugnat, quod tantùm *caſibus* ſuprà adductis, & quos alibi *exceptos* reperimus, itemque *in Poſſeſſorio*, cauſas illas recipit: (utut aliàs de Jure Can. eædem in poſſeſſorio non minùs ad judicem Eccleſiaſticum pertineant. *arg. c. 13. x. d. reſt. ſpol.* Covarruv. *c. 25.* QQ. *PP. n. 1.*) Quem in ſenſum quoque dictus §. *124.* R. A. *1654.* accipiendus eſt.

§. XXVII. Hæc igitur * illa eſt Matri- 1
monii Spiritualitas, ob quam niſi de Facto, Poſſeſſione, aut Nullitate agatur, cau-

ſæ

ſæ ejusmodi recipiuntur: ſiquidem magnam partem Auguſtiſſimum illud judicium ex Catholicis conſtat; & imò totam jurisdictionem id à Cæſare habet, qui ad reſervata Pontificis manum extendere non
2 cupit. * Aliàs uti ad Cæſarem Univerſalis in Imperio pertinet Jurisdictio, ita quin Ipſe lites Cauſarum quoque Matrimonialium, non tantùm inter Immediatos Catholicos, ſed & Proteſtantes obortas, (modò ex Juribus, quæ Canonum emendationem ſequiori tempore attulerunt, dijudicari vellent: Inſt. Pac. *Art. VIII.* § 4. *verſ. de cætero.*) ſuſcipere & Jurisdictionem integram, per vim & fraudes Pontificum imminutam, reaſſumere poſſet, non eſt dubi-
3 tandum. * Videlicet *Pontificis* tantùm jurisdictio in terris Proteſtantium per Tranſactionem Paſſavienſem ſuſpenſa eſt, Cæſa-
4 ris nec ſuſpenſa eſt, nec ſuſpendi potuit. * Indeque licèt Auſtregæ poſt ſuſpenſionem iſtam invaluerint, tamen, uti illis non eò minùs cauſæ Eccleſiaſticæ ſub generali Regulâ commiſſæ dici poſſunt: ita nec quò minùs, ſi illæ ceſſent, aut vim ſuam exerere nequeant, aut verò iniquè proceſſerint, ab iisdem ad Cæſarem (modò ea quæ jam dixi extrinſecus non obſiſterent,) provocari debeat,

beat, ratio non apparet. * Sanè ad Cæſa- 5
ream Majeſtatem, etiam quoad diremtio-
nem matrimonii, ùt ex contextu colligi-
tur, refugium ſumſit noſtris temporibus
Ser. Principiſſa D.C.M. c. Ser.P.D.C.M M.
velut inter alia ex *Literis ad Regiam Majeſt.
Gall. datis* apparet: Sic enim ibi: *de dato le
24. Fevr. 1663. Si eſt ce, que le Proces intentè
& commencè de la part de nous deux, devant
ſa Majeſtè Imperiale & les Commiſſaires Ele-
ctèurs & Princes, d'elle conſtituez, n'eſtant
pas encor terminè; mais par chicanerie & con-
tumace de ſusdit Monſieur mon Mari jusqu'à
cette heure retardè, ſur le point des aliments
& l'execution de non ampliùs offendendo, il
n'a pas eſtè libre à luy, de delaiſſer cette litis-
pendence, & d'en commencer une autre, &
moins auſſi, de ſe faire luy meſme juge & par-
tie; contre le droit divin & naturel, & toutes
les loix civiles & fondamentales de l'Empire,
ce que pourtant il a attentè, non obſtant la
contradiction de moy, des pluſieurs Electeurs
& Princes de l'Empire & de ſa Majeſtè Impe-
riale meſme: &c.* voyez la ſuite in de Saken
van Staet ende Orlogh in het vierden deels
drie-en veertighſten boeck/ pag. 1147. door d'
Hr. Lieuvve van Aitzema. * Neque etiam 6
ſi cauſâ Matrimonialis Proteſtantium
quem

quem tangat, Cæſar Cognitionem à ſe amoliri; ſed potiùs *Commiſſariis Evangelicis*
7 rem committere ſolet. * Qui tunc Commiſſarii *Auſtregæ* non ſunt: ùt nec unquam tales erunt Commiſſarii, quibus cauſam judicibus Ordinationis non ſubjectam, ùt ſunt plerumque cauſæ præter *pecuniarias* reliquæ, (C.G.O. *P. II. T. 2. & 5. ibi:* Spruch und Forderung.) Cæſar ex univerſali ſuâ
8 jurisdictione delegat. * Et tamen utcunque hanc jurisdictionem in Geiſt-und weltlichen Sachen Ordin. Imp. Aulic. *Tit. II. pr.* expreſsè præferat, eandemque Anton. Colerus *Patrit. Lübec. in Sect. d. I. Imper. Germ. th. 36.* & in ſpecie quoad Matrimonia A. Conf. addictorum, latè Schubhardus *c. v. d. Auſtreg. n. 64. usque ad n. 107.* adſtruat; nihilominùs Proteſtantes (Catholicis ſpontè Pontifici ſe ſubmittentibus,) cognitionem Cæſaream deprecari conſue-
9 verunt. * Ut adeò, quid de Appellatione non tantùm in eò caſu dicendum ſit? quando quis ab eo, qui Cæſari immediatè ſubeſt, gravetur; ſed & quando quis ipſe ùt à parte gravetur immediatus, arduæ ſit inveſtiga-
10 tionis. * Utique Appellationem in Matrimonialibus admittendam eſſe Carpzovius
11 reſolvit, *in Deciſ. CCXL.* * Verùm uti illa à

Principe

Principe gravante ad Cæſarem vel Cameram ſuſcipi non poteſt: ita nec ſi ipſe quem alium tanquam pars gravet, ad Auſtregas, (quæ in illis cauſis, in quibus Camera non cognoſcit, & ipſæ ceſſant, 𝔈. 𝔊. 𝔒. *P.* II. *pr.*) tranſiri obſervamus. * Videbatur itaque, cùm ſuperiorem non agnoſcens coram ſuis Conſiliariis conveniri poſſit, etiam de Principe in Eccleſiaſticis, quem talem, poſt ſuſpenſam jurisdictionem Eccleſiaſticam, eſſe invaluit, idem dicendum eſſe: ut coram ſuo ſc. *Conſiſtorio*, (quod & aliàs, vel etiam *Facultatem* quand. *Theologicam* Statûs in *Diſpenſationibus* requirere ſolent: Weber. *d. Conſiſtor. c.* XXII. utut inter Nobiles immediatos viam *Compromiſſi* etiam probet Bœkelm. *Axiom. 8. Med. 1. junct.* Knipſch. *Lib.* II. *d. Jur. Civ. Imp. c. 3. n 262.*) & ubi tale quodpiam penes Statum Imperii unum vel alterum non exiſtit, coram *Conſiliariis & Miniſterio* conveniatur: *vide* Weber *d. Tr. c. XLVIII.* quippe quòd Princeps non ſuprà presbyterium, ſed pro membro potiùs ejusdem habendus ſit. D. Carpzovius *Lib.* III. *Jurispr. Conſ. Lib.* III. *Tit. 1. Def. 1.* * Tantùm quòd hic Modus in *Paribus*, qui controverſiam ſuſceperunt, non procedat; * ceu nec Princeps *Uxorem*

12 13 14

ſuam arreſtare, aut ullam jurisdictionem
in eam exercere, tanquam perſonam *im-
mediatam* ſaltim per conjugium, ùt Sociam,
poteſt. Wibel. *d. Contract. Mulier. c.* II. *n.*
52. & al. ap. Dn. Myler. *c.* VII. *Gamol.* § *23.*
15 *& 24.* * Adeoque cùm neuter ex ejusmodi
Conjugibus, vel Litigantibus, aliàs Con-
ditione immediatâ Paribus, judicem ha-
beat, illi per electos *arbitros*, (quibus h. c.
Matrimonialium cognitionem deferri nil
impedit,) controverſias ſuas terminari cu-
rare debeant: *conf.* Limnæum *Lib. IV. Jur.*
16 *publ. c.* VIII. *n. 94.* * Idque in cauſa fuit, qua-
re Modum illum Conſiſtorii, cui à Parte
altera imperari poſſe videbatur, non ad-
mittendum modò dicta Sereniſſima Du-
17 ciſſa putaverat: * Nam ùt Dn. Aitzema re-
cenſet: 'T is te gelooven/ dat deſe Princeſſe/
== dit verſoeck aen den Koningh niet heeft ge-
dacn / om weder by hem (den Hartogh) te
zyn: maer om niet te thoonen/ dat ſy hem
hadt gedeſedereert: ende voorts om d'alimen-
tatie ende haer Houvelycksgoedt / daer over
Litispendentie was. Sy allegeerde/ dat den
Hartogh ſich had gedraghen Rechter ende
Partye: hebbende door het Luthers Conſi-
ſtorie in ſyn Vorſtendom ſich van haer lae-
tenſcheyden / hoewel eygentlyk door ſich
ſelfs.

ſeſſ8 zc. * Cæterùm ùt *Camera* de cauſis 18
Eccleſiaſticis ſimplicis & mixti fori cognoſcat, ſtrictim exponit *Magnif.* Dn. Tabor. *ad cap. XI. Jur. Publ. Ottonis, pag. 352. junct.* Reinkingio *Lib.* III. *de Reg. Sec. & Eccl. cl. 1. c. X.* & in genere ad cujus in Imperio poteſtatem Spiritualium pertineat diſceptatio, ſolidè *vir Illuſtris* Dn. Joh. Helv. Sinolt. dictus Schütz *in Lib.* III. *Jur. Publ. MSc. Tit.* IV. *Poſ. 2.* docet. * Equidem in cauſis *Beneficio-* 19
rum Eccleſiaſticorum quomodo appelletur, ex ſuprà dictis affatim conſtat: quibus ea jungenda ſunt, quæ de *Executoribus Gratiæ Apoſtolicæ*, ſub variis clauſulis conſtitui ſolitis, & de eo, quis ac quando, item ad quemnam effectum ab illis appellet? *Diez* de Mena prolixè commentatus eſt, *in Lib. 1. Qu. 12. n. 17. ſeqq. n. 30. ſeqq. n. 43. ſeqq. Item Eôd. Lib. 1. Q. 6. 4. n. 26. ſeqq. n. 41. 46. ſeqq. n. 53. 64.* quæ omnia huc commodè referri poterunt.

§. XXVIII. Cauſæ * autem *Religionis*, 1
poſtquam Aſſeſſores Aug. Conf. in ſumma judicia recepti ſunt, ibidem nunc rectè agitantur: & imò olim eò pertinuerunt; tantùm quòd absque *ſuſpicione* diſcuti non potuiſſe viderentur: de quo Dn. Joh. Strauchius *in Diſſ. Exot. Ult. de Recuſat. Cameral.*

2 *Judicii.* *Ututnon tam Cameram in hiſce Statûs averſati fuerint, quàm *Aulam Imperialem:* adv. quam multis argumentis actum fuit, ut eidem contentioſa in cauſis Religionum Jurisdictio extorqueretur. *v.*
3 P.Syringium *d. Pac. Relig. Concl. 53. lit. b.* *Imò in ipſa Camera, (cui ſoli commiſſam eſſe cauſarum Religioſarum deciſionem quibusd. placuerat. *v.* Cran. *d. Pac. Relig. P. 2. Probl. 1.* §. *2. p. 323. junct.* §. Wir befehlen. Relig. Fr.) ſaltim in Puncto Citationis procedi poſſe volunt, ad docendum videl. de Paritione, velut in cc. Arreſtorum: ut quidem Punctus Mandati ad Auſtregas, (*vid. P. II.* C. G. O. *Tit. 8. & R. A. d. ann. 1555.* §. Und ob ſolche Beſtellung.) vel ad Conſiſtoria remittendus ſit. Gylmann. *Tom. 3. fol. 297.* De quo juxta diſtinctionem *Cauſarum* & *Perſonarum*, ex antè propoſitis, diſtinctè ſtatui debet. * Etenim *Religio* tantum in Judicibus
4 potuiſſe viſa eſt, ut in aliis quoque cauſis præter *Religioſas*, (de quarum exactâ *definitione*, & quænam per ſe tales ſint, ne hodiè quidem convenit,) ſuſpicionem induceret
5 adverſæ Religionis *Aſſeſſoribus:* * Unde quamvis horum aliqui ex Proteſtantibus nunc quidem ad judicium Imper. Aulicum aſſumantur; tamen nec hodiè *Querelas* ceſ-

ſare

ſare ex *Relatione* Authoris des kurtzen begriffs *Confutationis* der *anno* 1654. zu Regenſpurg ſpargierten *Vindiciarium Herbipolenſium*, in Sachen Brandenb. *contr.* Würtzb. Kitzing. betr. colligere licet: Qui *p.* *14.* Man werde/ (ait,) Evangeliſchen theils deß Käyſerl. Reichs-Hof Rahts Jurisdiction, ſo lang und viel/ biß derſelbe/ nach wollung deß Inſtrumenti Pacis, mit genugſamer Anzahl von Evangeliſchen Aſſeſſoren erſetzet/ dann geſammter Churfürſten und Stände des Reichs Erinnerung über die ihnen kurtz vor dem Beſchluß damaliger Comitiorum communicierte Reichs Hof R. Ordnung vernommen/ und ſolche durch einen allgemeinen Reichs Schluß approbirt worden/ anders/ als inter conſentientes, nicht agnoſciren können. * Quâ 6 in re præiverunt Legati *Statt. Aug. Conf.* in Comit. *Ratisbon. 8. Maji 1654. & Replic. d. 16. ejuſd. ad Cæſ. Maj.* ubi: können E. Maj. Höchſterleuchte ſelbſt ermeſſen/ obgleich wieder ein und andern erkennt/ und wieder denſelben verfahren werden ſolte/ daß dieſelbe Urſach haben möchten/ darwieder zu excipiren und zubedingen. * Nunc enim ad- 7 huc *ficta* eſt *Paritas* inter Conſiliarios Aulicos Auguſt. Confeſſ. & Cathol., ut duo

A.C. ſi hi conveniant ab unâ parte Religionis, tantum poſſint, quantum omnes Catholici; Et igitur ſi unus Catholicus illis ac-
8 cedat, majora efficiant: (* ceu quidem ſi lis ſit inter Status Imp diverſæ Religionis, aut ſi Catholico cum Catholico, tertiô interveniente exiſtente A. C. aut vicev. intercedat controverſia, æquali numero utriuſque Re-
9 ligionis Conſiliarii eliguntur.)* *Vera Æqualitas*, ut tot ſint Aſſeſſores A. Conf. in Aulâ Imperiali, atque ſunt Catholici, nequidem *Inſtrumento Pacis* conſtituitur: uti perſuaſus fuit Herden im III. Theil der Grundſ. *c. V. pag. 270.* ibi: Es were wol dahin zurichten/ daß Vermög deß Fr. Schluſſes / die Gleichheit von beyderley Religionen/ und zwar nicht mentaliter, oder per fictionem quandam, nach der Röm. Cathol. Meinung; ſondern realiter und quoad numerum perſonarum
10 eingeführt würde. * Interim ne fictæ quidem Paritatis beneficiô fruuntur *Nobiles Immediati* inter ſe cauſas habentes, ùt ſi Catholici & Evangelici ſint: multò minùs *Mediati:* ut adeò *Statibus* (& quidem ad paria quoad Aſſeſſores A.C. æſtimatis *Evangelicis & Reformatis*,) Beneficium illud peculiare eſſe exiſtimandum ſit. *v. Tit. I.* R. H. O. §. wir wollen auch. & *Tit. 5.* §. da über den Verſtand.

§. XXIX.

§. XXIX. Illud denique, * priuſquam 1
de Cauſarum indole,à quibus appellari non
poſſit, dicere finiamus, adjungendum eſt:
quòd ſæpiùs in causâ *principali* per ſe Appellatio non admittatur, quæ tamen in
incidentibus admittenda ſit: idque vel eò,
quòd in odioſis cauſis prohibitio ad emergentia extendi non debeat: Quid enim ſi
judex in causâ tali *competentem* ſe declaret? profectò ne ità occaſio eidem ad ſe
pertrahendi quaslibet cauſas præbeatur,
gravato Appellationem concedemus: Neque enim partum eſt prohibitionis ratio:
quod & ſuprà ingeſtum fuit. * Idem dice- 2
mus, ſi judex *probationes rejeciſſet*, & in
univerſum de omnis generis gravaminibus
incidentibus, quæ per ſententiam definitivam reparari non poſſent. *confer.* P.Surdum
Part. I. Deciſ. XXVII. *n. 10. ſeqq. & Deciſ.*
XXXVI. *n. 18.*

§. XXX. Atque ſic * quidem de Qua- 1
litate cauſarum,Provocationem Extrajudicialem admittentium ex inſtituto ſatis dictum eſt. De Quantitate ſeu *ſummâ* non
minùs hîc diſquirendum eſſet, eò quòd illa
materiale magis, quàm formale, Appellationis conſtituat. Roding. *Lib. III. Pand.
Cam.Tit.II. Not. p. 475.* * Sed illius nulla hîc 2

habetur ratio: tum quòd *Provocatio quæ à Parte fit*, ab Appellatione judiciali, quoad ſummam, recedat: de quâ quidem in ſpecie, quoad Immediatos, Auſtregis non gauden-
3 tes, dubitandum non eſt: * tum quòd ſi *à Magiſtratu* gravamen illatum ſit, iſtud tanquam Extrajudiciale favore indignum ſit magis, quàm ut abinde inſtituta Appellatio, ſi ſummæ Appellationum judicialium non conveniat, rejicienda eſſe videa-
4 tur. * Itaque ſi privatus *Immediatum*, à quo ùt Parte gravatur, in Camerâ convenire poſſit, ſumma Appellabilis non attenditur, idemque de quâlibet Provocatione, dummodò per ſe ad Cameram deferri queat, ingerere putem Authorem *Præjudic. Camer.*
5 *Rubric. Cauſ. quæ in Cam. pag. 66.* * Ità licèt in Cancellariis nonnullis ad Principem, vel abſente eô ad Conſiliarios intimos, appellare, niſi ſumma Capitalis 100. excedat floren. aureos, impermiſſum ſit; Tamen in Extrajudiciali gravamine, etiam à Magiſtratu ùt tali illato, nullam Quanti-
6 tatis haberi rationem arbitror. * Idemque ergò dicendum eſſet, quando von Ambts und Untergerichts beſcheiden (modò extrajudiciales ſint,) an das Fr. Hofgericht / appellari velit; licèt ſumma 200. Fl. FF.

Weh-

Wehrung in 30. Alb. non excedat. (*v.* Conc. der R. Heß. H.O. *Tit. 8. §. 4. ſeqq.*) Aut ſi quis ab ipsô judicio Aulico gravatus ad Aulam vel Cameram Cæſar., vel etiam an das gemeine Reviſions-Gericht appellaturus ſit. & ſumma 1000. Goldgülden non excedat. * Imò vel *per indirectum* gravatus ad Appellationem admittendus erit, ſi ad alia remedia, quæ ei ob gravamen extrajudiciale competunt, admitti non velit. * Quoties enim ob ſummam non appellabilem excluditur Appellatio, dantur autem alia remedia, ad quæ tamen gravatus admitti nolit, toties ad Appellationem, quæ ideò quòd aliud auxilium ſuppetere poſſit, excluſa eſt, procedi poteſt: ùt decidit *Præſtantiſſimus* JC. Mevius *P. Deciſ.* CX. *n. 10.* quem ætate noſtrâ celeberrimum Virum Scriptorum diuturnitas oculis poſterorum ſemper glorioſum tradet, eumque 7 8

------ --- aget, pennâ metuente ſolvi,
Fama ſuperſtes.

§. XXXI. Quanquam * verò me non prætereat, ubi ſumma appellabilis non eſt, ibi ne quidem *Nullitatem* principaliter deduci poſſe. R. A. *d. an. 1570. § 69. &* Deput. Abſch. *d. an. 1600. § 14. item Concept* der C. G. O. *P. II. Tit.* XXXI. §. 5. Tamen (1.) diverſa in 1

Gravamine Extrajudiciali eſt ratio: Cùm quidem in propoſitâ Nullitatis Querelâ, pro judice, qui ſecundùm Ordinem judiciarium ſemel cœptum proceſſiſſe creditur, præſumi queat; non etiam in Extraju-
2 diciali gravamine. * (2.) ad *Cameram* tantùm pertineant dicti textûs: in qua ne lites cumulentur metuendum fuit, ſicque judicia alia non feriant: in quibus Appellatio ob alias rationes excluſa, Nullitatem non perimit; imò ne in ipſa quidem Camerâ: ità ut unicè imminutio cauſarum, per ſummæ illius definitionem, & prohibitam infrà eam Nullitatis pariter & Appellationis
3 Querelam, attendatur. * Unde etiam *in Privilegiis* de non Appellando ad certam ſummam conceſſis Nullitas quoad Cameram continetur; quæ tamen in abſolutis de non appellando Privilegiis regulariter contineri non videtur, quatenus hodiè ſum-
4 mam 400. Imperialium cauſa excedit. * Imò (3.) cùm ſumma, etiamſi Nullitas principaliter in Camera deducenda ſit, appellabilis eſſe debeat; *d.* §. *junct.* §. *præced.* tamen hoc de ſumma tantùm appellabili ratione Ordinationis Cameralis & R. A. 1654. intelligendum eſt; Ad ſummam verò non appellabilem Privilegiorum non

per-

pertinet,ſed adhuc, niſi expreſsè de Nullitate inibi diſponatur,QuerelaNullitatis inſanabilis, in Camerâ, ſi controverſia ſummamOrdinationis excedat,admittitur.Gailius *l. Obſ.* cxxxv. * (4.) Uti in *Reductione* à 5
Laudo ſumma Appellabilis non attenditur; quoniam de eâ nil quicquam definitum; indeque in jure communi nobis ſubſiſtendum eſt: Ita non minùs, in Extrajudiciali Appellatione, Juri communi, ubi nil circa eam ſpecialiter, quoad ſummam, proviſum eſt, inhærebimus. * In ſpecie ſi *Magiſtratus* 6
ùt Pars gravaverit, vel etiam à Parte gravante ſi appelletur,Querela inſtar provocationis eſt: in hâc autem de ſummâ Appellabili fruſtrà quæritur: cùm quæ non ſpecialiter ex Appellatione judiciali trtbuta ſunt Appellationi Extrajudiciali, & quidem maximè alteri huic ejus ſpeciei, ea quidem in illa fruſtrà requirantur.

§. XXXII. Idem * notari debet ad Reme- 1
dium *Supplicationis*. Nam ne quidem hanc ab inferiori judicio ad ſuperius intentari poſſe, ſi ſumma non ſit appellabilis, docetur *per* Deput. Abſch. *an.* 1600. §. Es ſoll aber. 16. ibi: an Ihre Ordentl. Obrigkeit: (*Diſſ.* Mynſ. *VI. Cent.* XVI.) adeò ut, ſi modò ob Qualitatem cauſæ Appellatio locum ha-

habere potuiſſet, die Verſchickung auff Univerſitäten oder ein ander Colleg. Juridicum, h. c. potiùs obtineat: Quam Reviſionem Pars petere debet per modum ſupplicationis, intrà decendium. jx. Mynſing. *VI. Obſ. 15. & Deciſ. Cam. in ann.* 1658. Fitque
2 Tranſmiſſio *ſumtibus petentium:* * ceu quidem, quando Judex Acta ad Collegium, pro ſententiâ concipiendâ, tranſmittit, partibus non volentibus, ipſe ſumtus præſtare tenetur. Khraiſſer *Tit.* VIII. *ad O. Bav. Leg.*
3 *5. n. 6.* * Et quamvis aliàs Judex non cogatur, etiam Partibus petentibus, ut Acta ad Collegium JCtor. tranſmittat: Berlich. 1. *Concl. 59. n. 12. &* Winther. *d. Aſſeſſor. L. II. c. 9. n. 6. ſeq.* Tamen in d. c. ſecus eſt: adeò ut ſi hoc *in* Rec. Deput. §. 18. & R. A. 1654. §. 113. proditum remedium Parti denegaretur: Pars gravata ad *Mandatum ſine cl.* de non impediendo uti jure Conſtitutionum Imperii, idque *arg. P. II.* C. G. O. *Tit.* 23. *verſ.* Es were dann Sache, confugere
4 poſſit. * Quin imò ob denegatum juris beneficium provocare poterit: cùm & aliàs quoque beneficia juris denegata, quantacunque Summa fuerit, appellationem pariant: Paul. d. Caſtro. *in l. 1. ff. d. Appell.* indeque à rejecta *Reconventione*, etiamſi ſum-

ſumma intrà Quantitatem ſit, causâ ſaltim Reconventionis fundatâ, provocari poſſe ſtatui debeat. * Tanquam non tam 4
Quantitatem, quàm iniquitatem privationis reſpiciamus, adeòque illud hactenùs non obtineat, quòd ad Judicem reconventionis ideò cauſæ, ejus cognitioni repugnantes non pertineant, quia tacita prorogatio vim majorem habere non debeat, quàm expreſſa. Molinat. *de reconvent. Q. LVIII. p. 87. & 88.* * Quòd ſi verò Pars ad 5
d. transmisſionis Remedium confugerit, Acta in præſentiâ Partis utriusque clauduntur, & eisdem quoque præſentibus Reſponſum reſignatur & publicatur; nec ab eo Judex recedere poteſt: nec ſi tantùm id per modum conſilii valeret, parti per illud conſultum non ſit. Statûs tamen, qui Judicia *Reviſoria* habent, ab hoc revidendi Beneficio exemti ſunt. *d.* §. *18. & 113.*

§. XXXIII. Uti autem * ſubditis, qui à 1
Privilegiatis, ne intrà certam ſummam ab illis appelletur, opprimi volunt, contrà Privilegiô abutentes conſuli queat, eſt *apud* Blaterum *in c. x. ad. L. Diffamarin. 30. ſeqq.*
* Ceu nec hoc aliunde adferendum eſt, 2
quòd in his, quæ pro affectione æſtimantur, ùt eſt Jurisdictio, Servitutes Annui reditus non

non redimibiles, retractus, injuriæ, ſo auff Wiederruff geklaget wird/ & ſimilia, ſo nicht gewiſſe æſtimation haben/ (*v. Conc.* der N. F. Heß. Hofger. Ordn. *Tit. 8. §. 5.*) ne quidem in Appellatione à judiciali gravamine Quantitas attendi ſoleat.

CAPUT SEPTIMUM.

DE

FORMA APPELLATIONIS EXTRAJUDICIALIS.

(ſeu de Modô ejus & Tempore.)

PARS I.

MOdus in eô verſatur (1.) quòd in ſcriptis: (2.) cum expresſione Gravaminis, fieri debeat Appellatio: Quorum poſterius infert prius: cùm quoties expreſſione Gravaminum opus eſt, toties Appellatio in ſcriptis fieri debeat. Sic enim tutiori Regulæ inſiſtimus, quàm ut cum Brederodio incedamus *in P. I. d. Appell. Tit. XXI. p. 559. junctâ p. 571.* qui libet totus eſt *rhapſodicus*, inque eô nil absque examine dimitti poteſt.

MEM-

MEMBRUM I.

§. I. *Exprimendâ* autem * ſunt Gravamina, ubicunque difficilis aut anceps eſt Appellationis receptio, quod cùm juxta extrajudicialia gravamina, etiam Gravaminibus, quæ per ſententias *Proviſionales* & *Interlocutorias* inferuntur, accidere ſoleat: * hinc de Sententiâ *Proviſionali* Sandius *Lib. I. Deciſ. Tit. 13. def. 1.* de *Interlocutoriis* Theſſaurus *Deciſ. LIV.* & Rosbach. *Tit. LXXIII. Proc. Civil. n. 26.* de ipsô autem *Extrajudiciali Gravamine* Natta *Conſ. DCVI.* & Veſtrius *Lib.* III. *c.* VII. quòd abinde inſtituta Appellatio INSCRIPTIS facienda ſit, præcipiunt. Conf. *etiam latè* Cardin. Tuſch. *voc. Appellatio. Concl. CCCLX.* * Accedit, quòd Appellatio ab ejusmodi Decretis aut actibus inſtituta, ex aliis Gravaminibus, quàm quæ in ſcriptis deſignata ſunt, juſtificari poſſe non debeat: quò ex parte facit *Textus in* Ord. Cam. *Part.* III. *Tit.* XIX. § *4.* Wo aber von andern Interlocutorien und Beſchwerung / die durch Mittel der Appellation von der End-Urtheil nicht wiederbracht werden mögen / appellirt würde / So ſoll ſolche Appellation in Schrifften / und mit Anzeigung der Urſach der Beſchwer-

ſchwerden/ geſchehen/ angeſehen daß dieſelbig (ſolùm ex iisdem Actis, Capyc. *Deciſ. V.* imò ne ex his quidem ſolis, ſed potiùs) aus andern Urſachen (quàm quæ expreſſæ ſunt) nicht mag gerechtfertigt werden: *add.* R. A. *d. an.* 1594. §. 90.
4 * adeò ut ne quidem *Nullitatem* non expreſſam ab interlocutione interpoſita Appellatio devolvat; aliter atque in Appellatione à Definitiva contingit. Gail. I. *O.* CXXVII. *n.* 4.
5 * Quæ quidem ratio Ord. Cameralis haud dubiè in Appellationibus ab interlocutione *irreparabili* procedit: & imò Textum ad *quasvis* Interlocutiones *appellabiles* extendunt, cum quibus, ùt & illis gravaminibus extrajudicialibus, quæ *mediò Proceſſu* per Magiſtratum inferuntur, ſæpè confuſam, vel ſaltim non aptè diſtinctam reperimus noſtram Appellationem Extrajudicialem,
6 quæ propriè talis eſt. * Licèt autem voce: Beſchwerung *in d. tx.* gravamina, etiam durante Proceſſu per judicem extrà judicium illata, intelligi poſſint, de propriè tamen ſic dicto gravamine extrajud. eundem accipi, ſequentia in tx. die durch Mittel der Appellation vom Endurtheil/ ꝛc. non admittunt: indeque gravamina ejusmodi Imperator ſubindicat, quæ factis aut actibus judicum, citrà

citrà pronunciatum aut Decretum, inferri ſolent. * Quid etiam quòd Appellationem à gravamine irreparabili ideò cum expreſſione cauſæ inſtitui velit Imperator, ut an irreparabile ſit conſtare poſſet; & porrò novæ cavillationes, ſi Appellans expreſſa 7
non comprobaturus eſſet, ab eôd. conquirendæ removerentur: * cùm tamen *extrajudicialis* Appellatio vel ob ſolam formam 8
gravaminis, quòd extrà omnem Proceſſum illatum ſit, fundetur, aut ſaltim majori favore digna ſit. * Unde exſertè etiam docet D. Ludolphus Hugo *in Conſultat. de Proceſſ. Appell. emend. Part. I. c.* XII. *in fin.* 9
quòd *nova* quoq; in Appellatione Extrajudiciali *deduci* conceſſum ſit: quà ratione ſub gravaminibus *in d.* §. 4. *Tit.* 19. expreſſis extrajudicialia non comprehendentur. * Optat ſanè per totam Tractationem jam laudatus *D. Hugo*, ut unica illa Appellationum Remora, quæ adhuc poſt ſaluberrimam *Receſsûs Imp. d. anno* 1654. Conſtitutionem remanſerit, Facultas nempe nova & nondum deducta deducendi, in Appellationibus quoque à ſententiis definitivis abrogari poſſet. * Cùm nemo non videat, quàm 10
Appellantes judicem à quò non tantùm malè injuriæ & iniquitatis inſimulent, cui 11

Nn nova

nova illa nunquam propoſita fuerint; ſed etiam ſuperior judex non ſinè injuriâ deinde eloquatur, quòd malè judex à quo pronun-
12 ciaverit. * Quid quòd beneficium illud nova deducendi Appellationis fini & inſtituto adverſetur, (*Cap. V. d. Tr.*) ſit deinde fomentum temeritatis (*Cap. VI.*) & levamen
13 negligentiæ Appellantium. * Adeò ut peractò ſemel judiciò non promiſcuè, ſed aliquando ſolùm ex gravibus cauſis, & ne per Appellationem quidem in judicio ſuperiori, ſed per in integrum reſtitutionem in inferiori judicio, beneficium nova deducendi & non probata probandi concedendum
14 eſſe velit. * Num verò rationes contrà beneficium illud adductæ à Statibus, dum Rec. Imperii conficerent, non expenſæ fuerint? Et num ad abolendum iſtud beneficium ſint ſatis validæ? Num porrò Reſtitutio in integrum Partibus aptè conſulat? & tandem an objectionibus, quas ipſe movet ſibi Vir laudatiſſimus, ſatisfieri queat; aut non Exceptiones, quas exhibet, præcipuè nunc attendantur, ut negativæ regulæ parum aut nihil relinquatur; aut ſaltim ſic ferentibus rebus humanis relinqui poſſit vel debeat? alii, quibus fata & genius cauſarum perſpectus eſt, dijudicent.

§. II. Nam

§. II. Nam * & ratione *expenſarum* nova deducendi beneficium ſatis reſtringitur, ut non tantùm ſi *conſultò* quid in prima inſtantia deducere omiſerit appellans, in eas condemnetur; *c. 12. x. d. Except.* * ſed etiam ſi citrà conſilium id evenerit, minimùm expenſarum fiat compenſatio. Gailius *I. Obſ. 152. n. 4. ſeq.* * Et præcipuè hoc attendendum eſt, quòd nova illa; ſi eorum deductio admitti velit, *ab antiquis dependere*, & ex eôdem actionis fundamento oriri, debeant. H. Piſtor. *P. IV. qu. 23.* * Deinde ſolùm ea audiantur, quæ *poſt litem conteſtatam proponi potuerant*, quales nec dilatoriæ ſunt Exceptiones, nec peremtoriæ. Carpzov. *I. For. XXI. def. 10.* * Quid quòd ad *Teſtimonium vivum*, ſi quis eô uti cupiat, beneficium illud non extendatur: adeoque ob metum ſubornationis per teſtes tunc demum quis in ſec. inſtantia quid probare poſſit, ſi non in prima inſtantia teſtes produxiſſet, eorumve atteſtata publicata non fuiſſent: & ſic adhuc ſuper iisdem vel contrariis articulis examen fieri deſideraret. Aliter enim §. *73.* R. A. *d. an. 1654.* quàm jx. *cl. 2. de Teſtibus* accipi non debet. * Unde *inſtrumenta* ſolùm admittentur, aut teſtes ſuper articulis *indirectè* vel per conſequentiam

1
2
3
4
5
6

7 tiam *contrariis:* * Tantùm quòd in cc. *Mercatorum*, *Matrimonii*, *Dotis*, & aliis *ap.* Berlich. *1. Concl. 40.* item in omnibus, ſi Pars adverſa conſentiat teſtes, ſuper iisd. vel directò contrariis Articulis, examinari
8 poſſint. * Quòd ſi verò *terminum probatorium* Pars elabi paſſa fuerit, ita ne quidem ad quamlibet probationem in ſecunda inſtantiâ admittetur. *jx.* Carpz. *d. Conſt.* XX.
9 *def. 1.* * Sed & *in mediâ inſtantiâ* ſi quid omiſſum fuerit, an in tertiâ allegari queat? dubium eſt: Saltim Reſtitutio ad hoc, ut illud fieri poſſit, neceſſaria eſſe videtur. *conf.* Salycet. *& Dd. ad l. per banc. C. d. tem-*
10 *por. Appell.* * Aliquando *cauſæ conditio* illam deductionem non admittit. Neque enim Mandatum v. g. poſtquam executioni datum fuit in præjudicium Partis, ſe illius vigore injuſtè *ſpoliatam* eſſe conquerentis, ex probationibus, quæ in prima inſtantia deficiebant, in ſecunda adductis, juſtificari poteſt: cùm potiùs ante omnia res in priſtinum ſtatum reponi debeat. Buratt. *Deciſ.* DCCCXLVIII. *n. 6.* Ut nunquam illa deductio locum habeat, ſi quando de ejus manutentione agitur, qui tempore inſtituti judicii poſſidebat, & injuſtè ſpoliatus eſt.
11 Seraphin. *Deciſ. 279. n. 5.* * Nonnunquam ipſa

ipſâ *Judicii figura* beneficium illud nova deducendi excludit: Nam ita in *Reviſorio* contrà ſententiam Cameralem nil novi, reſpectu inſtantiæ immediatè prioris, proponi poteſt: O. Cam. *P.* III. *Tit.* 53. * Quanquam fieri poſſit, ut novi aliquid jam in anteriori quâdam inſtantiâ deductum ſit, quod nunc in Reviſorio declarandum veniat. * Cujus rei exemplum eſſe poteſt in Reviſione *adv. ſententiam Reſtitutionis in integrum* denegatoriam conceſsâ: * Licèt enim Reſtitutio in int. contrà ſententiam reſtitutionis denegatoriam non detur; (de quo omninò *vid.* Protribunal. noſtra, *Penſ.* IX. *delib.* III.) Reviſioni tamen locus eſt. *arg. l.* 1. *C. ſi ſæp. in int. reſt. pet.* §. Als auch Streit vorgefallen. Deput. Abſch. *d. ann.* 1600. Beſold. *Theſ. Pract. Lit. R. n.* 55. *ubi præjud.* * Sed in *Statuum Imperii* Judiciis *Reviſoriis* nova vel eò deducere integrum erit, quia illa Judicia in locum Appellatorii Judicii ſurrogata ſunt. *v. l. f. C. d. Appellat.* R. A. *d. an.* 1654. §. zumahlen aber. & *d. Rec. Dep.* §. Es ſoll.

12

13

14

15

1 §. III. *In ſcriptis* * igitur, ut anteà dixi, ab Extrajudiciali gravamine appellandum eſt; & in ſpecie cur illud ab *Electione* præjudiciali fieri debeat? bene exponit Frideric.

Martini *ad Cap. 10. x. de Electìon. int. ſingu-*
2 *lar. p. 341.* * Sicuti autem in *Interlocutoriis* non intereſt, an *irreparabile* gravamen contineant, de quibus ſolis, quoad neceſſitatem *expreſſionis* gravaminum, *d. §. 4. Tit.* XIX. diſponitur; an verò *vim definitivæ* habeant: (à quibus etiam *vivâ voce* appellari poſſe Reygerus voluit, *Diſp.* X. *d. Proceſſ. th.* XI. & rectè quidem ſi in continenti appellaretur. Conc. der C. G. O. *P.* II. *Tit.* XIX. § *3. junct.* Khraiſſer. *ad Ord. Bav. T. x. Leg. 6. ubi* Gail. *1. Obſ.* XXX.) Indiſtinctè enim Scripturam, ni cauſam deſertam habere velimus, requirit Author præjudicior. Cam. *voc. Appellatio in ſcriptis. §. Quando tamen, & voc. Appellatio Extrajudicialis, §.*
3 *Appell. ab Extraj.* * Ita quidem à Gravamine Extrajudiciali, quod vim definitivæ habet, in ſcriptis appellari debere, *ex eod. §. & ex præjudicio denegatorum Proceſſuum* conſtat *in causâ* Haubwig *contrà* die Gemeinde zu Löhr. *7. Jul. 1587.* * Prout etiam an *à parte* an *à judice* extrà judicium provocetur, quoad Scripturam, nil refert. *d.*
4 *Auth. Voc. Appell. Extraj.* * Congruit hoc requiſitum Juri Canonico. *c. Cordi. d. Appell. in 6. & c. 62. x. d. Appell. item c. 59. eod.*
5 * Et quamvis in Jure *Juſtinianeo* de neceſſitate ab interlocutionibus aliisque ſimili-

bus

bus in ſcriptis appellandi quicquam non extet; verùm ſi ex intervallo appellari velit, quòd tum in ſcriptis, per Schedulam Appellationis ſeu Libellos Appellatorios, illud fieri debeat, *in l. 1. § fin. l. 5. § f. & l. 3. d. Appell.* injungatur; Mynſing. *I. O. 66. & 3. O. 15.* tamen illud ei non adverſum & imò conſentaneum eſt. * In Jure autem Canon. 6
d. c. 1. aliisque textibus, quorum plures ad Extrajudicialem quoque pertinent, de Interlocutoriis exſertè diſponitur: ità ut non tantùm mirari liceat, quòd Brandmyllerus *dictum Cap. Cordi. d. Appellat. in 6.* de Interlocutoriis unicè interpretari velit; * ſed 7
etiam quòd Obſervatores *ad* Rittershuſium *Lib. V. Differ. Jur. Civ. & Canon. c.* XXV. illud de Appellatione *ſolâ ad Pontificem*, (de quâ tamen *ſolâ* Joh. Corſet. *Deciſ. Capell. Tholoſ.* CXXIX. vel præcipuè concedi poſſe docet, Scripturam non requiri: dum quidem in nullâ, etiam ab interlocutoriâ ſuſceptâ Appellatione, illam deſiderari diſputat:) adeoque de ſpeciali quâdam ratione accipiant: quaſi nuſpiam in Jure Canonico habeatur, quòd Appellatio à ſententiâ Interlocutoria (vel etiam Extrajudiciali gravamine,) in ſcriptis fieri debeat; ſed Capitula præter jam citatum omnia ad Appel-

 latio-

8 lationes ex intervallo factas pertineant. * Minimùm utique *progreſſum* juris Canon. quis heîc admiſerit, ut ſi vel olim in ſcriptis à gravamine Extrajudiciali appellandum non fuiſſet, quale quid tamen neque *ex c. bona memoria*, neque aliunde ſatis infertur; ſaltim nunc in ſcriptis appellari neceſſarium ſit. *d. c. Cordi.*

1 §. IV. Fit autem * *in ſcriptis* Appellatio, ſi vel *Schedula*, etiam citrà Inſtrumentum Notarii, ipſi judici à quo, modò ut h. e. coram Tribunali ſedeat, ad Protocollum præſentetur; vel etiam *Libellus*, in quo, ùt volunt, expreſſa ſint gravamina, porrigatur: (quæ utraque Appellatio, r. modi, *judicia-*
2 *lis* eſt.) * Ut adeò *Brandmyllerus* non habeat, cur *dictum cap. Cordi.* explicatius eſſe deſideraret, ut inferi debuerit, quòd non intentio tantùm nuda, ſed etiam cauſa Ap-
3 pellationis deſcribenda ſit. * Poſtrema ſanè quæ *ap. Eund.* eſt *dicti cap.* expoſitio planè eſt impertinens. Quid enim à ſcriptis *Apoſtolis* ad ſcriptam Appellationem infer-
4 ri poſſit, non apparet. * Multò minus autem ſufficiet, ſi quis *Notarium*, ut de Appellatione interpoſitâ Scripturam conficiat, interpellaverit. *conf.* Gylmann. *ſ. quisquis*
5 *eſt Auth. Præjudic. Camp. p. 20.* * Adeôque

hîc

hic denuò notandum non eſt, quòd *Inſtrumentum* ejusmodi, prout vulgò docetur, *in pergameno* ſcriptum eſſe debere, nullibi requirat Imperii Conſtitutio; ſed ſi modò in loco judicii à quo pergamenum non requiratur, chartacea quoque Inſtrumenta in ſuperiori judicio admitti non prohibeat.* 6
(Quanquam ſanè, præter hanc conſuetudinem, de *ſtylo Cam.* adeò Appellationis Inſtrumentum in membranâ deſideretur: Roding. *Lib. 1. Tit. 26. §. 17. p. 399.* & quidem fortaſſis hodiè, ubi Inſtrumenta & aliæ documenta *poſt 29. Jul. 1667. jx.* Gem. Beſch. in forma *libelli*, non patenti, ſub præjudicio rejectionis, ſcribi debent, non minùs in eâ formâ: ut licèt Pars nil contrà opponat; ſecùs quàm docuit Schvvanm. *Obſ. 172. n. 6.* judex *motû propriô* illud obſervet; Pars v. causâ quidem non cadat, ſed ei tamen nova Inſtr. confectio injungatur, ad quam ſi intrà fatalia pervenire nõ poſſit, facilè prorogationem impetret.) * Non etjam 7
Capycii traditio attendi poteſt, quòd *vivâ voce* fieri poſſit Provocatio, reſervatâ in ſcriptis Appellatione, *Dec. 34. n. 10.* niſi eô modô, ut adhuc intrà decendium ſcriptura interveniat. De interponendâ enim Appellatione, non de introducendâ requiſi-

tum accipitur. Unde cùm ab Extrajudiciali Gravamine vivâ voce appellatum eſſet, cauſa deſerta pronunciata eſt. Baumgarten *contr.* Weber. 20. *jan. ann.* 592. *

8 Quid verò ſi quis *coram Notario & Teſtibus, intrà decendium, in ſcriptis* appellet? cujusmodi Appellationem Uſus forenſis, etiam in judiciali gravamine, *indiſtinctè* recepit, ſive judex præſens fuerit ſive non: (ut adeò etiam nunc Ord. Cam. *P.* II. *Tit.* 29. ſecundùm conſuetudinem *extenſivè* capiendam eſſe velint) * Admittenda eſt utiq;

9 ejusmodi Appellatio, cùm non tantùm ubi *Pars* nos gravat, coram Judice non appelletur; ſed etiam ubi à Judice gravamur, hæc Appellatio pro eâ, quæ *in Scriptis* ſuſcipitur, haberi ſoleat. Carpzov. I. *For.* XX. *def.*

10 *1. & 2.* * Igitur h. m. Notario coram teſtibus Scheda Appellationis porrigitur, isque requiritur, ut deſuper *Inſtrumentum* conficiat,

11 quod *Teſtimonialium* loco eſſe poſſit. * Alicubi *Conſuetudine* aut Statutô receptum eſt, daß man von Bey-Urtheiln/ꝛc. gleich im Fußtapfen mit lebendiger Stimm appelliren möge: ceu *l. Würtenb.* (item *Bavarico*, Khraiſſer. *Tit. X. Leg. 6. n. 4.*) etiam à ſimplici interlocutoria citrà Scripturam & cauſarum allegationem provocari poteſt.

Fürſtl.

Fürſtl. Würtenb. Neues Land-Recht. *Part. 1. Tit. 69. pr. adhib.* Bocer. *cl.* VI. *Diſp.* XXXIV. *n. 63.* Et tunc in Camerâ quoque recipietur Appellatio. R. A. *d. ann. 1594.* §. 90. *ubi & in* §. 66. Es iſt nöthig/ob eines jeden Gerichts hergebrachtem Brauch/ als Verordnung gemeiner Rechten/ beſtändig zu halten. *præjud. ap.* Sailer. *in ſelectiſſ. Cam. ſent. P.* 113. Mynſinger. I. O. LXVI. *&* III O. XXXII. * Sicuti & tunc per ſuperiorem rejicienda 12
non eſt, quando judex à quo Appellationem quôvis modô citra Scripturam interpoſitam admiſerit: ut ex quo *detulerit* ei judex, Scripturâ non opus ſit. Scaccia *d. Appell. Qu.* XVII. *Limit.* 36. *n.* 3. * Videtur 13
autem quandoque etiam detuliſſe *tacitè*, veluti dandô *Apoſtolos reverentiales*, item admittendô Appellationem *in quantum de jure*, (nam hujus cognitio ad Superiorem pertinet,) Caroccius *de Remediis adv. Sent. Præjud. Except.* XLIV. *n.* 42. 48. *&* 51.
* Id quod poſterius tamen intelligi velim 14
de caſibus appellabilibus cum Contardo *d. Moment. poſſ. Limit.* XIII. *n.* 17. *ſeqq.* Nam ſi in caſibus non appellabilibus judex à quo Appellationi in quantum de jure deferat, tum v. ſibi manus cum ligâſſe putandum non eſt.

§. V. Scripta hæc * Appellatio *judici IN-* 1

SI-

SINUANDA eſt, dum pro tribunali ſedet; Vultej. *Lib.*IV. *d. judic. c.* II. *n.* 129. quamvis aliàs Appellatio coram Notario & teſtibus judici à quo, imò & *Actuario*, etiam *extrajudicialiter*, intimari poſſit. Mynſing. *II. O.*
2 XII. *Vel etiam cùm fieri poteſt, Extraj. illa Appellatio intrà decendium *judici ad quem* inſinuatur, & ut Appellationem recipere velit, petitur. *l.* 19. *C. d. Appell.* Berlich.
3 *1. Concl.* 50. *n.* 110. *Quanquam, ut ea *oſtendatur* solùm Judici à quo, ſufficere putet *Ferrarienſis*, non ut etiam eidem prælegi debeat. *v.* Gothofred. *ad l.* 7. *ff. d. Appell.*
4 *n.* 59. *Quod neſcio, an in alia, quàm extrajudiciali Appellatione, & ſic in eâ etiam, quæ ab interlocutione interponitur, admitti poſſit? cùm ideò ipſi offeratur, & quidem cum expreſſis gravaminibus, ut ſi ea intueatur, juſtitiam gravato adhuc impertire valeat. *c.* 62. *&* 59. *x. d. Appell. & c.* 1. *eod. in* 6. Franc. Hiltropſius *Part.* 4. *Proceſſ. Tit. IV. n.*
5 6. *&* *n.* 22. *&* 23. *Unde etiam Corvinus *in Lib.*III. *Jur. Canon. Tit.* XXXVI. *p.* 236. addi vult gravaminibus in Superiori judicio exhibitis, quòd illa à judice à quo admiſſa non
6 fuerint. *c.* 65. *x. eod. tit.* *Non obſtante, quòd ejus, an juſtum ſit gravamen, cognitio, ad judicem Superiorem pertineat: P. Buſius *ad*

ad l. 14. ff. d. re jud. quippe qui an certa ſint jura allegata, factoque congruentia, & num utrique proceſſus congruat? non niſi viſis actis conjicit.*Nam illud ad probandam devolvendamque cauſam: non autem ad recipiendam Appellationem, aut protinùs ſuſpendendam ſententiam, pertinet.*Quòd ſi verò judex à quo Appellationi ſibi oſtenſæ deferre nolit, ab eâ *non admiſſione* iterum appellandum eſſe docet Mynſing. *II. Obſ.* XLIX.*& 3. Obſ.* XXVII.*n. 5.* **Junge* Dn. W. L. Fabritium *ad d. Obſ.* XLIX. *ubi:* ſi cum cauſæ cognitione pronunciatum fuerit, *Appellationem locum non habere*, quòd tunc eadem admittenda non eſſe quibusdam videatur. 7 8 9

§. VI. Quid ſi quis * ob *metum* juſtum, (qualis quinam ſit, exponit Brederodius *Part. 1. d. Appellat. Tit.* XIII. *col. 87. ſeqq.*) coram judice à quo appellare non audeat? Tum verò proteſtatione ſuper hoc interpoſitâ, & cauſis appellationis, ſaltim in genere, expreſſis, coram honeſtis viris, ſeu Notario & Teſtibus, extrajudicialiter rectè appellabit; *c. ult. x. b.* vel etiam judici ad quem eô caſu porriget: * quâ ratione ne quidem *Intimatio* judici à quo facienda eſt: Francus *in d. c. ult. n. 12. & 40.* quippe à cujus jurisdictione protinus, atq; corã honeſtis Viris appel- 1 2

pellavit, etiam antequam intimat Appellationem Parti vel judici Superiori, exemtus eſt. Jacobat. *de Conc. Lib. X. art. 1. n. 38. conſ. latè de intimatione agentem* Cardin. Tu-
3 ſchum *Lit. A. Conc. CCCLXXIII. ſeqq.* * Imò in univerſum Appellatio, licèt non inſinuata ſit, in Camerâ recipitur. C. G. O. *P. II. Tit. XXXIX.* §. So ſoll. Dummodò ſi coram Notario appellatum eſt judicis copia habe-
4 ri non potuerit: *d.* §. *& c. 73. x. b.* * puta ſi publicè copiam ſui non fecerit, in eo loco, ubi jus redditur: adeò ut ne quidem in urbe quærendus ſit: Weſenb. *conſ. 1. n. 29.* Et ſi quis ſemel coram Notario appellaverit, licèt tunc intrà dicendium adhuc Judex compareat, tamen iterum appellare non tenea-
5 tur. Græven. *Concl. CXIX. n. 43.* * Quin imò non tantùm multarum locorum moribus, & cumprimis jure *Saxonico*, etiam ubi adiri judex potuit, Appellatio coram Notario facte recipitur; verùm etiam, quòd in *Camera* idem obtinere velint, ſuperiùs expoſui: non attentò, in aliis quoque locis, an inſinuata judici fuerit Appellatio nec ne: id quod tamen fieri, ubique (Berl. *1. Concl. L. n. 58.*) ob promptam magis *Attentatorum revocationem*, omninò intereſt: Mynſing. *4. Obſ. 45.*
6 * Quippe quòd intimata Appellatio (non item ſi judex à quo appellatū eſſe nudè ſciat.

Klock.

Klock. *Relat.* 79. *n.* 7. Notat. ad Roding. *Lib.* 1. *Tit. XXIII. pag.* 319.) Attentata etiam ante Inhibitionem faciat. * Velut autem ſi intimatio illa non fiat, ipſius Notarii Inſtrumentum loco *Teſtimonialium* eſt: Græven. *d. l. n.* 45. *ſeq.* ita ille aſſumtis teſtibus Appellationem judici inferiori, idque ſi loci diſtantia non obſtet, & fieri poſſit, conſultò intrà decendium, inſinuet, & cætera ad petitionem appellantis roget, velut Apoſtolos, & ſi quæ Acta extent, tunc Judex Apoſtolos decernere, & tempus proſecutioni præfigere debet; C. G. O. *P.* 2. *Tit.* 29. §. 4. niſi in Privilegio certum tempus contineatur: vel potiùs, cùm quadrimeſtre *in Receſſ.* definitum ſit, Judicis præfinitione non opus eſt.* Quid ſi *Parti* ſolùm *adverſæ* Appellationem *intimaverit* Appellans; Adverſarius autem poſſeſſionem v. c. apprehendat, an tanquam Attentatum hoc revocabitur? *vide* Guid. Papæ *conſ.* CXXXVIII. *n.* 1. 2. ubi caſum ſuſceptæ extrà judicium Appellationis Judicialis reſolvit. * Sed de Judice quod anteà diximus, nudam ejus ſcientiam ad hoc, ut Attentata ab eôdem fiant, non ſufficere, illud ſolùm ad judicialem Appellationem, vel ſaltim non ad quamvis ſpeciem Extrajudicialis Appellationis, pertinet: *Indeque

7 8 9 10

Lan-

Lancellotti doctrina hactenus non improbanda eſt, quando *in Part. 2. d. Attent. c. 11. Ampl.* XV. *n. 36.* ſufficere tradit, quòd Appellatio judici, itemq; Parti, quantum ad ipſam attentaturam, aliàs *cognita* fuerit: ſicque Attentata per Partem vel Judicem contrà & poſt Appellationem Remediô Attentatorum revocanda ſint: etiamſi Appellatio
11 neutri eorum intimata fuerit. * Videlicet tunc intimatio ſolùm neceſſaria eſt, quando appellans, ut Appellatio ejus & dilatio judicis, itemque termini Aſſignatio vim Citationis peremtoriæ habeat, deſiderat: *c. ſæpè. x. d. Appell.* item in Beneficialibus; *cl. cauſam d. Appellat.* idque ſi contrà certam perſonam
12 appelletur. * Nam ſi provocetur *generaliter* adverſus omnes gravantes vel gravaturos: ita verò cùm nemo ſit, cui intimetur, (& ne judex quidem, cùm reus nondum innoteſcat, certus eſſe poſſit,) nemo dubitat, quin etiam citrà intimationem Attentata revocari debeant; *v. c. bonæ memoriæ. 51. x. d.*
13 *Appell.* * Quanquam ut Attentatorum revocatio prona magis evadat, tutiùs ſit, ut etiam generalis Appellatio ei judici, qui probabiliter talis exiturus eſt, intimetur: ùt Idem Lancellottus ingerit *d. Attentat. Lim. 3. n. 30. conf. Ampl.* XVIII. *n. 1.*

§. VII.

§. VII. Quod * in genere nunc diſſeruimus, idem *in ſpecie* de *Appellatione*, quæ *ab Executione* ſuſcipitur, Dd. efferunt. * Et ſiquidem Executio rem judicatam inſequatur, huc, ut de eâ disquiramus, non pertinet. * Licèt aliàs, num illa ſententia Interlocutoria num Definitiva ſit? fruſtrà dubitetur, cùm ad neutram propriè pertineat: (*vid. tamen* Ruginell. §. *2. d. Appell. c.3.*) *Indeque eo *Interlocutoriis* interim accenſeatur, quòd, ſicubi ab eâ, vel etiam à præcepto de exequendo, appelletur, (caſûs v. *ap.* Rodriguez. Fermoſin. *d. LL. Eccleſ. ad c. 43. x. d. ſent. & re jud.*) in ſcriptis illud unicè perficiendum ſit. * Ita Dnn. Commiſſarii Cæſarei, cùm *in c.* Hohenloh Neuenſtein *&* Hohenloh Kirchberg ab executione, absque Scripto, appellaretur, rejectâ Appellatione, paritionem injunxerunt. v. die *Information.* §. 45. * Neque doctrina *Canoniſtarum*, veluti Panormitan. Franci, &c. *ad c. veniens. &c. 2. d. appellat.* ſibi conſtat, quando ab *Executione* Magiſtratui *à Principe injunctâ*, non neceſſariò in ſcriptis appellari debere, ſed aliter etiam Gravamina adduci poſſe docent, ut poſtmodùm juſtificentur; maximè ſi illa in jure conſiſtant: quos & Maranta *in Specul.*

1 2 3 4 5 6

Oo ſequi-

ſequitur, *P. VI. d. Appell. n. 145.* & Gilhauſen. *P.* III. *Arbor. Civil. c.* VIII. *n. 7.* *
7 Nam & ratio, quâ nituntur, quòd ejusmodi præceptum vim definitivæ ſententiæ habeat, nil conficit: cùm de Interlocutione, quæ vim eam habeat, diverſum *ſuprà* aſſertum ſit; neque vis ea aliud quàm hoc, quòd appellari ab Interlocutione poſſit, efficiat; ipſi autem modo appellandi per hoc
8 nil detrahatur: * adeò ut vis eadem rationes ſuprà poſitas non elidat, propter quas in Appellatione ab Interlocutoriâ vel etiam Extrajudiciali Gravamine Scripturam re-
9 quiſivimus. * Imò vel ob hoc in ſententiâ de exequendo Scripturam poſtulabimus, quòd exceſſus exequentis de jure non præſumatur: Ludovicus Poſtius *d.*
10 *Manutenend. Deciſ.* LXXV. *n. 9.* * Quantò magis hæc omnia in Provocatione ab *Executionis citrà cognitionem* intentatæ Gravamine, aliisque Extrajudicialibus obſerva-
11 buntur: * Sanè utcunque in Appellatione eâ quæ à parte fit, expresſionem Gravaminis non requirant *Doctores*, de quo *poſteà;* tamen in eâdem inſtituendâ *præſentiam Partis*, ſi haberi poteſt, æquè efflagitant, vel ut minimùm ei *intimetur;* aliàs autem Appellatio nulla ſit: *per c. dilectus. d. App. in VI.*

Francus

Francus *c. cùm ſit Romana. n. 4. 6. & 7.* Gylmann. *Tom. II. P. II. vot. 48. n. 12. & Tom. I. P. I. p. 411. n. 7.*

MEMBRUM II.

§. I. A*Lterum* * quod ad *Modum* ſpectat, ſequitur, GRAVAMINUM unius vel plurium EXPRESSIO: ut tamen de *uno* etiam ex pluribus copulativè expresſis conſtare ſufficiat. *c. ſignificante. & ibi* Decius *n. 5. item* Phil. Francus *in c. ut debitus. n. 27. x. d. Appellat.* * Et quamvis in Appellatione, quæ *à Definitivâ* interponitur, (niſi etiam à *Tertio* interponatur, Gailius *I. Obſ. 122. n. 5.*) Gravamen ullum exprimi vel eò non ſit neceſſarium, quia ex novis etiam cauſis & probationibus illa juſtificari poteſt; Gylmann. *Voc. Appellat. ab Interloc. int. præjud.* * Licèt ut in eâ illud quoque fiat, tutiùs exiſtimet P. Friderus *Lib. I. d. Proceſſ. c. VII. n. 10. ſeq.* & quorundam locorum *Statutis* in quâlibet Appellatione ſub eâ lege fieri debeat: ut, niſi adductis, etiam à ſententiâ Definitiva, gravaminibus, Proceſsûs non decernantur; utc. per neglectum hunc Appellatio pro deſerta non habeatur. *vid.* Chur-

1

2

fürſtl. Sächſ. Appellations-Ordnung. Tit.
3 von Appellationen. * Tamen expreſſio illa in appellatione *ab Interlocutoriâ* vel ad hoc, ut judex, an gravamen irreparabile ſit, dijudicet, requiritur. C. G. O. *P. III. Tit. XIX.* §. 4. Frider. *d. l. &* Mynſing. *III. O. XV.* Adeò ut ſi unâ die appelletur, alterâ verò cauſa appellandi inſeri velit, appellatio non valeat. Baldus *in l. 2. C. d. Epiſc. aud. n. 22.* Sed judex ob cauſam non expreſſam, niſi ei inhibitum eſſet, ſententiam ſtatim exequi debeat. Romanus *conſ. 324. in f. &* Phil. Francus *in c. conſuluit. n. 3. d. Appellat.*
4 *& in c. conſtitutis. n. 18. eod.* * Quid quòd etiam ſi appellans unum vel plura gravamina expreſſerit, adjectâ cl. generali *& ab omnibus aliis gravaminibus, quæ ex actis vel proceſſu colligi poſſunt;* tamen alia quàm expreſſa proſequi non poſſit; utcunque pro juſtificatione gravaminis, quod expreſſum eſt: omnia gravamina reliqua ex actis adducere non prohibeatur. Romanus
5 *conſ.* VII. * Nec minùs ſi à ſententia *ſuper Revocatione Attentatorum* latâ appellatum ſit, alias quoque quàm expreſſas, adeòque novas etiam cauſas, (hactenus enim appellationi à definitivâ hæc appellatio accedit,) deducere liceat. Quod *Idem* notat

tat Romanus *in conſ. XCV.* * Ut idcircô in 6
appellatione ab *extrajudiciali* gravamine,
non attentô quòd fortaſſis gravamen illud
vim definitivæ habeat, expreſſio illa itidem
neceſſaria videri poſſet. *ix.* Phil. Francum
in c. conſuluit. cl. 2. d. Appell. &c. bonæ memoriæ. col. 6. item Abb. *in d. c. conſuluit. c. 1. d. Appell. in 6. c. 59. x. eod.* Caniſ. *Lib. IV. ſumm. Jur. Can. Tit.* XV. §. 6.

§. II. Verùm * licèt de Appellatione ab 1
Interlocutoriâ illud omnes unanimiter largiantur, maximè ſi irreparabile gravamen
illa contineat: per *O. C. P. 3. Tit. 19.* §. 4. idemque in illis provocationibus requirant, quibus *jus directò non aſſiſtit*, uti quidem ſunt à definitivis interpoſitæ, ſed quæ
præſumtionem juris & de jure contrà ſe
habent. * Unde Anguſtiſſimum judicium 2
Imperiale Aulicum, cùm *in causâ Sereniſſ. Viduæ Bipontinæ* contrà *Ducem Bipont. Sereniſſ.* ab executione appellaretur, non expreſſis gravaminibus, illam provocationem rejecit: * Tamen in hâc noſtrâ Extrajudiciali, *neque gravamen, neque Appellationis ullam cauſam exprimendam eſſe*, quàm 3
plurimi aſſerunt: quam ſententiam *Canoniſtis* adſcribit Perezius *d. Appell. n. 21.* & de
eâ quæ à judice fit, extrà dubium Dd. col-

4 locant *apud* Bertachin. *in Repert. p.* 188. * Ita Appellationem hanc quidem judici à quo intimandam eſſe vult Scaccia *d. Appell. qu. IV. n. 39. ſeqq.* Sed nullô jure conſtitutum eſſe ait, ut ſchedulæ Appellationis gravamina inſeri, aut judici de illis conſtare debeat. Imò ſimpliciter, quòd expreſſione illâ non opus ſit, Gylmannus tradit, *voce Appellatio Extrajud.* §. *Nota.* Adeò hâc in re Authores diffident, *nullô idem cenſente, ne acceſſio videatur alterius, quales Medicorum, circà ægros, miſeras eſſe ſententiarum concertationes* ait Plinius *Lib.* XXIX *c. 1.*
5 * Profectò non eſt improbabilis illa *Scacciæ* ſententia, (quam quidem *in Camerâ* obtinere conſtat,) cùm uti Appellatio ab interlocutoriâ regulariter prohibita eſt, neque judex, dum ab Interlocutione provocatur, officiô ſuô functus eſſe putatur, ut ei provocationi jus ejuſdemque præſumptio reſiſtat: ita in ea quæ ab Extrajudiciali gravamine inſtituitur provocatione, o-
6 mnia aliter habeant: * quippe quòd illa utrôque jure regulariter permittatur, & nullum ibi judicis ſpectetur officium; quin imò contrà judicem potiùs præſumatur, eò quòd ipſe nil citrà cauſæ co-
7 gnitionem ſuſcipere debuiſſet. * Quid igitur

tur, poſtquam ſemel gravavit, expectaremus, donec judicialem de eâdem re cognitionem faceret, qui tamen intentionem ſuam expleviſſe cenſetur. Anne dicemus, ſi nihilominus de veriſimilitudine gravaminis conſtet, expreſſionem cauſæ non eſſe requirendam? Petr. Anchoran. *in cl. Appellati. d. Appell.* an quòd ne in illis quidem caſibus, ubi de jure Appellatio prohibetur, expreſſio gravaminum ſit neceſſaria? ſaltim non de formâ, ſicubi à definitivâ ſpeciali, ſeu quæ vim definitivæ habeat, appelletur; ſit autem utilis ad hoc, ut judex inferior Appellationi deferat, eamque admittat judex ſuperior? Gylmann. *voc. Appellatio à ſent. nulla*, §. *Licet in Appell.* * Ut adeò in Extrajudiciali etiam 8
Appellatione, quam inſinuandam eſſe judici à quo ſuperiùs aſſertum eſt, non etiam de formâ quidem expreſſio gravaminum requiratur, quaſi eâ non adhibitâ intrà decendium, nulla & deſerta ſit provocatio; ſed tamen neceſſaria ſit ad hoc, ut Appellatio citiùs procedat, ſicque neceſſitas in hypotheſi & ad certum effectum aſſeri queat. * Etenim *utilem* eſſe ſaltim 9
in hoc de Jure communi expreſſionem, inde conſtat, quòd ſi quando cauſa

Appellationi inſerta ſit, *jx.* Contardum *in Qu. IV. ad l. un. C. ſi de moment. poſſ. n.* 5. innovata ſtatim revocentur, nec expectandum ſit, donec bene appellatum eſſe declaretur: quippe quòd legitima, & talis cui deferendum ſit, eſſe intelligatur Appellatio, (ut idcircò viæ Attentatorum in eâ locus ſit,) ſi ex tali cauſa interponitur, quæ ſi comprobata eſſet, legitima reputari deberet. *c.*
10 *cum ſpeciali. x. d. Appellat.* * Quare non tanta expreſſionis iſtius erit remiſſio, ùt eſt in ſententiâ *definitivâ*, ubi ſi judex vel maximè non deferret Appellationi, ab eâ *rejectione* tamen non neceſſariò appellandum foret: uti quidem in reliquis fieri debet gravaminibus, quibus jus non adeò aſſiſtit,
11 etiam ipſis extrajudicialibus. * Non etiam tanta erit ejus neceſſitas, ùt in Interlocutoriis, iiſque ſimilibus, de quibus unicè videtur diſponere *dictus* §. *4. P. 3. Tit. XIX. Ord. Cam.* Nam in illis *de formâ* ſimpliciter requiritur, adeò ut notoria etiam iniquitas ſeu gravamen in Libello Appellationis exprimi debeat; ſicque à probatione quidem, ſed non ab allegatione, heìc quoque relevet
12 *notorietas*: *v.* Triviſan. *l. Deciſ. IV. n. 2.* * Niſi quòd tunc etiam in Interlocutoria expreſſionem non deſiderent, quando (1) de Reſervato Pontificis ageretur, *c. ut debitus*

bitus.d.Appell. vel Cæſaris, ut eſt Legitimatio (2.) ex ipſius ſententiæ inſpectione, dum eidem iniqua vel à jure improbata cauſa inſerta fuerit, (Mynſing. *III. Obſ. XV. n. 2.*) vel etiam ex certâ actorum parte allegatâ, (non enim ſimplex ad acta relatio ſufficit:) protinus de gravamine conſtaret. Gail. *I. Obſ.* CXXX. *n. 1. 2.* * Similiter ſi quæſtio in 13
mero jure conſiſteret, v. c. an is qui ſe obligavit, als einen ſelbſt Schuldner/ exceptionem Excuſſionis habeat: quippe quæ ſpecies probationem nullam in facto requirit: ſed ſimpliciter deduci poteſt. * Ac deni- 14
que ſi judex à quo, etiam non expreſſô gravamine, (Capell. Tholoſ. *Qu.* CCCXVII.) vel expreſſô licèt, attamen non concludente & ratione deſtituto, (Phil. Francus *in c. ut debitus. n. 28. x. d. Appell.*) Appellationi detuliſſet. * Tum v. expreſſionem adhuc deſiderabit ab interlocutione Appellatio, ſi vel maximè vim definitivæ habeat. * Quamvis enim aliqui doceant ex- 15
preſſionem cauſæ non requiri, quando per definitivam plus injungi non potuiſſet, quàm per Interlocutoriam injunctum eſt, quòdque omnis ſententia tangens negotium principale Interlocutoria cenſeatur, quantum ad *c. 1. d. Appell. in 6.* ſed non etiam

iam quantum ad *cl. Appellation. d. Appell.* & effectus alios. *v.* Bald. *in c. pervenit. d. Appell.* & Felin. *in Rubr. d. re jud. n. 18. item* Guid. Papæ *conſ. LXXVI. n. 4.* Illud tamen moribus noſtris & Uſui Camer. non con-
16 gruit. *v. ſuprà* §. 7. * Sunt deinde, nonnulli, qui inter eam quæ à parte, & eam quæ à judice fit, Provocationem Extrajudicialem, diſtinguunt: ut in iſtâ quidem cauſa exprimenda ſit, in hâc autem verbis generalibus gravamen deſignari ſufficiat. Ita *poſt* Bart. & Innocent. Joh. Ferrarius *Lib. I. c. 3. verſ. Appellatio autem.* Quam diſtinctionem fundamentô niti non autumo, & vel illam convertendam eſſe cuiquam videri poſſet: adeò ut in eâ neceſſitatis diſtinctione, quam antè conſtitui, acquieſcere malim.

1 §. III. An autem * Appellatio contrà *Electiones*, Poſtulationes vel Proviſiones, expreſſionem certæ Electionis formæ, omniumque cæterorum requirant, quæ ſe objicere velle gravati contendunt: item an jurare, quòd ea vera credant & probare poſſint, adſtringantur? de eo *vid.* Martam *in Digeſt. de Appell. cap. CCXXIV.* & Ricc.
2 *coll. Deciſ. MDCCLXXXVII.* * Dicam breviter: Quicunque Electioni, Poſtulationi vel

vel Proviſioni ſe opponit, debet ea, quæ adv. perſonas vel formam movere intendit, coram perſonis legitimis ſeu Authenticis objicere, aut perſonas in inſtrumento publico exprimere, præſtitô jurejurandô, quòd illa vera, ſeque probare ea poſſe, credat. * Neque enim poſtmodùm ad alia opponendum aut probandum, niſi quæ dictô modô expreſſit, admittitur, præterquam ſi novi aliquid emerſerit, aut probandi facultas ſupervenerit, vel etiam poſtmodùm quid ad notitiam provocantis pertigerit, de quo fidem jurejurandô faciet. *v.* Brederod. *Lib. I. d. Appellat. Tit. XXI. col. 596. ſeqq.* ubi etiam formulas appellandi hoc in caſu interponi ſolitas ſuppeditat. 3

§. IV. Quid tamen * ſi cauſa exprimatur, ſed *frivola* ſit? Tum quidem in caſu quô expreſſio requiritur, idem eſt, ac ſi nulla expreſſa eſſet. * Heîc verò ubi expreſſio de forma non eſt, nullam, quàm frivolam exprimere, fuerat melius. Nam & frivolæ expreſſio Appellationem ſufflaminare poteſt. * An verò cauſa proba & talis ſit, ob quam Executioni vel Proceſſui ulteriori ſuperſedendum ſit, *judex à quo* cognoſcet. Phil Francus *in c. ut debitus n. 42. d. Ap-* 1 2 3

d. Appell. * Ut tamen in eâ cognitione non procedat *judicialiter*: cùm quidem ſi Appellatio nihilominus fuerit legitima; ſtatim per eam jurisdictio illius ſuſpendatur, nec appellans coram eo, ut de legitimitate cauſæ diſceptetur, in judicio comparere debeat; imò Proceſſum ejuſmodi tanquam Attentatum, judex ſuperior, poſtquam Appellationem legitimam pronunciaverit, per modum Attentati revocatu-
4 rus ſit. *c. non ſolum d. Appellat.* * Quocircà ex actis potiſſimùm colligat, an legitima, & ratione ſaltim prædita, cauſa fuerit: & in dubio etiam nil innovare, ſed Appellationi potiùs deferre debebit. Phil. Franc. *in c. à judic. n. 5. d. Appell. in 6.*

1 §. V. Atque hæc * quæ hucuſque enarravimus, ad Appellationem, quæ *verbo* fit,
2 reſpiciunt. * Quibus elegantem *Formulam Appellationis Extrajudicialis* Bilibaldi Pirckheimeri & Lazari Spengleri, *Virorum celeberr. ad* Leonem X. Pontificem, quæ inter *Opera Politica Pirckheimeri* legitur,
3 ſubnectamus: In quâ poſt alia: * *Unde ſentientes nos exinde indebitè moleſtari, & præmiſſa in gravem honoris & ſtatûs noſtri ignominiam & injuriam vergere & per ea multipliciter læſos & gravatos, timentesque, ex præ-*

prædictis de futuris conjicientes, in futurum ex ejusdem Joh. Eckii *ſiniſtris machinationibus atrocius & fortiùs gravari poſſe: Quare omnibus melioribus modo ac jure, quibus meliùs poſſumus & valemus, ab bujusmodi prætenſis & indebitis* Johannis Eckii *moleſtationibus & perturbationibus, infamationibus, literarum, proceſſuum Apoſtolicorum minùs legitimâ contrà nos publicatione & affixione, ac ab eisdem Proceſſibus Apoſtolicis, Requiſitionibus pœnis ſententiis & cenſuris, ac quibuscunque gravaminibus aliis, nobis & contrà nos, ùt præfertur, latis, comminatis & ferendis, ac illatis & inferendis, ex cauſis ſuperiùs expreſſis, & ſuis loco & tempore latiùs exprimendis, ad ſuprad. DN. noſtrum Papam, Sanctamq́; Sedem Apoſtolicam in his ſcriptis provocamus & appellamus, ac ad meliùs de præmiſſis & aliis Sanctitatem ſuam informandũ ſupplicamus reſpectivè, & cauſam ac negotium bujusmodi devolvimus, nobisque deſuper apoſtolos ſ. literas teſtimoniales, ſive unum vel plura & tot inſtrumentum & inſtrumenta publica propterèa per vos Notarium dari, inſtanter & inſtantiùs & inſtantiſſimè petimus: ſubjicientes nos & omnes & ſingulos, huic noſtræ Appellationi ſeu ſupplicationi inhærentes, tuitioni & defenſioni prædicti*

dicti Domini noſtri Papæ, ſanctæque Sedis Apoſtolicæ: reſervatâ etiam nobis poteſtate hujusmodi Appellationem ac ſupplicationem alterandi, augendi, minuendi, & declarandi, aliam vel alias interponendi, atq; etiam ſuis loco & tempore his, quorum intereſt, intimandi & inſinuandi, atq; proſequendi, aliasque & alia in præmiſſis nobis faciendi, de quibus publicè proteſtamur per præſentes: Præſens appellatio eſt inſinuata Dn. M. G. & C. H. eô tempore Magiſtrat. per Dn. Notar. G. S. in præſentia N. N. N. N. d. 1. Dec. 1520. Noribergæ.

1 §. VI. Eſſe autem * & modum appellandi alium, Jure Canonicô introductum, quo per *Factum*, nempe arreptionem itineris ad Pontificem, appelletur, ſuperiùs
2 indicatum eſt; * Et quidem intrà decem dies iter arripuiſſe, & ſic Appellationem *incepiſſe*, ſufficit. Creſcent. *Dec. 8. d. Appell.*
3 *n. 3.* * Neque tamen ad Pontificem ſolùm illa eſt Appellatio; ſed ad omnes etiam alios dirigitur, qui per viam *Querelæ* adiri poſſunt: (*v.* Anton. de Butrio *ad c. 52. n. 4. d. Appell.*) Uti ſi iter *ad Principem*, qui per Querelam implorari poteſt, ſuſcipiatur. Joh. Brunnemannus *c. XXVIII. Proc. Civ. n. 132. ex* Lancellott. *d. Attent. P. II. c.*
4 *12. ampl. 16. n. 4.* * Atque hinc itineris arreptioni

ptioni eam vim attribuit *d.* Butrio *ad c.59. eod. n.16.* ut non tantùm *Attentata* ab eô tempore, quô gravatus iter aggreſſus eſt; ſed illa etiam, ob quæ iter arripuit, revocari faciat: cùm *vi ſuſpenſivâ* prædita ſit: de quô tamen diſtinctiùs ex ipsâ formâ ſentiendum eſt. * Etenim interponitur illa 5
Appellatio vel *poſt cauſam cœptam*, hoc eſt, gravamen illatum, vel etiam comminatum: & ita ſive in propriâ perſonâ iter ſuſcipiatur, ſive per nuncium, effectum ſuſpenſivum habet; Ant. d. Butr. *ad c. dilect. de Appell.* modò non tantùm certum ſit, quòd ideò iter ad ſuperiorem, idque intrà decem dies à tempore gravaminis, arripuerit; ſed etiam quòd non potuerit copiam habere judicis à quo, velut ob metum, aut quòd ob propria negotia concipere appellationem nequiverit: quô quidem caſu ſufficit iter in præſentiâ judicis indicare, vel eidem aut etiam Adverſario intrà tempus appellandi intimare, ad hoc ut ſuſpendatur executio. * Vel *ante cœptam* 6
cauſam aut notitiam ejus, v. c. Literarum delegationis, Appellatio illa interponitur: Et ſic ſi fiat *in propriâ perſonâ*, juriſdictionem judicis inferioris, ſive Ordinarius ſit ſive Delegatus, non quidem ob

hoc,

hoc, quòd ſic arreptio itineris vim appellandi habeat, ſuſpendit; ſed quia ex cauſâ probabili iter ad Papam ſuſcipientes eô ipsô ab inferioris jurisdictione eximuntur. Unde eos, quos cauſam probabilem non habere conſtat, ad domum citamus, & contrà illos tanquam contumaces ſenten-
7 tiam ferimus. * Si autem *per nuncium* interponatur, regulariter non ſuſpendit; niſi ratione cauſæ nuncius mittatur non ſolùm pro impetrando, ſed pro reſtitutione adverſus ſententiam, quam judex inferior concedere non poteſt; vel deinde mittatur pro conſultando ſuper dubio inſolitæ & novæ cauſæ occurrentis: Nam & hoc caſu reſponſum Pontificis expectandum foret. Aut ratione perſonarum, tales fuerint Appellantes, qui etiam per Nuncios quid impetrare aliàs conſueverunt, aut impetrare aliter non poſſunt: veluti ſunt Collegia, Magni Principes, Prælati, Senes, aliique ſimiles.

1 §. VII. Utcunque * tamen ſeu verbo ſeu factô dictis jam modis fiat Appellatio, expreſſa eſt. *Tacitè* etiam is *appellare* cenſetur, qui ſe, item Eccleſiam ſuam, cùm infeſtaretur, Protectioni ſuperioris ſubmittit; & ſive Sedis Apoſtolicæ, ſive ſuperioris

rioris alterius : * Nam hanc provocatio- 2
nem efficere, ut confeſtim Ordinarius Judex eſſe deſinat, ex *c. ad audientiam. x. d. Appell.* planum eſt: quòdque ea ſubmiſſio Appellationem quoque inducat in his qui à Papâ inferiores ſunt, Ant. Butr. *ad d. cap.* docet *n. 7.*

PARS II.

§. I. DE TEMPORIBUS * Appella- 1
tionis Extrajudicialis, iisque tam interponendæ, quàm introducendæ, accuratiùs diſpiciamus. * Quanquam enim 2
non omnia, quibus quælibet judicialis Appellatio deſerta dici poſſet, ad Extrajudicialem pertrahenda ſint, quod vel *ex c. 8. in 6. d. Appellat.* colligitur: quâ conſtitutione ad hoc, ut decendium ad extrajudicialem quoque provocationem requireretur, opus fuit; adeoque ea, quæ præcisè in Canonibus non expreſſa, aut aliô jure introducta ſunt, exque illis per evidentem conſequentiam eliciuntur, in extrajudiciali Appellatione exigi non debeant. * Tamen 3
quòd interponenda ſit hæc Appellatio intrà decendium, tam ex dictô *cap. 8.* quàm aliunde ſatis patet. *vid. c. 15. x. d. ſentent. & re judic. c. 32. §. fin. x. d. Elect. c. 36. x. d. Teſti-*

bus. c. conſtitutus x. d. Appellat. item Auth. ſed hodie. C. eod. & Nov. XXIII. *c. l. jung.* Mynſing. III. *Obſ.* XI. Author Præjudic. Camer. *fol. 30.* Wurmſer. *Tit.* XXIV. *Obſ.* IX. Carpz. *P.* III. *Prax. Crim. qu.* CXXXIX. *n. 10.* Joh. Stuckium *Part.* I. *Conſ.* XXVII. *n. 121. &* Bocerum, *cl.* VI. *Diſp.* XXXIV. *th 70.* qui neſcio cur in tantâ luce nil definiat, & *Lancellottum* pro diſſentiente citet: cùm tamen hic non tantùm in Appellatione à judice; verùm etiam à confirmatione Electionis, decendium præſtituat. *Part. II. d. Attent. t. XII. limit. L. n. 140. 141. ſeqq.*

§. II Idem * decendium obtinet, quando quis extrajudicialiter gravatus *per factum* appellaturus ſit. Is enim intrà decendium à gravamine ejusve ſcientiâ iter v. c. ad Papam arripere tenebitur. Natta
2 *conſil.* DCVI. *n. 5.* * Nam & ſi quis *exſertè* quidem *non appellet*, ex circumſtantiis tamen, quòd animô appellandi contradixerit, appareat, petendô ſcil. Apoſtolos, vel ſubmittendô ſe Protectioni ſuperioris; aut dum metueret judicem, animum appellandi per proteſtationem coram honeſtis viris prodere velit, illud infra decendium debebit perficere. *conf.* Cœpollam *Cautel.*
3 CCXCI. * Idque tempus adeò obtinet, ut *ab aliis*

aliis fatalibus ſublatum eſſe non cenſeatur: adeòque cùm alicubi von einem Beſcheid/ den nechſten Tag hernach appellandum fuerit. *v.* Niederöſtreich. Gerichts-Ordn. Tit. von Appellationen. *pag.* 34. §. Erſtlich: quod tempus ibidem ſtylus ad tres dies à tempore ſcientiæ extendit: ideò beneficium Juris communis, quod decendium indulget, in extrajudiciali gravamine, imminutum cenſeri non debeat. * Cæterùm 4
cùm intrà decendium appellatum eſſe non præſumatur, ab appellante, quòd illud factum ſit, *probandum* eſt. Maſcard. *Concl. CXIV. d. Probat. n.* 11. & *Concl. MCCCLI. n.* 10. * Vel potiùs diſtinguendum eſt, ut ap- 5
pellatum quidem eſſe non præſumatur; quòd ſi verò de Appellatione conſtet, pro appellante, quòd intrà decendium appellaverit, præſumtio faciat: quomodo *ap.* Mevium *in Part. II. Deciſ. CCCLXXIII.* rectè deciſum eſt.

§. III. Equidem * dum fatale decendii 1
exigimus, *ad appellationem* unicè illud pertrahendum eſt, ut quis eâ, niſi intrà decem dies provocaverit, privetur, etiamſi *tertius* ſit; * prout aliàs quoque ſi vel appel- 2
latus, vel quis alius, principaliter & ſui causâ, appellationi *adhærere* velit, intrà

decendium ſe declarare debet: *Idem* Mevius *Part.* I. *Dec.* CLVIII. Bocer. VI. *D.* 5. *th.* 28. *&*
3 Carpzov. *1. For. 19. 11.* * Cætera verò *Remedia*, quibus vel apud eundem judicem, vel etiam apud ſuperiorem, gravamini ſubveniri poteſt, non unà intercidunt. Quid enim ſi *per actionem*, ùt Locati Conducti, æquè commodè gravamen reparari poſſet? aut aliter quocunque modo tolli: ceu v. gr. prohibitioni Libertatis non niſi longo
4 aut longiſſimo tempore præſcribitur. * Unde ſi vel in *ſummariô*, & multô magis ſi in Extraj. audientiâ, quæ tantum atque ſummaria judicia robur non habet, pronunciatum eôque pars gravata fuerit, non eſt cenſendum, quaſi ea neceſſariò intrà decendium de reparatione cauſæ debeat
5 circumſpicere. * Quid enim ſi appellare nolit, ſed in ordinariò judiciô experiri, vel cauſam leviter cognitam, quamvis proviſionaliter & quadantenus deciſ[.]m, judiciali Proceſſu, quaſi hactenus jure, ſaltem per-
6 petuô, nil actum ſit, diſceptare cupiat? * Referamus verba *Pontificis in c. Concertationi. 8. d. Appellat. in VI.* ibi: *ut ab extrajudicialibus Actibus gravatus, &* per Appellationem *gravamen revocare* deſiderans, *intra decem dies*, ſi velit, *appellet; ſed ſi per contra-*

dictio-

dictionem debitam vel alia Juris Remedia petierit revocari gravamen, ei lapſus decendii non obſiſtat *Nempe non ſequitur, 7
appellari poteſt, ergò debet etiam. Sanè in his qui *Auſtregis* gaudent, ſi quem tanquam *judices* gravarint, appellari poteſt, ſed non debet, ſi alia remedia quis adverſus ejuſmodi gravamina, etiam poſt decendium, uſurpare velit: ſaltim ſi ab illis abſcedere quis ad alium judicem cupiat non debet ille adiri, cui aliàs immediatè ſubſunt, quando gravârint, ùt pars, velut ipſæ Auſtregæ; ſed Camera. * Nam huic ne quidem 8
ſimpliciter ſubſunt immediatè, cùm prima Auſtregarum inſtantia intercedat; ſed potiùs unicè ei ſubſunt ùt Magiſtratus: adeoque ad Auſtregas propriè ſolùm provocatio; ſed ad Cameram tantùm Appellatio nuncupabitur. * In cæteris, qui Ca- 9
meræ non immediatè ſubjiciuntur, ſive gravârint ùt pars, ſive ùt judex, utrôque modô appellari ſeu ad ſuperiorem procedi poteſt: quia hîc non eſt ratio, ne primæ inſtantiæ fraus fiat: imò re ipsâ, in eo Magiſtratu mediato, qui ejuſdem judicio, cui Magiſtratus ſubeſt, etiam ùt pars ſubjicitur, nil intereſt. * Quæ tamen tunc aliter 10
ſe habent, quando qui Magiſtratûs pote-

ſtatem habet, alii, ſaltim in Ordine Magiſtratuum illius territorii, ùt Magiſtratus; alii verò, ùt privatus, v. c. Landſaſſius, & ſive eidem Principi, cui inſervit, ſive alii extrà locum Officii ſubſit: quippe in quo ea, quæ de Auſtregis anteà diximus, applicari poſſunt. * Interim utrobique, ſi ùt à judice appelletur, Appellationis fatalia obſervanda

11 ſunt, ſi ùt à parte, non niſi ſuô modô. * Quid ſi verò appellare quis non cupiat, ſed *coram eodem judice* rem *judicialiter deducere* malit? Tunc nulla fatalia ipſi obſtant, maximè ſi ei per Decretum poteſtas die Sache rechtlich außzuführen conceſſa eſſet.

12 * Non etiam ad fatalia adſtringetur, ſi coram judice cauſam judicialiter, und durch ordentlichen Proceß/ diſceptari velit, in eô judiciô, quod itidem in eâ Provinciâ eſt primæ inſtantiæ, ùt eſt das Hofgericht in Landgraviatu Haſſiæ, juxta eum modum

13 quem ſuprà delineavimus. * Sive enim tum judex gravârit ùt judex, & vel concurrens judicium adiri, vel coram ipsô gravante cauſa judicialiter peragi velit; ſive gravârit ùt pars, indeque ſuperior ejus adeatur, ubique prima erit inſtantia.

1 §. IV. Diſtinctiùs * rem expediamus! Aut gravavit Magiſtratus tanquam *pars*, & tum

& tum ille ad quem provocatur, non provocatur, ùt Magiſtratus ſuperior, quia hîc nulla eſt provocatio à judice à quo; ſed pars tantùm coram Ordinario & primæ inſtantiæ judice convenitur: quâ ratione nec fatalia obſervanda erunt: niſi quòd ſi ab illo, qui Auſtregis ſubeſt, gravamen inferatur, ad Cameram procedere quis malit, & præſumtione niti, quâ in dubio Perſona, quæ in Dignitate eminenti, velut Principali conſtituta eſt, ùt Magiſtratus gravâſſe cenſetur: quomodo tamen iterum ùt à Magiſtratu fieret Provocatio. * Si autem 2
Magiſtratus tanquam *Judex* gravaverit? Tunc gravatus vel appellare *vult*, & ſic debet adire gravantis ſuperiorem, idque intrà decendium; vel *non vult* appellare, ſed rem in quâ Magiſtratus extrajudicialiter, hoc eſt, ſinè cauſæ cognitione, quod hujus loci eſt, proceſſit; vel etiam quæ ſummariè & causâ, dum futurum judicium expectaretur, leviter cognitâ, ſeu per Proviſionem, (*quod non minùs extrajudicialiter fieri dicimus,) deciſa eſt, judicio Ordinario & pleno ſubmittere cupit: Et tunc non gravantis ſuperiorem adire neceſſe habet; imò ne quidem illum adire poteſt, niſi in Querela Nullitatis & ſimilibus; ſed

 illum

illum quærit judicem, coram quo Partem adverſam aliàs etiam convenire tenebatur, veluti judicem eundem qui gravavit, vel etiam concurrentem, ùt in Haſſiâ, ſi Cancellaria extrajudicialiter gravâſſet, adiri
3 poſſet das Hofgericht. * Hæc eôdem modô obtinent, quanquam fortaſſis in Decreto ſummariæ cognitionis aut Extrajudiciali *præfixus* eſſet *terminus*, intrà quem, niſi hoc vel illud probaretur, cauſa *ad interim* hoc vel illô modô deciſa eſſe debeat.
4 * Nam velut in univerſum, licèt termini in judicio peremtorii ſint, contrà Jura tamen noviter producta, Pars ad aliquod tempus *expectari* debet; Creſcent. *Dec. 7. d. Dilat.*
5 * Ita etiam hic terminus: utut peremtorius; (qualis etiam in extrajudicialibus & ſummariis cognitionibus præfigi poteſt; *l. Titia.* §. *Vſus. d. Legat. 2. l. ſi tempora. C. d. Fide Inſtrum.* Surdus *Conſil. XCVI. n. 18.*) non tantùm *Juris Deductiones* non excludit, Monac. *P. 13. Pract. Judic. c. ult. n.* 5. item inſtrumenta noviter reperta, Beſcheinigung / Beſichtigung / Carpzov. 1. *For. 16. def. 6 16.* & ex quàm plurimis cauſis *non currit*, quarum *ad* Mynſing. *in 11. Obſ.* XCIX. multas adducit *Dn.* W. L. Fabritius.
6 * Sed etiam quantum ad h. l. attinet, ſolùm

ex-

extrajudicialem proviſionem terminat, nec impedimento eſt, quò minùs in aliâ inſtantiâ, ſeu in judiciali & Ordinariô Proceſſû, præprimis in judiciô aliô, velut *Concurrente*, Pars adhuc cauſam plenè deducat: * maximè quòd prætereà *idem judex*, 7
quandocunque velit, etiam in eôdem ſummariô judiciô, vel extrajudiciali quôvis Proceſſu aliô, *terminum* revocare, & ſic Parti adverſæ per lapſum ejus termini nullum jus quæſitum eſſe, dici poſſit. *latè* Maſcardus *vol. 3. de Probationib. Concl. MCC. XXXVI.* * Proût extrà dubium eſt, ſi judex 8
terminum, intrà quem agi debeat, præfixerit, ille peremtorius non ſit, ut ſi intrà eum actio non inſtituatur, eam Pars proptereà amiſiſſe cenſeri debeat. * *conf.* Zie- 9
ritz. *c. 1. §. 114. ſeq. de Deſertione litis*, ubi in deſertione *accuſationem* Adverſarii & *pronunciationem* judicis declaratoriam requirit: & ſimul latè exponit, quomodo vulnerata per lapſum termini cauſa *reſtituenda* ſit?

§. V. Ex quibus * apparere poteſt, 1
quòd Authorem Præjudicior. Cam. *fol. 35.* Græveum *in Concl. cxxxix. ad Gail. Conſid. 1. n. 3. aliosque plurimos*, inter quos Panormitan. & Decius *in c. ceſſante. col. 5. d. Ap-*

pell. item in cap. 6. not. 5. ſub n. 15. & ſeqq. de Conſtit. ubi à Statuto intrà annum provocari poſſe docet: *& in c. 29. illat. 3. n. 30. & 34. x. d. Appell.* tum *&* Franchus *in c. 60. n. 6. & 10. eod.* ex Veteribus deprehenduntur, approbare non liceat, quando à Decreto aliquo ſeu præcepto, citrà cauſæ cognitionem facto, intrà vel extrà judicium, etiam poſt decendium provocari poſſe docent:
3 * Quam ſententiam *in Proceſſum Cameralem* Blumium recepiſſe, (*Tit.* XLIX. §. *17.*) ipſumque *Lancellottum* in eò pariter erràſſe miror, quòd Appellationem ab *Actu* aliquo per judicem facto, quando ille vim ſententiæ non habet, etiam extrà decem
4 dies interponi poſſe opinatus fuerit. * Nam ſi vel maximè de *Extrajudiciali Gravamine propriè dicto* hi tales accipiantur, nulla tamen penitùs ea eſt ratio, quòd extrajudi-
5 cialia in rem judicatam non tranſeant: * Quæ Regulæ mala etiam ἐφαρμογὴ ſeu applicatio, *apud* Rebuffum extat, *in Tract. d. Appell. Præfat. n. 69 & 70.* ſiquidem quòd illud ne quidem de quâlibet *Nullitate* procedat, *ex* §. 117. R. A. *de anno 1654.* conſtat, &
6 jam antè conſtitit. * Utcunque de Nullitatibus tantùm judicialibus ibi diſponatur:
7 * Imò ſi Nullitas in extrajudiciali gravamine

mine exinde penderet, quòd nullâ rei ſuſceptâ cognitione proceſſum fuerit, veluti quidem ſuô modô non ulla major Nullitas eſt, quàm contrà non citatum inauditum ferre ſententias. Cothmannus *vol.IV.Reſp. xxxIII. n. 69.* Ita verò *quandocunque* appellari poſſet, eaque Papæ definitio, quando ei gravamini decendium præſtituit, in nullô caſu effectum ſortiretur. * Et tamen ſi 8
judex allato à parte Libello ſtatim ſubſcripſerit; *l. 5. C. Commin. Epiſt. programm.* ſi Epiſtolâ ad alterius debitorem perſcriptâ ſolvere eum juſſerit: *l. 2. C. eod.* ſi ſententia ſuper alio quàm petitum eſt, lata fuerit *l. ut fundus ff. Comm. divid. l. 2. C. de fideicommiſſar. libert.* Zanger. *P. 3. d. Except. c. XXVI. n. 67. ſeq.* & quæ ſimilia ſunt, licèt nullum ejuſmodi præceptorum in rem judicatam tranſeat, tamen quòd abinde appellari queat, ſuperiùs evictum eſt. * Igitur quo- 9
ad ſuperiorem judicem ipſumque beneficium Appellationis, ejuſmodi gravamina omninò in rem judicatam tranſibunt; quamvis non ita in rem judicatam vergant, ut non aliis quàm Appellationum remediis adverſus ea conſultum nobis eſſe debeat. * Indeque ubi vel *Nullitas inſanabilis* 10
admiſſa fuerit, tamen quoad hoc, quòd Ap-

pel-

pellatio poſt decendium inſtituti non poſ-
ſit, Decretum vel ſententia judicis in rem
11 judicatam invaleſcet: * ſaltim ut non exclu-
dantur propterea alia remedia, & vel ipſum
Nullitatis, queîs Nullitas reparari etiam
per hoc intrà triginta annos queat. Gyl-
mannus *Tom.* I. *Symphor. Part.* I. *pag.* 412.
12 * Atque vix eſt, ut parti tantam fidem ha-
beamus, ſi ſolùm iniquitatem judicis argue-
re velit, quàm ſi de Nullitate ipsâ, de læſio-
ne, colluſione, ſordibus judicum, & quæ
ſunt ſimilia, conqueratur: indeque eam
priori caſu arctiori tempori includimus.
1 §. VI. Quòd ſi * deinde illam Docto-
rum ſententiam, quòd Decreta Extraju-
dicialia in rem judicatam non tranſeant,
de eô *Gravamine* accipere velis, quod *in i-
pſa telâ judiciariâ* per hoc infertur, quòd
judex quid citrà cauſæ cognitionem, (a-
deoque non minùs extrajudicialiter) defi-
niat. Tum quidem eò quòd ſemel judi-
cium cœptum fuerit, Nullitas extantior eſt.
2 * Et nihilominus tamen, ſi per Remedium
Appellationis gravamen ejuſmodi repa-
randum ſit, diverſum quid ab eo, quod in
Gravamine Extrajudiciali ſimpliciter tali
aſſeruimus, enunciare non licèt: cùm u-
trobique verum ſit, & vel cumprimis in
hoc

hoc poſteriori gravamine, quod durante Proceſſu illatum eſt, quòd pro judice præſumatur, Weſenbec. *conſ. CCCVIII. n. 13.*) indeque etiam à ſententiis *nullis*, ſeu quæ in rem judicatam non tranſeunt, poſt decendium Appellationi locus non ſit: Marant. *Tit. d. ſentent. n. 155. & d. Appellat. n. 155.* Benintendis *Dec. XCVII. &* Brederod. *Part. I. d. Appell. col. 522. in fin. & 523. pr.* *(Non obſtante præjudiciô *ap.* Roding. *Lib. 1. Tit. 8. §. 10. lit. f. p. 96.* ad quod variè reſponderi, illudque evitari poteſt.) * Unde ſi re- 4
medium Appellationis quis intentâſſet, ne ſufficeret quidem, ſi deinde *Nullitatem ad conſervandum Appellationis beneficium* probare præſumeret; verùm ad hoc, ut *formalia Appellationis* juſtificaret, adſtringendus foret: cùm etiam à Decretô nullô appellans, fatalia Appellationis obſervata eſſe probare debeat: ne agendi modus confundatur. * Salva tamen interim ma- 5
net *Nullitas Inſanabilis*, requiſita *ex d. §. 117. R. A. 1654.* habens, veluti incompetentiæ, (Gail. *1. Obſ. 8.*) ut principaliter proponi poſſit. *c. concertationi. d. appell. in 6.* ideoque à Decreto tali innovata, ſi non per modum Appellationis, tamen per *Querelam* revocari poterunt. * Quid au- 6
tem

tem, quòd *in Tom. V. Symphor. 52. fol. 276.* etiam ad Querelam Proceſſus denegati fuêre? Malè intellectus eſt locus, ſiquidem non ibi Querela intentata, ſed Mandatum pœnale ſeu præceptum Executivum petitum eſt; quin imò ſi vel maximè Querela inſtituta fuiſſet: nonne ſummariè ſaltem, antequam illa admitteretur, & Proceſsûs concederentur, de causâ cognoſci poterat & debebat?

1 §. VII. Cæterùm *Appellationis illud *Decendium* non antè, quàm gravamen exiſtat, *numerandum* eſt. Quid enim ſi Mandatô ſinè cl. gravatus, per ſub & obreptionis Exceptionem ſibi ſuccurri poſſe putârit; & objectam tamen eam judex rejece-
2 rit: * Sanè cùm ab eâ *rejectione* ubicunque judicium appellabile eſt, provocari poſſit, ſatis maturè appellationem inſtituet, ab eô inſtanti computatô decendiô, quô judex non attentatâ, vel rejectâ Exce-
3 ptione, ad ulteriora proceſſerit. * Videlicet Mandato ejusmodi non antè gravatus eſt, quàm iſtud vim ſuam ſortiri videatur.
4 * Ulteriùs, ne quidem *à die gravaminis, c. 8. d. Appellat.* uti Gailius *1. Obſ. CXX. n. 3.* ipſum *cap.* citans tradit; ſed cùm ab initio tempus utile ſit, à die *ſcientiæ* tempus interpo-

terponendæ currit: ut tamen non de publicatione tantùm, ſed & de *tenore* ſententiæ conſtet Friderus Mind. *1. de Proceſſ. c. XII. n. 2.* * De nominatione verò ad munus publicum obſervandum eſt, quòd non tam à nominatione ipsâ, prout accipiunt Luc. de Penna *in l. 2. C. d. Decur.* quàm *ab intimatione muneris*, quæ convocatis legitimè in Curiam Decurionibus electo fit, apppellari debeat. *v. cl. Cauſam. d. Election.* 5
* Et de Appellatione *ab Electione*, Poſtulatione, Proviſione &c. commentatur Lancellottus *Part. II. d. Attent. c. XII. Limit. L. pr. fall. 3. n. 137.* quòd à ſcientiâ Actûs ejusmodi, decendium connumerandum ſit: isque ejus eſt à *Mynſingero* diſſenſus, quem ſuprà *Bocerus* aliter capiebat: ita ut utrôque ſc. decem dies præfiniente, ratione initii diſcreparent. 6 * Quòd ſi tamen quis *ad videndum* actum *audiendumve* Decretum *vocatus* fuerit: Tum verò decendium non à die ſcientiæ, cùm antè protinus, dum gravaretur, ſcire gravamen potuiſſet; verùm à die gravaminis illati, veluti emanati Decreti, currit. *Conf.* Capyc. *Deciſ. CXX. XIX.* 7 * Nec minùs à Gravamine etiam in *medio judicio* extrajudicialiter illatô decendium incipit, ſi gravatus ap. Acta *Procuratorem* 8

torem habuerit: (cujus Procuratela etiamnum duret, ut morte vel aliter mandatum finitum non ſit:) niſi quòd ſi Procurator ſolvendo non fuerit, reſtitutus principalis, etiam poſt decendium, adhuc rectè provo-
9 cet: Cancerius II. *Reſol. c. XIV. n. 21. ſeqq.** Quod cùm benignius ſit, plerisque Judi-
10 ciis receptum eſt. * Licèt de cætero, non *Jure* tantùm *Civili* reſtitutio illa comparata non ſit. *v. Magnif. Dn.* Struvium, *ad Tit. d. Procur. th. 35.* Sed etiam in quibusd. *Judiciis* illa non detur: uti inter alia de *Rota Romanâ*, (in quâ tamen ſæpiſſimè de *Beneficialibus* agitur, in quibus nemo ſolvendo eſt,) *Creſcentius* tradit *Dec. VII d. Appellat.*
11 * Nonnullibi verò, etiamſi Procurator apud Acta fuerit, adhuc nonniſi à die ſcientiæ fatale currit, ut interim Principalis ipsô jure tutus ſit, & tantùm Procuratorum negligentia puniatur. *v.* Mevium *V. Deciſ.*
12 *CCVII.* * Quòd ſi Procurator ap. Acta non extiterit, prout quidem in Extrajudiciali propriè dicto gravamine nullum eſt judicium: ita verò ignorantia læſi in dubiô præſumitur, ſicque ab Adverſario contrarium oſtendendum eſſe, Klockius habet *in Relation. CLXX. n. 5.* Quod tamen nec ipſum indiſtinctè aſſeri poſſe *apud* d. Mevium

vium rectè deciſum eſt: *eâd. Part. V. Deciſ. CLXVIII.*

§. VIII. Quandoque * etiam *perpetuum* 1
eſt Gravamen aut *Succeſſivum*, cujus cauſa unô actu & inſtanti non abſolvitur, velūti ſi de aliquo *incarcerando* mandaretur: * 2
Quod multis etiam caſibus *in causâ civili* contingere poteſt. Nam ita vel *Nobilis* ob contumaciam & dolum carceratur, ſi promiſerit v. gr. pro contractûs obſervatione ſe fidejuſſorem daturum eſſe, & non dederit, ut ad promiſſum per carcerem adigatur. *v.* Salgad. *P. IV. d. Protect. Reg. c. 5. n. 41. ſeqq.* ubi *n. 50.* Depoſitarium ſpecie vel quantitatis, (& quidem *ſpeciei*, licèt Mulier ſit, ap. quem depoſita eſt,) ſi quando ad reſtituendum condemnatus non pareat, incarcerari poſſe tradit. * Utut etiam Mu- 3
lier in caſu quantitatis depoſitæ communi jure carceri rectè committatur: *jx.* Cancerium *Lib.* III. *Reſol. c. 8. n. 97. ſeqq.* Idemque in eâ quoad debitum tutelare aſſerat Gail.
II. *Obſ. 90. n. 3.* * Sic & ſi quis bona ſua ju- 4
ſtam ob cauſam manifeſtare juſſus, aliqua occultaverit, ad plenam manifeſtationem carcere non immeritò adigitur: Gutierez *c. XVI. n. 14. d. Juram. confirm.* * Nam hi- 5
ſce caſibus, ut & illis, in quibus Gailius *in I.*

Obſ. 26. ob cauſam *civilem* carceri Debitorem committi poſſe docet, aliquid de-
6 licti & malitiæ ſubeſt. * Aliàs ſi quis ſe carcerandum non eſſe autumet, ſibique per Appellationem proſpicere cupiat, ille, cùm in perpetuo ſit periculo, ne apprehendetur, quotidiè, etiam poſt decendium, appellare poterit. *c. 47. x. b.* Lancellott.
7 *d. l. n. 149.* * Idemque longè rectiùs aſſeritur in eo, qui abreptus per violentiam carceri jam commiſſus eſt. Carpzov. *l. For. 19. 15.*
8 * (Quomodo autem in caſu *Carceris* Mandata cum & ſinè cl. decernantur? *vid. ap.* Dav. Mevium *P. 1. Deciſ. 1. & 2.* Et an incarceratus appellans ad judicem ad quem remitti debeat? Petrus Cornel. Brederodius *in P. 1. d. Appellat. Tit. XIII. col. 77. item*
9 *Tit. XX. col. 299.* reſolvit.) * Sunt etiam plura perpetui Gravaminis exempla alia, veluti ſi quis *miſſus* fuerit in bona gravati; Marant. *P. VI. n. 210.* aut decreta etiam miſſio fuerit extrajudicialiter: (quamvis in Decreto quoq; judiciali idem aſſerendum foret: cùm quidem non ſequatur, hoc gravamen eſt judiciale, E. non eſt perpetu-
10 um.) * Item ſi quis ad locum non tutum citetur. *d. c. 47.* Si Princeps Publicô Edictô Nobilibus venatione interdicat. Auth. Præju-

Præjudic. Camer. *fol. 34.* Si quis Interdictò aliâve ſimili pœna Eccleſiaſticâ feriatur. * 11
Quæ tamen omnia tunc pro perpetuis non habentur, ſi quando non tam factum ipſum vel gravamen injungit judex, quàm *juſtè injunctum eſſe*, vel injungi *debere*, decernit: puta ſi per ſententiam quem relegaret, ad carceres condemnaret, &c. * 12
Hoc enim modò, tanquam ab inſtantaneô gravamine, quodque contra jus Partis vergit, à die ſcientiæ & facultatis protinùs intra decendium provocandum foret. *l. cùm prolatis. ff. d. Judic. c. 7. porrò. d. ſentent. ex-comm. in 6. junct. d. c. 47. &* Gail. *1. Obſ. CXXXIX. n. 14. item* Lancell. *d. n. 149. & ſeqq.* Ut proinde Quintil. Mandoſius *Qu.* VIII. *n. 4. d. Monitor.* malè contrarium, & quòd quis à decretâ capturâ quandocunq; poſt decendium appellare poſſit, aſſeruerit. * Non etiam pro gravamine ſucceſſivo 13
habendum eſt, quando cauſa, cur loco pœnæ in carcerem aliquis conjici debeat, in ſenténtentiâ exprimeretur: ideoq; & tum, quia pro judice in caſibus, ubi per carcerem delictum coërceri ſolet, præſumi quoque poteſt, intrà decendium appellari vult Bachovius *vol. II. ad Treutl. Diſp.* XXXIII. *th. 8. lit. d.*

1 §. IX. Quod * de Gravamine ſucceſſivo diximus, idem ferè de gravamine *Imminente* obſervabitur. Nam & *minæ* perpe-
2 tuitatem quandam continent. * Utcunque in illis diligentia gravati non nimiùm protrahenda ſit: v. c. non tantùm à Decreto
3 Torturæ, Guid. Papæ *Dec. LXXIV.* (* ùt inter alia, ſi *confeſſus*, niſi hoc ad detegendum ſocios in *atrociori* crimine fiat, Anton. Fab. *Lib. IX. Cod. Tit. XXI. def. 15. & 16.* torqueri
4 velit. * Nam *Art. XVI. Ord. Crim.* de deprehenſis in crimine, qui pro plenè convictis non habentur, intelligendus eſt. *v. art.* IX. XXII. LXVII. LXIX. Rauchbar, *P.* II. *Qu. 8. n. 14. &* Carpzov. *P. 3. Crim. qu. 116. n. 39. ſeqq.*) verùm etiam à ſolâ ejus comminatione appellatur. Jul. Clar. *Pr. Crim. Qu.*
5 *LXII. n. 30.* * Sed ſi poſtquam applicata ſunt tormenta, appellare quis vellet, ita v. admittendus non eſſet. Joh. Paponius
6 *XXIV. Arreſt. Tit. IX. arr. XIII.* * Ut adeò tempeſtivè judex Decretum publicare debeat, ſi nullitatem evitare velit, ſicque
7 reo tempus reſpirandi concedere: * quippe, quòd *Cunctator eſſe debeat, qui de Salute judicat:* Caſſiodor. *Lib.* VII. *Epiſt.* I. Et in univerſum tam in concipiendis, quàm effectui dandis ſententiis criminalibus, properandum

randum non ſit: uti Dn. Geierus *ad c. VI. in Propbet. Daniel. v. 14. p. 476. & ad c.* II. *verſ. 15. p. 136.* admonet. * Interim ea perterriti 8
cautela, quòdque vigilare debeat, in judicialibus vel maximè obtinet. Nam illa non ita facilè, ut extrajudicialia, perpetuitatem recipiunt. * Similiter quod à 9
Comminatione ultrà decendium provocare licere diximus, non de eâ accipiendum eſt, quam in rem judicatam non tranſire *ex t. t. C. Comminat. epiſt. & progr.* conſtat. * Quòd enim, niſi quis alia remedia 10
adhibere velit, abinde non minùs intrà decendium provocandum ſit, ſuperiùs contrà Gylmannum, Til. de Benignis; *aliosque* quibus & Socinus, Regularum ille Rhapſodes jungi debet, *Regul.* CCCXCVII. aſſertum fuit. * Sed ut minationem vulga- 11
riter accipiamus, quâcunque illud ſit, ut quis gravamen metuere neceſſe habeat. Videlicet hîc etiam *Proteſtatio ſufficit*, cum nec ſi radicatum ſit gravamen, provocatio in futurum admittatur: * Ut tum 12
demum, ſi per quodcunque factum rejiciatur Proteſtatio, jam quia in nudâ Comminatione ſubſtitutum non eſt, appellari debeat. * Ita etiam in judicio v. c. cum quis 13
Citationi ad videndum publicari atteſta-

tiones, proteſtationem oppoſuiſſet, utcun-
que Decretum illud Publicationis rei judi-
catæ vires adipiſceretur, tamen Appella-
tio poſt decendium quoque perinde, ac ſi
incontinenti provocatum fuiſſet, admiſ-
14 ſa eſt. Weſenbec. *Conſ. XLIII. n. 155.* * Niſi
etiam hoc caſu proteſtationem, Decretis
Publicationum opponi ſolitam, loco Ap-
pellationis fuiſſe, vel jus proteſtantis ab eo
inſtanti conſervâſſe, dixeris: *v.* Ruland. *P.*
I. d. Commiſſ. Lib. VI. c. 1. n. 8. ut Decretum
illud non futurum gravamen, ſed præſens
intuliſſe putaretur: adeoque gravaminis
futuri indoles ex ſuprà commemoratis ac-
curatiùs petenda ſit.

1 §. X. Hinc * ſera quandoque *poſt Exe-*
cutionem ſubſecutam eſt Appellatio, quam-
vis *Proteſtatio* de Appellando præceſſerit.
Anton. Faber. *Lib. VII. Cod. Sab. Tit. XXVI.*
2 *def. 14.* * Et quemadmodum non omne
Gravamen, quod futurum eſſe videtur, tale
eſt: ſic etiam, ubi reverà tale non eſt, Pro-
teſtatio Appellationem integram per ſe
3 conſervare non poteſt. * Ita futurum v. c.
non eſt gravamen, ſi *ſententia ſub conditio-*
ne dicta eſſet, quod quando fieri poſſit, eſt
ap. Barboſ. *Lib. XVII. Axiom. c. XIX. n. 29.*
conf. Gail. *II. d. Pac. Publ. c. 4. n. 4. ſeqq.* Carp.
I. For.

l. For. 26. 9. & 10. item l. 28. 4.) * Nam ſi 4
gravamen aliquando extiterit, conditio retrotrahitur; *v.* Ant. Fab. *d. l. n. 2. &* Socin. jun. *vol. III. conſ. XLI. n. 6.* præcipuè ſi *el. ex nunc prout ex tunc*, jeʒt als dann und dann als jeʒt/ adjecta fuiſſet. Gail. *II. d. Pac. Publ. Obſ. IV. n. 45. ſeq.* quam ſententiam in ſpecie *eventualem* appellant: (cùm quidem aliàs latiùs ſe porrigat ſententiarum Eventualium appellatio *v.* Gail. 1. *Obſ. 86.*) * 5
Et hinc etiam à Conditionali ſententiâ intrà decendium appellandum eſt. *l. 1. §. biduum. ff. quand. app. ſit. c. 29. cauſ. II. qu. 6.* Mynſinger. *V. Obſ. XCV.* Gail. *Lib. 2. d. Pac. Publ. c. 4. n. 15.* Quanquam ſi *Sententia Excommunicationis* aut Cenſuræ Eccleſiaſticæ contrà aliquem ſub conditione: *ſi hoc vel illud fecerit*, (v. c. teſtamentum mutaverit, quod juramento firmatum eſt,) lata fuerit, etiam poſt decem dies ab eâ appellari poſſit. *c. 2. x. d. Appellat.* Cœpoll. *Cautel. CLXIII.* * Nam in eâ ſpecie non retrotra- 6
hitur gravamen; ſed excommunicatio, cùm mutatio ſuſcepta eſt, quaſi indicitur: indeque ſi non ab ipsâ Cenſurâ; tamen à prohibitione Mutationis ſub Cenſurâ tum rectè non minùs quàm tempeſtivè appellabitur. * Quid ſi in eum eventum quis 7

appellâſſet, *ſi hoc vel illud non impetraret?* Siquidem in poteſtate appellantis fuerit, illud quod conditione continetur, peragere, protinus ante illam impletam currunt fatalia; ſeu pro impletâ habetur conditio, & Appellatio pro deſerta, ex quô ille quò minus non ſequeretur conditio, effecit.
8 *At verò ſi penes judicem, vel ſaltim extrà poteſtatem appellantis, id conſtiterit: tum verò ab exiſtente conditione; vel quàm primum eam exiſtere non poſſe, apparet, lapſus fatalium inchoatur.
9 *Denique non id quod *conſecutivum* eſt, ſed ex quo reliqua gravamina pullulant, inſectari debemus. Ut adeò ſubditi, quando jam indictio iniquæ collectationis, à quâ protinùs provocandum erat, executioni mandatur, tardè nimis ad Appellationem confugiant. *v.* Gylmann. *P. 1. Tit. V. Symphor. p. 411. n. 7.*

1 §. XI. Nonnunquam **pluribus gravaminibus* ſucceſſivè concurrentibus plura decendia indulgenda ſunt. Mandaverit enim quid v. g. judex inferior ſub mulctâ. In eô ſanè præcepto cùm triplex gravamen conſiderari poſſit, Mandati ſimplicis, comminationis de declarando, & ipſius declarationis pœnalis. Ideò accidere po-

poteſt, ut etiam triplici fatali quis inſtruendus ſit. * Quid enim ſi exceptionibus irrelevantibus deprehenſis judex adhuc Mandato parere jubeat, vel comminatio de pœna fiat, aut ipſa in illam declaratio? 2

§. XII. Quæ * verò de Provocatione Extrajudiciali in genere nunc docuimus, eadem ad illam, quæ *à parte*, quamvis gravaturâ, & nec dum gravante, interponitur, porrigenda eſſe arbitramur: * Ita ut eam quidem, quoad *introductionem* & *proſecutionem*, pro Conditionali habeamus: *ſi gravamen inferretur? cl. 3. d. Appell.* Sed illa tamen quoad *interpoſitionem*, ejuſque effectum, ut eò ſc. retrahi poſſit, ante illatum gravamen, ſaltim à Comminatione, intrà decendium inſtitui debeat. * Unde ſi præſens gravamen à parte inferatur, de decendii fatali, ſaltim ut gravamen *ſuſpendi* queat, ambigendum non eſt: eademque in judice, qui ùt Pars gravat, expendenda ſunt. 1 2 3

§. XIII. Eſt itaque * decendium Appellationi interponendæ præſtitutum: præterquam quòd in *Criminalibus*, ſi non ſtatim appelletur, executio, non etiam expectatô decendiô, ſubſequatur: Guido Papæ *qu. LXXIV. n. 2.* & ne quidem ex quô reus 1

ad *torturæ* locum deductus eſt, appellare liceat, etiamſi ad ſpoliationem & ligaturam nondum proceſſum eſſet. Anton. Fa-
2 ber. *ad Tit. d. Quæſtionib. def. VI. n. 4.* * Ut- ut de *innocentia Rei* etiam poſt decendium *docere* permiſſum ſit. Carpzov. *I. For. XX. def. 19. n. 3.*) An verò etiam, ùt in judiciali Appellatione requiritur, intra *triginta dies*, (qui, cùm actus ille petitionis extrajudicialis ſit, continui ſunt, *Apoſtolos* petere conveniat? quæritur. Affirmat illud rectè Francus *ad c. Concertat. verſ. Secundò debent. d. Appell. in VI. n. 3. per cap. I. eod.* & Scaccia *Qu. XIII. d. Appell. art. 2. n. 32.* ubi diſtinguit: ut ſi *judex* gravet, cùm is dare poſſit Apoſtolos, peti neceſſariò debeant: ſi *pars*, cùm judex non adſit, qui eos daturus ſit, petitio non requiratur: quam & doctri-
3 nam Natta ſequitur *in Conſ. DCVI. n. 4.* * Quamvis & ſic tutiùs eſſe *Scaccia* putet, (quò ſc. cavillationi, cujus gratiâ multa ſæpè ſuperflua ſuſcipienda ſunt, obvietur, ut tum quoque ſub eâ conditione Apoſtoli petan-
4 tur, ſi qui dare eos poſſet, adfuiſſet: * Imò in Electionibus factis vel faciendis, (in quibus, ùt & ſimilibus *Actibus* à publicâ Authoritate profectis, licèt ùt à Parte fiant, fatalia magis attendimus,) Apoſtoli etiam, qui

qui conventionales vel *Teſtimoniales* e-
runt, (quales etiam coram Notariis appel-
lantes recipiunt, Carpzov. I. *For. xx. 7.*)
petendi ſunt. * Enimverò Apoſtolorum 5
ſollicitudo, non quidem ob traditionem
Grœnvvegii *ad l. 5. C. de Appell.* (quem de
particulari plerumque Inſtituto & Obſer-
vantiâ loquentem, cum ſummâ Legum
noſtrarum imminutione, pleriſque Mo-
rum ſcientiâ turgentibus advocare ſolen-
ne eſt;) ſed vel propterea nos detinere
adeò non debet, quòd illi in Camerâ non
tantùm, *Ord. Cam. P.*II. *Tit.* XXX. §. und alſo.
& R. A. *d. ann. 1654.* §. Ob er auch ſchon.
& in aliis Tribunalibus, ùt Wiſmarienſi,
(Mevius *P.*I. *Deciſ.*XXXVI. *conf.* *&* Lauter-
bach. *Diſſ. Jur. Civ.* *&* Würtenb. *Part.* I.
Diſſ. LXXVII.) Sed & in inferioribus quo-
que multis, Mynſing. IV. *Obſ.* LXIII. Vultej.
II. *Jurispr. Rom. c. xxxIII.* Bocerus *VI. Claſſ.
Diſp. xxxIV. n. 82.* præterquam Saxonicis,
Carpzov. *Part.* I. *Conſt. xx. def.* VII. *n.3.* non
ampliùs in uſu ſint: vel ùt *Bocerus* tradit,
Acta loco illorum in nonnullis locis Ap-
pellanti exhibeantur. * Ubicunque tamen 6
uſu ejuſmodi contrariô, vel etiam Ordi-
natione peculiari, nondum ceſſant: (quâ
ratione tamen Appellans extrà periculum
deſer-

deſertionis eſt, ſi ei Judex Apoſtolos, dum appellans eos non petiit; aut tamen ad accipiendum illos ſe non præſentavit, nihilominus ſponte dederit: Carpzovius *Tit. XVIII. d. Proceſſ. App. art. 3.* §. *IX. n. 63. ſeqq.* item ſi Appellationi detulerit citrà Apoſtolos, Roman. *Conſ. CCCLI.*)
7 * Ibi, licèt illis non petitis, nihilominus in Cam. recipiatur Appellatio; Khraiſſer. *ad Ord. Bav. Tit. 10. Leg. 15. n. 3. 4.* Tamen ſi aliud quoddam fuerit Judicium ſuperius, in quo Apoſtoli attenduntur, illi ſollicitè petendi ſunt:
8 * adeò ut cum in prima inſtantia unica interpellatio, ad judicem in mora & culpa conſtituendum, ſufficiat; in c. Appellationis plures requirantur, *poſt* Dec. Franc. Bart. Creſcent. *d. cauſ. poſſ. & propr. Dec. 17. n. 7.* ipſumque appellantem, ſi deſertam Appellationem eſſe non cupiat, minimum ſemel redire debere velint: Idem *Dec. 2. Tit. d. Appell. p. 75.* Idemque de eo, qui ad diem determinatum eos non acceptat, doceant. *v.* Mynſ. 3. *Obſ. 22. &* Carpz.
9 I. *Conſt. XX. def. 8.* * Cæterum licèt judex qui *refutatorios* Apoſtolos decernit, (quod fieri ſolet, ubi Appellationi de natura cauſæ, judicii, aut Decreti locus eſſe non poteſt: quas quidem cauſas judex à quo exprime-

re

re debet. *l. ſciendum. ff. d. Appell. c. 1.* §. *in quibus. d. Appell. in VI.* Bartol. *in l. Chirographis.* §. *ab eo. ff. d. Admin. tut.*) ulterius procedere non poſſit, ſi à judiciali, eòque definitivô gravamine, appellatum fuerit. Carpzov. *P.* III. *Deciſ.* CCXLI. *n.* 4 *ſeqq.* (non attentô, quòd per Refutatorios ejusmodi Apoſtolos judex à quo jurisdictione ſuâ ſe non abdicet. Veſtr. *Pract. Lib. VII. c. 4. n. 32.*) Sed ſuperior adhuc expenſis rationibus appellationem recipere, Scacc. *d. Appell. qu. XI n. 17. in fin.* Carpz. *d. Conſt. XX. def. 6.* quinimò judici à quo inhibere & caſſare attentata queat. Mynſing. *3. Obſ. LV.* * Ni- 19
hilominùs in Appellatione Extrajudiciali ſecùs ſe habet; adeoque, uti judex à quo eidem non ſemper deferre tenetur, ita etiam progredi poteſt regulariter, quamdiu à judice ad quem ei legitimè, hoc eſt cum cauſæ cognitione, facta non fuerit inhibitio. *c. cum Appellationibus. & c. non ſolùm. eod. in VI.*

§. XIV. Quemadmodum * verò à *Decreto* jùdicis à quo: *non eſſe Appellationi* 1
ab interlocutoriâ inſtitutæ deferendum, (cùm quidem illud vim ſententiæ definitivæ habeat. Triviſan. I. *Dec.* IV. *n.* 17.) appellari non tantùm poteſt, & quidem etiam poſt

decen-

decendium, gravaminis illati, velut de Apoſtolis Refutatoriis idem docet Ruginel-
2 lus §. *II. d. Appell. c. 2. Ampl. XII. n. 118.* * Sed etiam appellari ab ejusmodi Decreto debet; niſi Appellationem anteriorem pro deſertâ haberi velimus: Mynſing. *Cent.* II. *Obſ. XLIX.* Carpzov. III. *Reſponſ. 3.* An ita quoque, ſi judex appellantem à Gravamine Extrajudiciali *rejiciat*, ab illâ rejectione vel non admiſſione appellandum ſit, ut deſertio evitetur? de eô non immeritò quæ-
3 ritur: * Quamvis autem, ut hoc quoque fiat, tutiùs ſit; tamen vel ideò ut illud fiat; neceſſarium non eſt, quia Gravamina ejusmodi poſt ſe ſententiam definitivam non expectant; aut quis non tam facilè Decreto actuique Extrajudiciali acquieviſſe cenſeri poteſt: cùm & aliàs quoque Definitivis ſententiis ea gravamina æquiparari ſo-
4 leant. * Quid ſi tamen judex Appellationi detulerit, non niſi *in quantum de re?* Sic quidem executionem ſuſpendendam eſſe vult Contardus *Limitat. XIII. n. 24.* cùm ſimpliciter, eò quòd jus certum ſit & eſſe debeat, judex appellationi detuliſſe cen-
5 ſeatur. * Denique uti *Refutatorii* Apoſtoli, qui cauſam refutationis expreſſam non habent, & quidem talem, quæ ad vim jurisdictio-

dictionis inferioris ſuſpendendam, non etiam quæ ad partium jura pertineat, (*vid.* Contard. *ad l. un. ſi de moment. poſſ. qu. 1. n. 61.)* cùm contrà ſtylum ſint, non attenduntur: * Ita *reſtitutorios* Apoſtolos ſi 6
quando judex impertit, res in vado eſt: cùm per eos gravamen à ſe Parti illatum revocet. *cap. cùm ceſſante. & c. ex parte. x. d. Appellat.*

§. XV. Atque hactenùs * interpoſita 1
eſt Appellatio, ad quam interpoſitionem ea etiam retulimus, quæ apud inferiorem Judicem Parti curanda ſunt, utcunque aliàs Fatale interponendæ *in ſpecie* ſolùm decendii ſit. Videlicet quoad requiſitionem *Apoſtolorum*, item *Actorum*, ſuô modô etiam ulteriùs illud porrigitur: * eòque 2
præjudicium ſequens pertinet, *in c.* Dech. und Cap. des Thum St. zu *P. contr. Dd. & Jur. Fac.* zu N. *Appellaten. 19. Dec. 1657. ibi:* deßgleichen ob ſeine Principaln vor Verflieſſung 30. Tagen/ vom Tag gefäller Urtheil anzurechnen / die Acta priora vom Unterrichter gebürend requirirt; auch ſich innerhalb ſolcher Zeit der 30. Tage/ alles dem Heßiſchen Privilegio gemäß / oder wann ſonſten / zu ableg- und præſtirung der Solennien gebürend offerirt / und welcher

geſtalt

geſtalt ſelbige nicht darzu gelaſſen werden wollen / oder warumb ſie ſolches unterlaſſen / glaubliche Anzeig zu thun / ꝛc. Zeit ꝛc.
3 von A. W. angeſetzt. * Atque de *Juramento*, ad quòd non minùs ille, qui *adhæſurus* eſt Appellationi, etiam *Appellatus*, tenetur, *arg.* §. *67.* R. A. *d. anno 1654.* hoc admonendum eſt, quòd licèt illud in privilegio quodam requiratur, nihilominus tamen id *neceſſarium* non ſit, ùt nec quodlibet juramentum calumniæ aliud, niſi Pars iſtud exegerit. Roding. *Lib.* I. *Tit.* XXVI. §.
4 *19. Lit. e.* * Et quòd ſi ejus præſtandi *tempus* in Privilegio præfinitum non ſit, liberum Parti maneat, an illud in ipsâ Appellatione, vel ante, aut poſt illam interpoſitam, modò antequam Proceſſus in Cam. impetrentur, præſtare velit. R. A. *d. anno 1654.* §. *114.* Idque hodiè ubi locô juramenti Cameralis juramentum in Privilegio requiſitum obtinere poteſt, ubique admitti debeat. *v. plura* de juram. Appell. *apud* Roding. *d. Tit.* XXVI. *p. 380. usque ad p. 393.* & *Lib. 3. Tit. XXX. p. 836. ſeqq.*

1 §. XVI. Ad *proſecutionem* * Appellationis majori circumſpectione deveniendum eſt, cùm quidem Appellatio, pariter ùt querela Nullitatis, frivolè interpoſita, niſi quis eas proſe-

proſequatur, regulariter puniri non ſoleant; Carpzov. *Deciſ. L.* * Tantùm quòd ſi per *moras* ejus damna Parti illata ſint, ut executio citiùs fieri non potuerit, hæc illi reſarciri debeant. Sed *proſecutionis Temeritas* pœnâ etiam arbitraria coërceri poteſt. * Enimverò tempus *introducendæ* Appellationis in Provocatione Extrajudiciali non minùs obſervandum eſt, ut ſi illud negligatur, pro deſertâ haberi debeat Appellatio. *cl. ſicut. 3. d. Appellat.* Franch. *in c. bonæ memoriæ. n. 24. & in c. cùm ſit Romana. n. 1. & 6.* Gail. I. *Obſ.* CXX. *n. 2. & O. 141. n. 1.* Mynſing. III. *Obſ. XI. & noviter* Zieritz. *in Diſſ. d. Deſert. Lit. c.* II. §. *16. ſeqq. ubi in §. 22. in f. eadem, quæ in judiciali obtinent fatalia, etiam in extrajudiciali Appellatione ſtrictè obſervanda eſſe tradit.*) Idque in omni ejus ſpecie, veluti in eâ quoque, quæ à parte ſuſcipitur, obtinet: dummodò *à gravamine illato* fuerit: abinde enim effectus Appellationis deducitur, indeque ſi *à futuro* provocatum ſit, fatale, niſi à die gravaminis exiſtentis, currere non incipit. Anton. d. Butr. *c. 8. qu. 2. d. Appellat. n. 4.* * Videlicet *conditionalis* eſt ea Appellatio, quæque ex præſenti, præter nudum metum, nullam adhuc dum habet radicem, ad

2
3
4

quam retroduci poſſit: ut adeò non eveniente gravamine *reſolvatur*, & ne *appellatus* quidem eam proſequi valeat. Puteus *Lib. 3. Deciſ. CCCXIII.*

1 §. XVII. Erat autem * Civili Jure tempus introducendæ Appellationis, quod etiam appellato non minùs currit, (Rugi-nell. §. *X. d. Appellat. gl. 2.*) non tam Legis,
2 quàm *hominis:* (* præterquam in ea, quæ ad munus publicum amoliendum inſtituitur, ubi duo menſes à die decimo conceſſi ſunt: *l. 1. C. d. tempor. & reparat. Appell. t. t. C. ſi tut. Cur. vel Magiſtr.* Donell. *Lib.* XXVIII, *c.* VIII. *Lit. Q* computatis, ſi Menochium ſequamur, II. *Arb. Qu. c.L. n. 8. ſeqq.*
3 in menſem 31. diebus:) * Ita ut *judex* ſemeſtre vel trimeſtre etiam tempus, imò vel menſtruum, conſtituere ſoleret; Adeoque Jus *Canonicum*, quod ſæpiùs Legem *Juſtiniano*, ùt ignem Jovi Prometheus, ad turbas orbi movendas, ſurripit, ex pravo intellectu Juris Civilis, (quô annus integer ad *juſtificandam* Appellationem præſtitutus eſt: (*l. fin. §. illud etiam. C. & Auth. Ei qui. C. d. tempor. Appell.* Strauch. *Diſp. XXVII. th. 9. &* Fachin. *l. contr. LXXIX.*) inque eo 30. dies, intrà quos Apoſtoli petendi ſunt, & ſimul tempus introducendæ, continetur,

l. 2.

l. 2. & 3. C. d. Appell. Hilliger. *Lib. XXVIII. D. E. c.* VIII. *lit. G. ſeq.*) proſequendi illud tempus pro tempore introductionis accepit, indeque annum, & ex gravi etiam cauſâ biennium, quô introduci poſſet Appellatio, præfinivit. *c. 5. & 57. x. d. Appellat. can. is qui. 2. qu. 6.* Rennemann. *IV. Juriſpr. Rom. Germ. Diſp. XLVIII.* §. 37. *ſeqq.* * Et tamen hâc quoque ratione *arbitrio Judicis* multum Canones reliquerunt. *d. c. c.* In tantum, ut etiamnum ſi judex alicui terminum ad introducendam Appellationem ſtatuat, veluti *per abreptionem itineris*, isque intrà terminum iſtum, vel ultimam diem, iter ingreſſus non fuerit, Appellatio deſerta habeatur. Roman. *conſ. CLV.* * Secùs ſi terminum Parti præſtituiſſet, intrà quem introductionem ſibi indicare deberet. Neque enim ſi tum non *intimetur*, Appellatio deſerta eſt; utcunque judex intereà liberè poſſit exequi, & ita executio non antè, quàm ſi appellans aliquando obtineat, revocetur. Romanus *conſ. XCIV.* * Ita quamvis *Ord. Cam. in P. 2. Tit. 30. pr.* ſex menſes, (præterquam in cauſis ſpolii: *O. Cam. d. P. T. 8.* §. 9. *& 10.*) præſtituat; tamen ut judex à quo, etiam in eo caſu, ubi coram Notario & Teſtibus appellatum eſt,

Margin: 4 (beside "Rom. Germ. … Et ta-"), 5 (beside "deſerta habeatur … Se-"), 6 (beside "Ita quamvis …")

brevius præſcribere poſſit; Græven *1. Concl. CXI.* non ut extendere idem queat, ipſa quoque concedit: *conf.* R. A. *1654.* §. So
7 dann ſoll. * Per quem nova Semeſtris, & hæc quidem acceſſit partitio: ut fatale inſinuandæ, etiam quoad inſinuationem Appellatio faciendam, ſint 4. menſes, à die Appellationis interpoſitæ, introductionis autem menſes ſex: incluſis illis quatuor, (ab *Auſtregis* ſi appellatum fuerit tribus menſibus:) & hoc, quoad Nullitates quoque ſanabiles, ſub præjudicio deſertionis. *conf. omninò* §. *2. Reſolut. Camer. Spir. d. die*
8 *28. Jun. 1657.* * Ubi quidem finis fatalis inſinuandæ continuus; ſed finis introducendæ utilis eſt: *C.* Camm. Ger. Ordn. *P. 3. Tit. 34.* §. *XI.* & *Tit. XII.* §. *6.* cùm introductio actus judicialis ſit; non etiam inſinuatio: vide in genere de *Feriis* in tempus Fatalium incidentibus Græven *Concl. CXLI.*
9 * Uti verò *Prorogatio* fatalium à Judice Cameræ ex juſtis cauſis quandoque ad duos vel tres menſes concedi ſolet: Ita ſi fatalia obſervare quis impeditus ſit, ipſumque hoc impedimentum & quòd ſe ipſum non arctaverit, aut cùr prorogationem non petierit,
10 oſtendat, *reſtituitur* G. B. *d. ann. 1657.* * Quòd ſi verò protrahatur judicium ſuperius,

rius, ut appellans ad illud tranſire non poſſit, nec etiam ad Regimen Principis procedere, ut inibi fatalium prorogationem impetret: Ita verò etiam *Proteſtatione* extrajudiciali ſibi cavere, & jus ſuum integrum conſervare poteſt. *v.* Gail, *1. Obſ. 141.* Scacc. *d. Appell. Qu. XII. n. 168.* & Richter. *3. Dec. 134. n. 22.* * In *Electoratu Saxon.* tempus introduc. eſt menſtruum: In der Lands- und Policey-Ordnung der HH. Herzogen zu Sachſen Weymar ſemeſtre pro omni fatali introd. & proſequ. ponitur: *c. 16.* §. daß alle *appellanten.* * Sed in ſummô *Pomeraniæ* Judicio, itemque in Ordinatione *Auſtriacâ*, trimeſtre. Swarzenthal. *in Lib. 3. Proceſſ. d. Appellat. c. XII. n. 12.* Alibi intrà ſex ſeptimanas Appellatio introducenda eſt. Sandius *1. Deciſ. Friſ. Tit. XIII. def. 3.* * Idque tempus alicubi *à die interpoſitæ Appellationis* currit, ùt in Camerâ: Beſold. *de Appell. c. IX.* §. 3. Alicubi, ùt in *Electoratu Saxon.* menſis introducendi *à die*, quo dati ſunt *Apoſtoli*, incipit. Carpzovius 3. *Reſp. CXVI. n. 7. ſeq.* In nonnullis locis ab ipſo computatur *gravamine*, & quidem etiam, quando à futuro eſt appellatum, ab ipsô exiſtentis gravaminis inſtanti: (ſicque non à tempore ne quidem Appellationis

11
12
13

interpoſitæ.) *cl. ſicut. d. Appellat.* De *Wür-
tenbergic.* Jure *vid.* Dn. Lauterbach. *Part.1.*
14 *Differ.* LXXIX. * Menſis autem, ubi illum
Lex, ùt h. l. exigit, 30. dies complectitur. *O.
C. P. 2. Tit. 30.* §. Und ſolche. Ita im Conc. der
Neuen Heſſ. H. O. Tit. x. §. 1. Demnach
ſoll ein jeder / der an dieß Fürſtliche Sambt
Hofgericht appellirt / ſeine Appellation
nunmehr innerhalb ſechs Monathen / wel-
ches fatale hinfüro nicht / als etwa auß ſon-
derbaren erheblichen beweißlichen Urſachen
prorogirt werden ſoll / je 30. Tage für ei-
nen Monat gezehlet / von Zeit der außge-
ſprochenen Urtheil / dadurch er ſich be-
ſchwehrt zu ſeyn vermeynt / angerechnet / ſei-
ne gravamina übergeben / und darauf cita-
tion außwürcken / ſothane Citation auch in
Appellations-Sachen innerhalb den nech-
ſten vier Wochen / nachdem das fatale intro-
15 ducendæ verfloſſen / reproduciren. * Ex
quo colligitur, quamvis Rec. Imp. in Foris
quoque inferioribus Jus Commune ſit, §.
137. X. A. d. anno 1654. Illud tamen ea,
quæ, citrà præjudicium Imperii, Statûs in
Territoriis ſuis vel etiamnum definiunt,
non impedire, aut quæ ab antiquo obtinu-
erunt, non protinus tollere. *Non Obſt. l. 3.
§. 5. d. ſep. viol. & l. 2. C. quæſit long. conſv.*

de

de quo alibi. * Ita in aliquibus judiciis eâdem die poſt tres menſes; quâ interpoſita eſt Appellatio, verbi cauſ. *die 22. April.* cùm *die 22. Januar.* appellatum eſſet, introducenda eſt, ùt non adeò momenta conſiderentur. * Quòd ſi Judex terminum breviorem ad proſequendum Appellationem *Procuratori* præfigat, qui ad primam tantùm inſtantiam datus eſt, & appellavit; Tunc Terminus ille Principalem non arctat. * Eſt enim illa præfixio actus ſecundæ inſtantiæ, in quo cùm Procurator Mandatum non habeat, neque etiam appendix primæ inſtantiæ ſit, Appellationis proſecutio: ideo actus ejuſmodi contrà abſentem non citatum invalidùs erit, nec elapſo termino ſententia in rem judicatam invaleſcet. Mohedan. *Dec.* VI. *Tit. de Procurat.* 16 17 18

§. XVIII. Quænam * Fatalia in Regimine ſeu *Dicaſterio Haſſo - Gieſſeno*, attendenda ſint, ex *Ordinat. Cancellariæ* ſub *Tit. de Appell.* planum eſt: Sic enim in §. Demnach damit die fatalia. nullâ facilè relictâ ſpe Reſtitutionis, ſententiam regulariter in rem judicatam tranſire debere conſtituitur. * Es habe dann der appellirende Theil ſeine Appellation nicht allein (1) 1

intrà decendium à die latæ ſententiæ inter-
poniert; ſondern auch (2) in 25. Tagen à
die latæ ſententiæ die Appellation dem Ju-
dici à quo notificiert. (3) zugleich auch die
Gravamina zweimal behändigt und (4) das
Juramentum Appellationis daſelbſt gelei-
2 ſtet. * A quibus 25. diebus eidem adhuc 25.
dies ad introducendum in judicio ſuperiori
Ihr. Hochf. Durchl. oder in dero Abweſen-
heit bey dero geheimen Räthen / conce-
3 duntur. * *Add.* Text. der am 22.ten *Jan.*
1630 publicirten ferneren Declaration über
die Fürſtl. Appellations-Ordnung. *ibi:*
Nachdem Uns anbracht worden / welcher
geſtalt unſer Appellations-Ordnung von
einem und anderm nurent ſchlechthin auff
das Remedium Appellationis gedeutet
und verſtanden werden wolle / gleichſam
als ob denen Partheyen / (wann die Appel-
lation umb deß willen erloſchen / daß die in
gedachter Ordnung vermeldte ſolennia
und andere requiſita nicht gantz genau von
ihnen obſervirt und eingehalten worden /)
nichtsdoweniger noch frey und bevor ſtünde /
andere remedia an hand zu nehmen; daſ-
ſelbe aber unſrer intention gantz zuwieder
iſt ꝛc. Daß der Appellant, er ergreiffe auch
ein Provocations-Mittel was er vor eins
wolle/

wolle / alle ſolennia und requiſita in mehr-erwehnter Appellations-Ordnung ver-faſt / genau und præcisè in acht nehmen oder ohnfehlbar gewertig ſeyn ſolle / daß er ſchlechter Dinge damit zurück und abgewieſ-ſen werde.

§. XIX. Enimverò * cùm in arbitrio Magiſtratûs eſſe dixerim, an tempus *coarctare* velit; *v.* Carpzov. I. *Conſt. XX. defin.* IX. dubitari poteſt: an ad *judicem à quo* illud pertineat, ceu colligi videtur *ex d.* §. *R. Imp. item ex l.* 5. *C. d. Appell. c.* 4. & 57. *x. d. Appell. ipsâque Ord. Cam.* idemque Notator *ad Rodingium* aſſerit *Lib.* I. *Pand. Cam. Tit.* XXVIII. *p.* 357. * cùm quidem Brandmyllerus *in Manuduct. ad JusCanon. p.* 38. ſe non videre dicat, quare judicis à quo & non item *judicis ad quem* ſit? ut moderari tempus illud poſſit. * Videlicet etiam judex ad quem fatale Appellationis coarctare poteſt, ſi Carpzovium ſequamur, *P. III. Dec. CCL.* Interim tamen ne confuſio fiat, ſi cum *Carpzovio* indiſtinctè hoc aſſeras, ita casûs diſtingui convenit: * Ut quidem regulariter penes judicem à quo ea præfinitio ſita ſit, maximè cùm per hoc jurisdictionem ſuperioris non turbet; ſed potiùs eandem adjuvet: neque terminum ejuſ-

modi ſtatuere ex jurisdictione judicis, ſed ex Ordinatione juris ipſius, ad lites abbreviandas eam judici facultatem tribuentis, dependeat.
5 tis, dependeat. * Quoties autem judex à quo cùm poſſet, tamen coarctare tempus noluerit, aut trahere Appellationis Remedium cum partis detrimento videatur, (quod in Gravamine Extrajudiciali, è quo contra judicem facilis eſt præſumtio, plerumque contingit:) Tum verò & omnium maximè, quando inferior judex tanquam Pars citanda veniat, judex ad quem tem-
6 pora moderabitur. * Sic enim in judicialibus, ſi quando ab executione provocatum ſit, atque judex dubium Appellationis gravamen aut ægrô fundamentô niti advertat, alſo daß die Beruffung nur allein zu der Sachen Erlängerung eingeworffen / non eſt ambigendum, quin ante fatale introducendæ, partem utramque judex ſuperior ex officio citare poſſit. *v.* Carpzov. *d. l. n. 13. ſeqq.* * Imò & ipſæ partes *citiùs* Appellationem introducere, vel etiam ſi ita placuerit, introductionem protrahere non prohibentur. Hilliger. *d. c. lit.*
7 *n.* * Ubi quidem ſi maturiùs, & nondum lapſis fatalibus, Appellans Appellationem introducat, & in termino Reprodu-

ductionis Appellatus in contumaciam procedat, proclamate executioni dato Appellans præcludi poteſt. *per* §. Demnach dem Appellanten. R. A. *d. anno 1564. junct.* C. G. O. *P. 3. Tit. 44.* Wo der *Appellant.* *& Tit. 42.* §. Erſtlich. * Videlicet *inter-* 9
ponendæ fatalibus renunciare Partes, R. A. 1532. §. nemblich. aut jurisdictionem judicis, quam non habet, prorogare non poſſunt; ſed in fatalibus *introducendæ* ſecus eſt. *Auth. Si tamen. C. Temp. App. & cl. Quamdiu. eod.* Ruginell. §. x. *gl.* II. *n. 59. &* Rodrig. Fermoſ. *d. LL. Eccl. c. V. d. Appell. qu. 3. n. 16. conf.* R. A. 1654. §. So dann ſoll.
* Quippe quæ etiam *Compromiſſo* inter- 10
poſitô, (non item *Tractatu* ſolô, Gailius *l. O. 140. 8. ſeqq.*) prorogâſſe cenſentur. * 11
Quid verò de fatali introducendæ Provocationis ſeu *Appellationis à Parte* Extrajudicialis dicetur? Currit illud à quo contrà Provocationem factum eſt. * Et Hoſtienſis *tamen in ſummâ Tit. d. Appellat.* §. *Qualiter.* docet, quòd etiam ipſa dies Provocationis *quoad Attentata* conſideretur. *per c. 51. x. d. Appell. ibi: in eund. ſtatum.* (*conf.* Anton. d. Butr. *ad d. C. n. 15.*) Quæ quidem non pugnant.

§. XX. *Modus* * introducendi Appel- 1

latio

lationem ex communi Appellationum doctrina petendus eſt; niſi quòd de *Inſtrumentô*, quô ſæpiùs extrà judicium interponitur Appellatio, notandum ſit, quòd illud protinus produci debeat. C. G. O.
2 *P. III. Tit. xxxı.* §.4. * Et tamen ſi à Notario, velut abſente, haberi non poſſit, tum verò ſuperiori intrà fatalia, quòd appellatum ſit, indicari ſufficiet: Schvvanemann. *Lib. II. d. Proceſſ. c. V. n. 3.* ut ſi tantum intrà fatale pro introductione fecerit, quantum
3 potuit, illud omnino ſatis eſſe debeat: * Eſt quoque *Originale* Inſtrumenti offerendum, aliàs, utcunque Appellatio per hoc deſerta non ſit, Proceſſûs tamen non decernentur. *v.* Mindanum *d. Proceſſ. extrab.*
4 *Lib. I. c. VII. n. 6.* * Cætera, quæ de *Inſtrumentis* adferuntur, & quandoque *in Camerâ* ſtrictiſſimè obſervari ſolent: ne ſcil. in ullo Religio Ordinationis imminuatur, in reliquis judiciis, ubi peculiariter inducta vel recepta non ſunt, minùs attenduntur:
5 * Imò & ipſum judicium *Imperiale Aulicum*, hoc quoque caſu, & in multis aliis, ùt vel ex unicâ Mandati Procuratorii formulâ videre eſt, *Solennia* Cam. Imper. injuncta non præcisè ſequitur: ſatis ſibi fore putans, ſi ea attendat, quæ ſubſtantiam & neceſſaria requiſita Proceſſûs in Imperii judiciis,

& i-

& ipſâ Imperiali Camerâ uſitata, concernunt: * Quò etiam in der R. K. H. O. admonentur. *T.* III. §. *pen.* ibi: Hingegen wollen wir Sie (die Aſſeſſores) an andere ohn„nöthige Gerichts-Solennia, dadurch dem „Haubtwerck und genugſamen Erkundi„gung der Warheit nichts zu oder abgeht/ „keines wegs verbunden/ ſondern vielmehr „auff den gemeinen Nutzen und Förderung „der heilſamen Juſtiz gewieſen und ver„pflichtt haben. * Et plus ſanè efficaciæ causæ primæ competere oportebat, quàm ſecundæ, cum jurisdictio in Majeſtate Cæſareâ reſideat principaliter ſeu radicaliter, qui longè liberiùs eam ac ſolutiùs jure Majeſtatis exercere poteſt, quàm Camera jure Magiſtratûs. Lampad. *part. 3. c. XVI. d. vid.* Knipſchild. *d. C. I. P. II. c. 33. §. 35. Rep. Rom. Germ. §. 3. 4. & 11.* Eique permiſſioni per *art. XLI.* Capit. Leopold. tamdiu ſtatur, donec præter Ordinationem Aulicam quid diverſum recipi contingat. * Imitantur Cæſaream Majeſt. in Territoriis ſuis *Principes:* eòque pertinet Conc. der N. Heß. Hofger. O. Tit. x. zu dem auch die gerichtliche Proceſſen / ob ſchon nicht alle Solennitäten / ſo von beſchriebenen Rechten erfordert / darinnen gehalten/

6 7 8

gehalten/ doch darum nicht allemal in Rech=ten/ als nichtig/ caſſirt; ſondern vermög der Reichs-Ordnung und faſt aller hoher Gerichten üblichen Practic, (*v.* Ant. Fabr. *d. Sent. Præf. Præt. def.* 1.) eine ſolche Nich=tigkeit/ ſo denen Natürlichen Rechten zuge=gen/ oder dadurch denen Partheyen eine ohnwiederbringliche Beſchwehrung in der Haupt=Sach zugefügt wäre/ und was der=gleichen Urſachen mehr ſeynd/ zu dem End/ daß die Proceſſen alſo caſſirt werden mö=
9 gen/ vorhanden ſeyn ſollen. * Unde vel maximè, ſi Nullitas cum Appellatione incidenter in Superiori judicio propoſita fuerit, à *minutiis* abſtinendum & ad *Merita cauſæ* procedendum eſt.

1 §. XXI. Introducta * Appellatio, ad hoc ut *juſtificetur*, longè productius habet tempus, quàm ut anno vel biennio perfici debeat: Bachovius *ad Weſenbec. n. ff. Quando app. ſit.* ſi fatale finiendæ & ſic juſtificationem totius cauſæ reſpicias: Nam ita *Bacho-*
2 *vius d. l.* accipiendus eſt. * Equidem *Jure Juſtinianeo* tempus illud juſtificandæ non niſi *annuum* & ex juſtâ causâ *biennium* eſt: *Auth. Ei qui. & l. ult.* §. 4. *C. d. Tempor. Appell.* idque non à die introductæ; (Cujacius *ad Nov. 82. c. 6.*) ſed interpoſitæ Appellationis.

tionis. * Quod tempus juſtificandæ, quate- 3
nus non *tota inſtantia* ſeu *totius cauſæ*, ſed
tantùm *Formalium* Appellat. juſtificatio
intelligitur, in *Foro Saxon.* etiamnum ob-
tinet; adeò ut ſi appellationem introdu-
ctam Appellans ibidem intra annum Sa-
xon. non juſtificet, Appellatio pro deſerta
habeatur. Carpzov. I. *Conſt.* XX. *def. 10. &*
11. * Equidem *Fatale Inſtantiarum*, etiam 4
primæ, nunc ceſſat: quod ipſum, ut eò
non quidem *actio*, (nam hæc per Litis con-
teſtationem perpetuatur;) ſed ſolùm in-
ſtantia, à Litis conteſt. currens, *trienniô* per-
imeretur (*l. fin. C. d. præſcript. 30. vel 40.*
ann.) *Juſtinianus* feliciori auſu, quàm even-
tu, in *l. 13. C. d. Judic.* introduxerat. * Ratio- 5
nem cur illud abolitum ſit? rogatus Con-
tardus *in l. un. C. de Moment. poſſeſſ. Opp. 3.*
n. 6. ideò Triennium inſtantiarum *Jure Ca-*
non. abrogatum eſſe reſpondit, quia cùm
eô jure à quolibet gravamine appelletur,
intrà triennium nulla inſtantia facilè finiri
poſſet: * Ità Rebuffus *in Rubr. de frivol. Ap-* 6
pell. verſ. Decimum quendam recenſet ca-
ſum, in quo Procurator in cauſa 60. ſolidos
concernente ſeptuagies & ultrà appella-
verit: *&* Vultejus *vol. 3. Conſ. Marp. XXX. n.*
41. alium, in quô anni ſeptuaginta quinque
præ-

præterierint, usque dum ad reſpondendum
ſeu litis conteſtationem deventum fuerit:
7 * Cujus quidem procraſtinationis cauſam
omnem judici adſcribit Nicol. Vigelius
8 *ad fin. Method. Jur. Civ. fol. 306.* * Et ſa-
nè in fori triturâ verſatus non poterat
non Conſtitutioni Juſtinianeæ vel plures
reſtrictiones circumponere, vel citum ta-
9 men ei prædicere interitum. * Etiamſi de
cætero malè ſtatuatur, quaſi per Jus Ca-
non. & quidem *cap. Venerabilis, x. d. Judic.*
tempus illud inſtantiarum abrogatum ſit:
cùm tamen Textus ille de ſubterfugiis tan-
tùm & dolo adverſarii, ad ſenſum *legis 18.*
§. *4. d. dol.* loquatur *&* Concil. Triden. *Seſſ.*
XXIV. *c. 20.* expreſſè ſtatuat: quòd cauſæ ad
forum Eccleſ. in primâ inſt. delatæ intrà
biennium terminandæ ſint.

1 §. XXII. Intereà * dum nemo non mo-
ræ litium ingemiſcit, fatum illud inſtan-
tiarum nec in *Camerâ:* Mynſing. *2. Obſ.*
XLIII. Imò ne in ullô quidem *judicio infe-
riori* ſervatur. Carpzov. 1. *Conſt.* XX. *def. 10.*
& Zanger. *t. d. Except. c. 1. n. 69.* Meichſner.
Lib. 1. Deciſ. Cam. XVI. n. 2. & Dn. Tabor. *ad*
2 *Barboſam.* XIX. *c.* LXX. *axiom. 3.* * Simili mo-
dô, cùm lis per *Auſtregas* annô finienda
eſſet: C. G. O. *P. 2. Tit. 3. Tit. 4.* §. Dieſelbe

Neun.

Neum. & *Tit. 5. §. 1.* Tamen nec illud Inſtantiæ fatale, præcipuè in cc. magni momenti attenditur. Frider. Mind. *L. 1. c. 19. n. 5. ubi præjudd.* * Eſtq; de cætero conficta, 3
nec unquam in rerum argumentis deprehenſa Gailii I. *Obſ.* CXLI. traditio, quòd ſi in inferiori judicio prædicta fatalia obſervata non ſint, Camera ab illis ad ſe devolvendas Appellationes non admittat, ſed eas tanquam deſertas repudiet, niſi de non labendis fatalibus in judicio inferiori Partes proteſtatæ ſint. * Nam etiamſi *proteſta-* 4
tiones illæ ex *Rennemanni* Obſervatione *Part. IV. Rom. Germ. Jurispr. D. XLVIII. th. 54.* in judiciô *Moguntinô Erff.* ſolennes ſint: & in *Sabaudia*, (licèt in cauſis coram Senatu agitatis, inſtantiarum fatale locum non habeat;) in cauſis tamen apud inferiorem judicem pendentibus, adverſus peremtionem inſtantiæ, Reſcriptum Principis neceſſarium eſſe tradat Anton. Faber *in Cod. Tit. d. Judic. Def. XXVI.* * Tamen vix in ullo 5
German. Judicio, aut *Exterorum* alio, (Gudelin. *IV. d. Jur. Noviſſ. c. XIV. in fin.*) frequentantur: adeoque nec in ſupremis Curiis, ipſisque Inſtantiis Appellationum, attendi debent. * Unde non tantùm Æ- 6
mulum *Gailii Mynſingerum* eam ſenten-

Ss tiam

tiam non immutâſſe mirandum eſt; *VI. Obſ. XII.* Sed etiam quôd de eâ ſubdubitet Jacobus Blumius *Tit. XLIX. n. 35. Proc. Camer.* & jam antè *in P.* III. *Arbor. Civ. c.* VIII. *n. 64.* Gilhauſen, itemque Ummius VII. *Diſp. ad Proc. n. 25.* vel in Conſiſtorio Principis, (contrà quàm Maranta *P. V. d. Judic. n. 15. & 32.*) tempus finiendæ Appellationis, etiam in extrajudicialibus, obtinere do-
7 cuerint: * Utcunque enim de extrajudiciali Appellatione diverſum nos erudire *Contardus* voluerit *in l. un. C. ſi de moment. poſſ. Limitat. XXV. n. 23. per cl. Sicut. d. Appellat.* quaſi in hoc à judiciali differat, quòd Appellatio extrajudicialis intrà annum
8 finiri debeat. * Tamen ſi praxin reſpicias, nil equidem differentiæ apparebit, longèque rectiùs Author *Præjudiciorum Camer. pag. 19.* tradidit, quòd etiamſi de negligentiâ appellantis appareat, tamen *Lex: Pro-*
9 *perandum* in Camerâ non obſervetur. * Illud nihilominus prætereundum non eſt, ſi appellatus juſtâ causâ inſtructum ſe confidat, quòd ille moras nectentem Appellantem per judicem ad quem citari, ut cauſam juſtificet, curare, ſupplicatione mediante, poſſit. *juxta* Berlichium *Part.* I.
10 *Concluſ. L. n. 161. ſeqq.* * Sed & ex tempore

30. an-

30. annorum præteritô interitus omnium fatalium, & tam appellationis inducitur, *l. f.* § *illud etiam. & Auth. ei qui. C. d. temp. & repar. Appell.* quàm etiam reſtitutionis in integrum. *l. f. C. d. Temp. in int. reſt.* * Niſi 11
quòd in *Tribunali Rom.* ſtante ſententiæ injuſtitiâ, lapſus ille 30. annorum, intrà quos Appellatio proſecutioni data non ſit, non attendatur, ſicque ſententia in rem jud. non tranſeat. Salgado. *Dec.* XLI. *n.* *7. poſt Labyr. Credit.* * Utcunque aliàs, ſi 12
non aperta ſententiæ injuſtitia detur, per integram *Italiam*, ſi per biennium in cauſa Appell. nil actum, nec fatalium prorogatio facta ſit, Appellatio pro deſerta habeatur. *juxta Eund.* Salgad. *Dec. LXXXIV. & Dec. LXXXVI. item* Veſtrium *L. 3. Prax. c. 5. n. 2.* * Ubi quidem hoc in ſpecie quoad 13
Beneficialia obſervandum eſt, quòd in eô caſu, quô per *Mortem* Partis fatalia extinguuntur, tamen idem in cauſis Beneficiorum non obtineat. Bald. *in l. ſi Pa*ctori
pend. Appell. Verùm appellans à ... el ad li-
contrà ſe lata, utut mortu... eos curare-
nullus alius gratioſè ſurr... intereſſe poteſt;
tem admiſſus, tamen ... ordinarii. *conf. c. ſi*
debeat, quorum p... *ii. x.*
ut ſunt collator...

14 *ii. x. ut lit. pend. & c. 1. & 2. in 6.* * Cæterùm veluti adv. lapſum quorumc. fatalium læſus ex juſta cauſa *reſtitui* poteſt: de quo & quibusnam Reſtitutio conferenda ſit? *v.* Zieritz *d. Deſert. Lit. Civ. c. 2.* §. *32.* Et quòd adv. fatalia interponendæ coram judice à quo vel ad quem ea peti queat, Mynſing.
15 IV. *Obſ. 17.* * Ita appellari puncto Appellationis penitus *renunciare* & à Judice contendere poſſunt, ut appellantem in causâ principali procedere jubeat. Gail. I. *Obſ.*
16 *136. n. 3.* * Adeò ut ſi Appellati in causâ principali rogent, ut pronuncietur, Judex ne quidem ſuper fatalibus, ſeu in puncto Deſertionis, cognoſcere poſſit, ſed ſuper causâ principali pronunciare obſtrictus ſit. Græven. *ibid. Conſid. 1. &* Puteus *2. Deciſ. 517.*

1 §. XXIII. Tempora * modumque exhibuimus. Utriusque obſervatio ad Partem ſpectat. *Magiſtratus* quidnam agere teneatur, Appellatione interpoſitâ, ſpe-
2 ciali admonitione non indiget. * Sicuti nec de *judice ad quem* ut hoc loco quid admoneamus, neceſſarium eſt: niſi quòd ſi dubium ſit, an Appellatio devolvat, *pro appellatione* pronunciare; Surdus *Conſil. CLXXX. n. 9. & CLXIII. n. 5,* & nunquam, niſi

niſi *pœnis Canonicis* arbitrariis puniri velit, (quas tamen in uſu non eſſe *Contardus* docet, *in Quæſt.* XIX. *n. 10. ad l. un. C. ſi de moment. poſſ. appell.*) Legitimam Appellationem rejicere debeat. *c. de priore. x. d. Appell. junct. l. 21. C. d. Appell.* * Quòd ſi verò 3
Nullitas vel gravamen facilè corrigi poſſet, ſicque ſuperſtitioſa eſſet Appellatio, *l. 6. C. quand. provoc. non eſt nec.* tum verò nunquam Proceſsûs Appellationis decernet, eò quòd per Reſcriptum tentare emendationem magis conſultum ſit. Vantius *Tit. Quib. mod. ſent. null. def. n. 125.* Mevius II. *Dec. CCLXXVII.* * Nempe Parti ſæpiùs liti- 4
gaturienti judex omnibus modis conſulet, *perciocbe molti conſumano nelle ſpeſe il valore delle loro pretenſioni, e ſpeſſo nelle ſcarpe, che lograno ne' Fori.*

§. XXIV. Equidem * judiciali Appella- 1
tione inſtitutâ, ad *Compulſoriales, ACTA* prioris inſtantiæ, in copia, cum rationibus dubitandi & decidendi, quod & in praxi ità ſervatur, (Notat. *ad Roding. Lib. 1. Tit. XXV. p. 330.*) Partibus præſentibus & in earum conſpectu conſignata, edere judex inferior debet: R. A. *d. an. 1654.* §. deßgleichen ſollen. & niſi pars eas inferat, abſolutio à citatione decernetur, prout ſub

eâ comminatione, intrà 6. Septimanas, ut earum productio fieret, *in c.* J. K. von G. *contr.* G. S. 13. *Apr.1660.* & *in c.I.B. contr. H.* und *P.* von *C. 10. Dec.* 1662. injungeba-
2 tur: * Per quem edendi *modum*, cum rationibus ſcilicet, ſalubriter ad Jus Commune reditum eſt. *v. l. quoniam. l. à Proconſule l. Iudicibus.* & *l. eo.* §. *ſuprà C. d. Appell. l.* §. *in his. C. d. temp.* & *repar. Appell. Nov. CXXVI.* §. *ad hæc ſancimus.* & *Nov. CXXXIV.* §. *illas*
3 *conf.* Gudelin. *Lib.* IV *de Jur. Noviſſ. c.* XII. * ubi non minùs per *d. Nov. 126. c. 3.* Acta intrà 30. diem ab interpoſitâ Appellatione
4 edenda ſunt: * Hâc tantùm differentiâ, quòd Judex *per d. c. 3.* ſub pœnâ *x. Marc. Auri (de quar. comput. Juſtin.* quâ 72. ſolidos ad unam Marcam redigunt, *v.* Gaſp. Sciopp. *Parad. lit. ep. 15.* & *de Modeſtiâ* Notator. ad Roding. *Lib. 3. Tit. XI. p. 609.*) intrà d. terminum editionem facere debeat:
5 * Noſtrô autem jure poteſt etiam judex terminum edendi novum pro lubitu præfigere: *d.* R. A. §. Dabey gleichwol. Ut tamen ſub pœna *in Tit. 31. P. 2. O. C.* determinatâ, etiam non expectatis Compulſorialibus, acta edere teneatur. *d.* R. A. §. Ob
6 er auch ſchon. 61. * Pars autem adhuc intrà terminum præfixum ſub pœnâ deſertionis ulte-

ulteriùs acta requirere, (*d.* §. Dabey gleichwol.) & ſi nec dum edantur, Compulſoriales ſimul cum citatione ap. Superiorem petere debet, ſub pœnâ retardatæ litis, quoad Procuratorem, & deſertionis quoad Partem §. 60. *ibid.* * Aliàs Compulſoriales non 6
petere tenebitur, ſi Judex acta jam dum integra edidiſſet; aut ſi ſe ad edendum ea obtulerit: unde citatio abſque compulſorialibus *in c.* Karpfänger *contrà* Trier decreta eſt. *v. tamen* §. Ferner iſt. *Deput.* Abſch. *d. ann.* 1600. * Quòd ſi Judex ſponte, etiam 7
non requirente Parte, edat Acta, & partem requiſituram intrà 30. dies antevertat, Appellatio non eſt deſerta. *arg. c. ceſſante. x. d. Appell. junct.* C. G. O. *d. Tit.* 31. §. Es ſoll auch. Secùs ſi poſt 30. dies editio fieret. * 8
Et ſi promiſſa fuerit Editio intrà 30. non requirenti, Pars tamen de factâ adhuc intrà 30. non requiſitione, (*arg. d.* §. Ferner iſt) aliter quàm per privatam miſſivam, Klock. *Relat.* 94. niſi hæc *Secretarii* judicii ſit, docere debet.

§. XXV. Quæ * quidem omnia in eô caſu, quando *ſine Actis* planè proceſſum eſt, obtinere non poſſunt: ceu in Appellatione ab Extrajudiciali gravamine in causâ der *Univ.* Roſtock *contr.* B. und Raht daſelbſt. 3. *Nov.* 1657. Citatio & Inhibitio ſinè Com- 1

2 pulſorialibus in Cam. decretæ ſunt. *Neque enim ubi Actis quid conſignatum non eſſe *notorium* eſt, de Editione ſolliciti eſſe poſſu-
3 mus: *Intereà non fruſtrà quæ de Compulſorialibus induximus, admonita ſunt: Siquidem in causâ Extrajudicialis Gravaminis ſæpiùs quid agitur, ex quo de eô quòd tale ſit, conſtare queat, quodque ipſum adeò edi ſit neceſſarium. *Nonne enim ſententiam contrà non citatum latam
4 eſſe ex Actis conſtat? Gail. 1. *Obſ. 113. n. 3.* *Nonne etiam leves & *ſubitaria* cauſæ, (in quibus ſæpe extrajudicialiter gravamur,) ſcriptis conſignantur: *v.* Socin. *Regul. 9.* utut neceſſitas illud non efflagitet, indeque *Relatio* nuda Judicis, ſi Scriptô commiſſæ non ſint, locô Actorum deſerviat. Gailius,
5 *l. Obſ. 134. n.* 18. *Inque eâ *Rationes* ille deducere poſſit Gravaminis illati. Quamvis aliàs in Judiciali Appellatione locô Rationum decidendi *Miſſiva* non admittatur: *præjud. Cam. in C.* Burgerm. und Raht der Statt M. *contr.* M. B. Appellation.
6 den 18. *Jun. 1662.* *Quòd ſi verò Acta *ſtrictè* accipias, ita vero eadem in Extrajudicialibus non omninò, ùt in judicialibus, occurrent. Nam & in judicialibus prima commiſſio de citandô Partem, cùm fiat

ſiat ante judicium, ne quidem de actis eſſe dicitur: ùt docet Romanus *conſ. LXXVIII.* * 7
Et ad Acta Perſonæ non ſolùm judiciales deſiderantur; ſed & locus judicii, utque judicialiter quid peractum ſit, requiritur: ne Facta potiùs, quàm Acta, Extrajudiciales, illos Actús dicamus, ùt ex Guid. Papæ *Deciſ.* DCXVI. *n.3.* vult Stypmannus *c. V. de Referendar. n.53.* * Interim non protinus ad hoc, ut acta dicantur, opus eſt, ut 8
ſententia feratur: * (ceu è contrariô licèt 9
ſententia producatur, & Actorum in illâ mentio fiat, non tamen illa, ſi non appareant, præſumuntur. Klock. *Rel.3. n.40. &* *Rel.125. n.26.*) * Nam & *Voluntariæ Juriſ-* 10
dictionis, & quæ ei ſimilia habentur, Acta ſunt, veluti in Electionibus. * Imò nec *ſententia* nomine Actorum venit, niſi in ſecundâ Inſtantiâ, in quâ eadem impugnatur: quâ ratione ſi quod conſcriptum fuerit, Actorum nomine, ut ab inferiori edatur, utique veniet. * Idemque de illis o- 11
mnibus aſſerendum eſt, quæ litem non involvunt, Extrajudicialibus, h. e. intra judicium quidem aliquando, ſed citrà cognitionem cauſæ, peractis: ut Actorum Appellatione illud omne contineatur, quod in *Protocollo* judicii conſignatum eſt.

l. ne arbitris. §. *1. C. d. Recept. Arbitr. c. olim.*
22 *x. d. Verb. ſignific.* * Porrò etiam ea hîc Actorum vices ſubibunt, quamvis aliàs Acta judiciaria non dicantur, (Extrajudicialia ſcilicet, quæ & huc tantùm pertinent,) Burſat. *Conſ. CCCVII. n. 85. &* Marpurg. I. *Conſ.* XXXIV. *n. 55.* quæ coram ſolô judice, remotis ejus Scabinis & Aſſeſſoribus, extrà locum judicii, celebrantur: utcunque etiam illud aliàs *judiciale* dicatur, quod authoritate judicis, ſed extrà judicium, fit, ut ſunt actûs jurisdictionis Voluntariæ. Weſenb. *Conſ. 28. n. 24.* Gratian. *Diſcept. Forenſ. c.* DCXCIV. ad quod tamen minimùm duo Aſſeſſores, ſolô judice non ſufficiente, (Koeppen *Dec. XLV.* n. 16. requiruntur.

1 §. XXVI. Quid tamen * ſi actum quid fuerit plenô & rectô *judiciô*, & tunc in mediâ telâ judiciariâ Extrajudicialis Appellatio interponatur; deperdita verò Acta aut combuſta ſint, ſive fortuitô, ſive etiam Magiſtratu jubente, (ſicque per hoc extrajudi-
2 cialiter gravante,) illud contigerit. * Tum verò in Camerâ cauſa ex officio pro concluſâ acceptatur, & Actori primæ Inſtantiæ injungi ſolet, ut in Camerâ agat ex integro. Mynſing. II. *Obſ.* XVI. Gail. 1. *Obſ. cxxxiv. n.* 21. *

21.* Quod ità limitat Mevius II. *Dec. LXIX.* 3
ſi redintegratio planè fieri non poſſit ex Manualibus, ex Partium Actis & Scripturis; dummodò & ſic Partes Acta hæc eſſe conſentiant. * Aliquando etiam *Pars Juramento* comprobare debet, quòd penes eam 4
Acta non inveniantur: ceu *in c. M. S. Pauperis, contrà A. W. & Conſ. 16. Maji. 1662. in Cam.* pronunc. eſt. Sondern Jhm/daß ſeine Principaln/ die vor dem Gericht zu B. ſo wohl als zu T. vor denen Churf. Commiſſariis und Hof-Raht verübte Acta in ihrer gewalt nicht haben/ noch dieſelbe mit gefehrde verbracht/ oder auch wo ſelbige zu finden ſein möchten/ keine Wiſſenſchafft tragen/ eidlich zu betheuren/ und zu ſolchem End von ermeldten ſeinen Principalen genugſamen Special Gewalt einzubringen/ ꝛc. * Sed & Judici-*Juramentum* injungitur, 5
qui *Acta manca* edidiſſe arguitur: quod ſi non præſtet, Parti ad intereſſe, & Fiſco in pœnam arbitrariam v. c. aliquot marcarum auri, condemnatur. *conſ.* C. G. O. *P. 2. Tit. 31.* Gailius 1. *Obſ.* CXXXIV. *n. 14. & 17.*
* *Reviſio* ſanè Acta requirit, ut ſi illa vel 6
maximè abſque culpâ Partium perierint; tamen ſi cauſa in facto conſiſtat, Reviſio non procedat; ſed tunc unicè locum habitua

tura ſit, ſi quando in jure verſetur, & cumprimis ubi cauſæ Status ex ſententiâ colligi poſſet.

1 §. XXVII. Num verò * *Secretario ſoli* creditur, ſi quid is in Protocollô conſignaverit? Creditur aliàs in actibus, qui coram judice geruntur, ſi in Libro Expeditionum notari fuerint: Buratt. *Dec. DCVI. n. XI. ſeq.* etiamſi judex oretenûs decreviſſet.
2 * In illis autem, quæ non fiunt coram judice, ei non creditur: Cancerius *Part.* II. *Reſolut. c.* II. *n. 120.* neque in Extrajudicialibus; *Part.* III. Rot. Recent. *Deciſ. DXCIV. n. 3.* quanquam *Rota* ibidem de Extrajudi-
3 cialibus tantùm ratione loci loquatur. * Illa tamen Acta ad Extrajudicialia quoque pertinent, quæ extrà judiciaria Acta vagantur; nec producta ſunt, ùt Pars Actorum fierent: ùt ſunt Informationes & *Deductiones Juris* poſt Concluſ. in cauſâ exhibitæ. Gail. 1. *Obſ. 107. n. 13.* item *Inſtrumenta*, licèt judicialiter exhibita, quorum tamen parti *non facta* ſit *communicatio*, ut illis contra-
4 dicere potuerit. *n. 4.* * Quibus & ſimilibus judicem nec moveri ad judicandum, nec ſe in illis fundare poſſe indubium eſt. Cy-
5 riac. *Lib. I. Controv. for.* CLX. *n. 1.* * Etiamſi coram eô in aliâ cauſâ, & imò inter eaſdem

dem perſonas producta fuiſſent, *Idem d. l. n. 2.* * Uti enim productio in unô judiciô non nocet in alio, ita nec ad unum effectum facta, quoad alium operari poteſt. Duran. *Deciſ.* CCXXXIII. *n. 6.* * Interim licèt acta *coram Arbitro* non faciant fidem in alio judicio, Khraiſſer. *in Tit.* VIII. *Leg.* 13. *ad Ord. Bav. n. 2.* (utut nudæ *Relationi* Arbitri, ſi ita conventum ſit, in eadem compromiſſi causâ credi ſoleat Gailius I. *Obſ.* CXXXIV. *n. 9.*) * Tamen Teſtes in *ſummario* ritè examinati, etiamſi non factâ tum temporis publicatione, in Ordinario probant. *Idem* Gailius I. *Obſ.* CIII. *n. 4. 5.* * De actis v. *Conſiſtorialibus*, quomodo in Judicio ordinario ſeculari valeant? *v.* Grammat. *Conſil.* XLII. 6 7 8 9

§. XXVIII. Poſſunt deinde * ſuppleri Acta Extrajudicialia, quando Magiſtratus, à quò ùt à judice provocatum eſt, a ſuperiori ad hoc, ut quidnam ipſum ad gravamen induxerit, referat, adeoque zu einem Berichtſchreiben adigitur. * Quæ tamen Magiſtratûs aut Officialis *Relatio*, niſi eadem, quod regulariter fieri debet, *l. 1. ff. d. Appellat.* priùs communicata & deſuper utraque pars audita fuerit, fidem non nanciſcitur; ſed tunc demum inſtar Actorum haberi 1 2

haberi poteſt, ſi illam utraque Pars approbaverit. * Alterâ namque eam impugnante, hactenùs, quà poſtmodùm deductis non repugnat, ſolùm attenditur: cùm eò usque nihilominus & ubique in dubio pro judice præſumendum ſit: Cephal. *P.* I. *Conſ.* CL. *n. 6. conf. etiam* Mevium *P.*I.*Dec.* CCIV. ubi de relatione judicis inferioris, quæ citrà exactionem ad impediendos Appellationis Proceſsûs interponitur, illam non attendi; ſed ad cauſæ cognitionem differri, etiam in Fiſci cauſa, debere: & nec ejusmodi relationem à Parte Appellata expetitam, ad hoc, ut eò usque Proceſſus differantur, attendendam; ſed regulariter Proceſsûs ad Narrata Appellantis decernendos eſſe decidit, *in eâd. P. I. Dec.* CCXIII. *junct.* CCXLV. * Cæterùm de illis Literis pro Relatione oder Schreiben umb Bericht/ quæ tunc conceduntur, quando *à Magiſtratu ut à Parte* appellatum eſt, quæri poterat: An poſtquam impetratæ & per *Nuncium Cameræ* aut *Notarium immatriculatum*, (quod fieri debet,) Adverſario *inſinuatæ* fuerint, *Præventionem* inducant? Quod probabiliter affirmatur: eò quòd non tantùm aliàs Extrajudiciali præcepta ad Præventionem ſufficiant.

ficiant. Gylmann. *in Præjud. v. Præventio.*
*Sed etiam judex ſuperior has Literas 5
decernendô de cauſâ jam dum cognoſce-
re cœperit: illæque Literæ, ceu quibus
ad demonſtrandum cauſæ ſtatum quis ci-
tatur, implicitè citationem contineat. * 6
Accedit, quòd per ſolam *Principi* factam
Libelli oblationem Carpzovius Præventio-
nem induci velit. *II. Reſp. El. Tit. 3. Reſp.
XLIX.* * Quale quid ap. Principes & *Statûs* 7
Imperii (quoad Litis pendentiam quoque)
invaluiſſe videmus. Ita *in* Ordin. noviſſ.
Cur. Provinc. Jenenſ. c. XVII. conſtitutum
quidem eſt, quòd in eô Judiciô per Cita-
tionem: Præventio induci debeat, Interim
in *Regimine Aulico* ſecùs habet, daß daſelbſt
oder in der Fürſtl. Raht-Stube eine Sache
ſo bald nach eingegebenem Libell, oder ſonſt
außgefloſſenem Fürſtl. Reſcript, auch da
etwa in derſelben Fürſtl. Befehl ergangen/
rechthängig werde. Richter. III. *Deciſ. CVI.*
* Quid verò ſi Magiſtratus vel Adverſa- 8
rius *non referat?* Tum verò terminô ela-
pſô impetrans copiam cum relatione nun-
cii offerendô inſinuationem docet, ſibi-
que denuò Proceſsûs in contumaciam de-
cerni petit: quemadmodum ſi relatum aut
reſcriptum ſit, communicationem rogat,
&

& reſpondet: quô caſu quando opus eſt, judex ſuperior umb fernern Bericht/ (& hoc quidem extrajudicialiter,) ſcribere
9 ſolet. * Sed & *in ulterioribus Mandatis* impetrandis, ſi nova narrata proponantur, Bericht-Schreiben decerni ſolent: ceu econtrà ſi periculum eſt in mora, aut ſi iisdem manentibus narratis ulterius vel arctius Mandatum petitur, ſinè Schreiben umb Bericht Mandatum decernuntur. *præjudic. in c.* ſubditor. *in Comit.* Schönburg *contrà* captivantem Dominum, *Mandati*
10 *ulteriùs Inhibitor. cum Salv. Conduct.** Impetrantibus omninò malè per ejusmodi Bericht-Schreiben conſulitur, Roding. *Lib.* III. *Tit.* 2. §. 2. *p.* 518. Sed detur tamen hoc Dominis adv. *Subditos:* quorum quidem nomine illi, qui *bona* tantùm ſub aliquo habent, non veniunt. *præjud.* Nagel *c.* Oſnabrück. 5. *Jun.* 1659.

1 §. XXIX. Ex quibus * evidens eſt, ad quod Compulſoriales, ſi quæ in Extrajud. Appellatione decernantur, conducere queant: Licèt enim aliàs ad *privatas Miſſivas*, ſi quæ intervenerint, Compulſoriales, ut invitus quis easdem edere teneatur, peti non poſſint. *v. gl. in l. Prætor ait. ibique Dd. ff. d. Edend. item in l. Quædam in fin. eod.*

eod. & Panormit. c. 1. d. Probat. *Frequentiſſimè tamen eædem pro edendis *Actis Extrajudicialibus*, veluti *Inſtrumentis*, *Miſſivis*, *Inveſtituris*, *Statutis*, *Rationibus*, (*vid.* Author. *Præjud. Cam. v. Compulſoriales*, Gail. I. *Obſ.* CVI. *n. 3. &* Frider. III. *d. Mandat. c. XLVII. §. 4. & c. XLVIII. XLIX.*) indulgentur: * Nec minùs pro edendis *Cataſtris & Cenſuum* aut *præſtationum* Libris: quô in caſu *Mandatum cum cl. d. 23. Mart. 1659. in Cam.* decretum & *in c.* der Herrſchafft L. Unterthanen Kl. *contrà* Hn. G. E. Herrn zu S. & *Conſort.* Beſl. *Mandati de non gravando ultrà ſervitia conſueta, ùt & de edendo C. C. nec non ulterioris ſalvi conductis:* in Po. dicti Mandati de edendo pronunciatum eſt: wolle und möge Hr. Beſl. in Zeit von 3. Monaten durch ſich ſelbſt oder ſeinen gevollmächtigten Anwald mit Vorbringung ſpecial Gewalts einen Eid zu Gott und das H. Evangelium ſchweren / daß er die alte vor 1630. beſtehende Original Erbzins / Frohn Regiſter / Haupt-Lehen oder Lägerbücher / oder wie ſelbige möchten genennet worden ſeyn / daraus der wahre Unterſcheid / welche Perſonen oder Güter gemeſſen oder ungemeſſen / und ob die Pferdfröhner ungemeſſen / die Hand-

2

3

Tt fröhner

fröhner aber gemeſſene Frohnen zuleiſten ſchuldig/ zuerlernen / niemaln gehabt / auch noch nicht habe / noch über allen angewandten fleiß nicht finden oder bekommen möge / und weder dieſelbe geſehen / geleſen oder hören leſen / noch auch gefährlicher weiſe durch ſich ſelbſten oder andere zerriſſen/ vereuſſert/ noch abhändig gemacht/ ja durchaus keine Wiſſenſchafft davon habe/ deßgleichen die von denen Klägern in denen Gerichten ermanglende Gerichtsbücher ſelbigen nicht genommen noch nehmen und in das Ampt ziehen laſſen / es wäre gleich mit oder ohne Straff beſchehen / daß ſolches gehört werden / und er thue ſolches oder nicht / ꝛc.

4 * Licèt autem aliàs, ubi non integra Acta, ſed particulare ſolùm documentum aut Scriptura petitur, pro Mandato Compulſoriali ſinè Cl. potiùs, quàm pro Compulſorialibus, licèt effectu unum & idem ſint, & tantùm ratione formæ differant, ſupplicetur.
5 * Nihilominus ubi adv. Judicem, qui extrajudicialiter gravavit, Proceſſus Appellatorii impetrantur, nec pro Mandato tantùm ſupplicatum eſt: ibi cur unà non Compulſoriales ad Acta, quoad eorum quid ad cauſam ejusmodi pertinens reperitur, emanare poſſint, nil impedit.

§. XXX.

§. XXX. Denique * & hoc ſubjungi debet, quòd Moribus Appellanti Actorum petitio & productio ſemper incumbat. 𝔈. 𝔊. 𝔇. *P. II. Tit. 31.* §. *1.* cùm quidem communi jure Appellatus acta producere teneatur; appellanti autem locò gravaminum ſententiam proferre ſufficiat. Guid. Papæ *Deciſ.* XX. *&* CCCCXXXVI. Fachin. I. *Contr.* LXXXI. *conſ.* Tuſch. *in Lit. A. Concl.* CCCCXXI. Id quod tamen in gravamine tantùm judiciali obtinet. * Hactenùs enim mores à communi jure non abſcedunt, quòd etiam per hoc, ubicunque ſententia vel decretum, eô qui gravatus eſt, non citatô, latum; item ſinè cauſæ cognitione, aut quando nullum eſſe diceret gravatus Decretum vel quodcunque pronunciatum eſt, ipſi gravato Actorum productio incumbat. Vant. *d. Nullit. Tit. A quo & quib. mod. poſſ. n. 21. &* Gratian. *Tom. 1. Diſcept. for. c. 121. n. 21.* Sed de reliquis Appellationem intentatam ſecuturis, nunc calamum ſeponentes, in craſtinum ſtatuamus:

1

2

En ipſe Phœbus hæret, & inter diem
Noctemq; dubitans ſpatia decurrens,
ſtupet!

CAPUT OCTAVUM.

DE

HIS QUÆ APPELLATIONEM EXTRAJUDICIALEM CONSEQVUNTUR, SEU DE VARIIS EJUS EFFECTIBUS.

1 §.I. A Definitivâ * cùm appellatum eſt, Appellatio vi ſuâ pronunciatum *ſuſpendit. l. 1. §. f. ff. ad Sc. Turpill. & l. præcipimus. 32. §. hæc ſi appellatio. 3. C. d. Ap-*
2 *pellat.* * Ut tamen niſi appellans intrà fatale introduc. inhibitionem impetret, Judex à quo impunè mandare *executioni* ſententiam queat; nec tum *Attentata*, priusquam coram judice Appellationis appellans obtineat, *revocentur*. Felinus *ad c. 4. x.*
3 *d. Appell. n. 2* Mynſ. *2. Obſ.* LXXXV. * Unde etiamſi judex inferior Appellationi *detuliſſet*, tamen, ne is de facto fortaſſis ulteriùs procedat, judex ad quem inhibere ſolet.
4 Gail. I. *Obſ. 144.* * Multũ nempè intereſt, an appellationem per ſe, vi & authoritate juris, ſuſpendere dicamus, an ideò quòd inhibi-

hibitio judicis acceſſerit? Nam poſt intimatam inhibitionem ſi attentata notoria ſint, vel in continenti probari queant, per viam *Mandatorum extrajudicialiter* revocantur: O. Cam. *P.3.Tit.* XXXI. §. So mit & R.A. 1654. §. 53.* cùm quidem ſi Inhibitio 4
emiſſa aut inſinuata non fuerit, attentata non niſi *judicialiter*, prævia imploratione in ſcriptis, idque non per viam Mandatorum Extrajudicialium; ſed præciſè *per ſententiam* retractari queant.* Quòd ſi verò *ab Interlocutione* appellatum eſt, tum ve- 5
rò ne quidem eô modô inhibetur: imò ne quidem cauſam eſſe *devolutam* conſtat, priusquam judex, an gravamen appellabile fuerit nec ne? cognoverit: *c. non ſolùm. d. Appellat. in* VI. *Indeque non attentâ 6
provocatione judex à quo rectè in causâ *procedere* poteſt. *c. de dol. & contum. in 6.*
* Nihilô tamen minùs, uti Articulus In- 7
hibitionum in motu ferè & poteſtate Superioris eſt; ità judex Superior, etiam ante introductam Appellationem, quamvis jurisdictio ipſius nondum fundata ſit, inhibere ſolet: Friderus Mind. *Lib.* II. *d. Mandat. c.* XVXII. *n.* 2. * Quid enim ſi *peri-* 8
culum in morâ, ſi Interlocutio *protinùs executioni* mandari debeat aut damnum *irre-*

parabile ſit? N. A. 1594. §. die *Inhibitiones*
8 *in Appellat.* Sachen & §. *ſeq.* * Quid ſi cauſa notoriæ vel in continenti probabilis *Nullitatis* agitaretur? Id quod tamen in Appellationibus à Definitivâ, quæ per ſe judicatum ſuſpendunt, tantò faciliùs procedit.

1 §. II. De *Extrajudiciali** ſi quæras, ea quæ *à Parte* fit, cùm tantùm aliqua ad cauſam provocatio ſit, præterita non ſuſpendit; interim futura ſuſpendit hactenùs, ne indebitè provocatus moleſtetur: Natta *conſ.* LXVI. *n.* 4. Id quod de effectu capiendum eſſe volunt; aliàs enim, non obſtante provocatione, Adverſarium opinantur poſſe progredi; donec, gravamine deductô vel probatô, Actorum fiat revocatio: idque ſinè ullô judicii ſtrepitu. Innocen-
2 tius *in c.cùm à nobis.d.Elect.* * Sed nec huic, nec cuiquam alii, in eâ ſpecie non tantùm non crediderim; ſed nec in alterâ multò minùs, ſi *à judice* provocatum fuerit: ſive illud tanquam a judice, ſive tanquam a
3 parte fiat; * non attentô quòd Mevius *in V. Dec.* LXXIII. appellationem a gravamine extrajudiciali cauſam non ſuſpendere, nec manus judicis ligare, ideoque attentata non
4 efficere tradat. * Quis enim aliàs Provocatio-

tionis, dum *à parte* provocatur, ab actione diſtinctus effectus foret? Et nonne contra *cap.51. bonæ memoriæ x. d. Appell.* ſatis evidenter procederemus? * In eâ autem 5
ſpecie, ſi *à judice* provocatur, propiùs ſanè accederemus Appellationi Interlocutoriæ, quam opus eſſet. * Ut adeò aſſere- 6
re haud quicquam verear, omnem Provocationem Extrajudicialem ad utrumque effectum valere, *devolutivum* & *ſuſpenſivum:* ſicuti alias, ubicunque permiſſa eſt Appellatio, ibi ad utrumque effectum permiſſa eſſe intelligitur: *v.* Contard. *ad L.un. C. ſi de moment. poſſ. per tot. quæſt.* VII. *Inde- 7
que etiam *citrà inhibitionem*, velut haud dubiè in eâ, quæ à Magiſtratu ùt tali interponitur appellatione, *Attentata* exiſtent, Marant. *d. Appellat. n. 292.* Mynſing. *Cent.* III. *Obſ. XXXV.* Menochius *Remed. recup.* IX. *n. 318. conf. cl. 1. d. ſequeſtr. poſſ. & c. cùm ad ſedem. d. Reſtitut. ſpoliat. ubi* Panormit. & Guid. Papæ. *Deciſ. CCCCXXXVI. n. 98.* Videlicet illa provocatio, ſecùs atque ea quæ ab interlocutione ſuſcipitur, Magiſtratum inferiorem juriſdictione privat. *Quod qui- 8
dem uti in illâ ſpecie, quæ a Magiſtratu ùt tali inſtituitur, eò trahendum eſt, ut in reliquis, quæ adhuc præter gravamen, in ju-

dicium deducenda ſunt, judici à quo *præjudicium* non fiat: ità nec ſi à parte appellatum eſt, facultas illi Parti in aliis compe-
9 tens, eidem ſuſpendatur. * Ne aliàs à Parte provocare non eſſet aliud, quàm eam ità, ut jure ſuô uti non poſſet, opprimere; ſi nempe ſatis non eſſet, v. gr. in caſu exigendi collectas, ut provocans ſolùm contrà id, ob quod appellatum eſt, defenderetur. Franch. *in c. bonæ memoriæ. n. 29. 31. & 44.*
10 * Similiter, utcunque Magiſtratûs inferioris expiret jurisdictio, quantum ad hoc, ut exequi juſſum vel decretum non poſſit; tamen Imperium quod in Partem habet per Provocationem non extinguitur. Min-
11 dan. *c. XXVII. n. 7.* * Imò ſi ille gravamen, cujus gr. appellatum & vel inhibitum eſt, revocet, non obſtante Appellatione, vel inhibitione, ad ulteriora etiam procedere poteſt, ſive Ordinarius ſive Delegatus ſit: niſi etiam hic per hoc fortè, quòd *detulerit* Appellationi, jurisdictione ſe abdicâſſet: quæ quidem abdicatio in eo, qui ordinariam jurisdictionem habet, per delationem Appellationi factam non induceretur.

1 §. III. Enimverò * in quibusdam cauſis Appellatio etiam *judicialis* effectum *ſuſpen-*

ſuſpenſivum non habet; ſed ſententia protinùs executioni mandanda eſt: ut tantùm quoad expenſas, fructus & alias acceſſiones ex morâ venientes, exequi judex non poſſit. Cacheranus *Dec.* CXXIX. * Sic enim 2
in cauſâ *Alimentorum* appellans, niſi ſolutis alimentis, non auditur; Surdus *d. Aliment. Tit. 8. privil 96.* Diez de Mena. *L. 1. Q.* XIV. *n. 4.* niſi de alimentis ageretur præteritis, quæque ante moram litem debentur. Surd. *d. Tr. priv.* 60. * Similiter in exactione *De-* 3
cimarum ne Appellatio quidem conceditur; Marant. *V. d. Appell. n. 293.* niſi Laicus pactum vel immunitatem prætendat. Gratian. *Deciſ. C.* * Secùs atque in *Eccleſiaſticis*, 4
in quibus etiam *reviſio*, licèt noviſſimo jure effectum ſolùm devolutivum habeat, executionem ſuſpendit. R. A. *d. an. 1654.* §. Nach Berathſchlagung. * Pertinet 5
huc etiam *Excommunicationis ſententia* cum aliis omnibus, quæ *executionem ſecum trahunt*, ùt eſt ſententia ultimi ſupplicii, depoſitionis Prælati: *Dd. ad l. ult. C. ſi à non comp. jud.* & in univerſum, in quibus per executionem *irreparabile* gravamen inferretur. * Prioribus autem ſpeciebus accen- 6
ſenda eſt *à Collectis* Appellatio: Nam hæc, ſi deſcriptus in Cataſtro appellans excluſa-

re ſe nitatur, executionem non ſuſpendit: cùm quidem ſi dubia eſſet ejus obligatio, aut etiam de collectis ageretur præteritis, aliud dicendum foret.

1 §. IV. Jam * ubicunque in judicialibus Executio ſuſpendenda eſt, aut tamen gravamen per eam intentaretur irreparabile, tantò magis ibi ſuſpenſivum habebit Effectum *Extrajudicialis* Appellatio, quippe quæ judicem a quo, plus quam judicialis,
2 ſuſpicione iniquitatis afficit: * ut tamen & hîc ſpecies illæ, quas nunc excepimus, attendi, iiſque ſimiles, in quibus Appella-
3 tio non ſuſpendit, jungi debeant. * Eſt ejuſmodi ſi à *Præcedentiâ* aut *Proceſſionum Ordine*, qui tamen ducendus eſt, appelletur. Quid enim ſi quis Magiſtrorum promovendorum, qui in ipsô procinctu Proceſſionis locari ſolent, ſtationem ſuam ſe indignam judicaret? nunquam, etiam apertâ ratione fulta Appellatio, in tali ſpecie Executionem ſuſpendere potis eſſet.
4 Gratianus *in Deciſ.* CCXXXII. * Alias *Liber ſingularis* extat *Pariſiis authore Jacobo Eveillon*, Canonico Eccleſiæ Andegavenſis, anno 1641. editus, in quo *de Proceſſionum Inſtitutione, Significatione, Ordine & Ritu* agitur: Uti verò Liber ille ſolùm de Sacris

agit

agit & cultui Divino deſtinatis Proceſſionibus, ita de Appellatione vel Proteſtatione nil quicquam continet.

§. V. Viciſſim * Appellatio ubique ſuſpenditur, ubi *Executio ulterior reparari non poſſet:* cùm enim Appellatio *ab Interlocutoriâ* manûs judicis non liget, quò minùs ante inhibitionem ſententiam ſuam exequi poſſit; * Tamen ipſe cùm à decreto *Torturæ* appellatum eſt, manus abſtinere debet: in tantum, ut ſi, non attentâ Appellatioue, per torturam confeſſionem expreſſiſſet, ea tamen non teneat. *jx.* Carpzov. *P.3. qu. Crim.* CXXXIX. *n.5.* * Nonnunquam verò non tam cauſa facit, ut exequi poſſit judex, & ad ulteriora procedere, quàm *appellandi forma.* Quid enim ſi Appellatio *confuſè* intentata fuiſſet, à gravaminibus illatis & inferri comminatis? Ita enim executio, niſi cauſam provocans exprimat, non impedirent. Franch. *in c. conſuluit. d. Appellat.* P. Gregor. Thol. *d. Appellat. Lib.* II. *c. XVIII.* & Guid. Papæ. *ſingul. DCXIV.* Quanquam ipſa in ſe Appellatio Extrajudicialis *in genere* de quolibet gravamine concepta ſuo modo valeat. * Sanè Appellatio *judicialis*, quæ generalis eſt, per ſe quoque nullius eſt momenti, ne

1

2

3

4

qui-

quidem in unâ & certâ cauſâ; quamvis illa obtineat, ſi à certo gravamine appellatum ſit, *generali ſubjectâ clauſulâ: quia me in hoc caſu gravâſti, egoque timeo ne ulterius*
5 *graver:* * veluti non minùs in cauſis majoribus ſpeciali expreſſione opus non eſſe *ex c. l. ult. ut debitus x. d. Appell.* Anton. de Butrio ſtatuit, *ad c. conſuluit. 18. eod.*

1 §. VI. *Suſpenditur* autem * in Extrajudiciali Appellationa Executio regulariter in cauſis & articulis quoque *annexis*, (Lancellott. *Limit. II. d. Att. n. 28.*) etiam citrà inhibitionem, à judice ad quem interpoſitam: (niſi manifeſtè *frivola* fuerit. *c. 21. x.*
2 *de Elect. & Elect. pot.*) * Secùs atque in eâ quæ ab *Interlocutoriâ* ſuſcepta eſt: quippe in quâ judex à quo non antè, quàm *poſt inhibitionem* ei factam impeditur. *l. 39. pr. ff. de Minorib. c. non ſolùm. d. Appell. in 6.* Gail. *I. O.* CXLIV. *n. 4.* Sicque nulla regulariter, (nam & hîc *Exceptiones* XXIII. habet Duenazius *Reg.* CCCCXLII.) ante inhibitionem
3 iſtam fieri dicitur innovatio. * Unde nec quod innovatum cenſeri poſſet, per viam Attentatorum revocari poterit: cum taliter revocare *jx.* Contardum *in Qu. IV. ad l. un. C. ſi de moment. poſſ. n. 29.* nihil ſit aliud, quàm revocare id, quod poſt appellationem

nem attentatum extitit, utcunque an Appellatio vera vel juſta ſit, nondum conſtet. * Verùm & hoc tantùm regulariter. Quid enim ſi judex à quo Appellationi *detuliſſet*, nonne enim hactenùs abdicâſſe jurisdictionem cenſeretur? *c.5. eod. in 6.* Quanquam hoc etiam caſu inhiberi ſoleat: 𝔑. 𝔄. *d. ann. 1594.* §. *100.* tantò faciliùs, quia certiùs ſuperioris jurisdictio fundata eſt: tantòque minùs ſuperfluè, quòd ipſe judex inferior contrà propriam delationem venire poſſit; appellati autem per delationem ejus quandoque ſaltim de facto, retinet: & conſtringi nolint. * Quid deinde ſi articulus de quo appellatum eſt, tam eſſet *connexus* cauſæ principali, ut hæc ſinè illo decidi non poſſet. *c.50. x. eod.* Num non eô caſu Inferiori ſubſiſtendum eſſe quis diceret? * Illud utique extrà dubium eſt, quòd non protinùs ubi inhibitio decerni non poteſt, ibi etiam Appellatio rejiciatur. Nam illa factum poſſeſſionis; hæc jus ipſum & litem concernit: adeò ut *in Ordinario Poſſeſſorio* Appellatio admittatur, & inhiberi tamen non poſſit: ne lite pendente, qui in poſſeſſione eſt, appellatus, eâdem utatur; * ſecùs quoàd ea, quæ *circà Poſſeſſionem*, ſed citrà tamen ejus præjudicium

4
5
6
7

dicium fiunt. Scacc. *qu. XVII. d. Appell. Limit.* VI. *membr.* VII. *n. 103. 113.* Hactenùs enim & in eâ ſpecie Appellatio *ſuſpenſivum* quoque effectum habebit. * Atque
8 tunc etiam in Appellatione à ſententiâ in poſſeſſorio, ſalvâ proprietatis quæſtione, latâ, *inhibitio decernitur*, quando poſſeſſor ipſe condemnatus appellat: quando utraque pars probabiliter poſſidere videtur: quando armorum periculum ſubeſt, aut
9 damnum irreparabile metuitur. * Profectò ſi non aliud, certè hoc efficiet, etiam *citrà* ſubſequentem *Inhibitionem* inſtituta *Appellatio*, ut actus interim, donec gravamina removeantur, *effectum* non habeat; veluti peracta v. c. *ad perpetuam memoriam Commiſſio*, à quâ provocatum eſt; licèt Commiſſionem non ſuſpendat, nec etiam Inhibitio, ſed Citatio & Compulſoriales in eâ decernantur; (uti *in c. de* Wettige *contrà* Franckfurt/ dum Commiſſarii Cæſarei pro ſuſpectis allegarentur, & ad Cameram appellaretur, contigit, (effectum tamen
10 aliquando ſortietur. * Id quod in extrajudiciali Appellatione, ubique aſſeverandum eſt.

1 §. VII. De INHIBITIONIBUS autem* porrò videamus, quando judex eas *in Appellatio-*

pellatione interlocutoriâ interpoſitâ concedere poſſit? Ubi quilibet deprehendit, eum, niſi evidens in morâ ſit periculum, aut damnum irreparabile obſervetur, (R. A. *d. an. 1594. §. 101.*) ſtatim inhibere non poſſe, priusquam de fundatâ appellatione atque jurisdictione illius, h. e. an cauſa devoluta, & a jurisdictione Ordinariâ abſtractâ ſit, ſaltim ex narratis Appellantis conſtiterit. Mynſing. III. *Obſ.* LXXXVII. Gail. I. *obſ.* CXLIV. *n. 4.* * Adeò ut decreta inhibitio, 2
antequam de gravamine appellabili appareat, nullius ſit roboris; (Herculanus *d. Attentat. c. XXVIII. n. 6. 7. 20. & 55.*) ſaltim quod ad effectum attinet: * Aliàs enim facilè 3
contemni illa non debet, niſi notoriè injuſta ſit, etiamſi tum *Rota* inhibuiſſet. Puteus II. *Dec.* CXXII. Sed potiùs pro ejusdem retractatione inſtandum eſt: non tam quòd læſio & jus Partis non conſideretur, quàm ut contemptus judicis ſuperioris omnibus modis evitari debeat. Lancellott. *præfat. d. Attent. 52. & c. XX. Ampl. XI. vid. tamen & hâc* R. A. *d. an. 594.* §. Wann aber.
* Imò ſi Attentata enormia ſunt, & in morâ periculum, tum v. inhibitionem *extrajudicialiter* decerni poſſe velim, ut non 4
tantùm non cognitione, an jurisdictio ſua fun-

fundata ſit nec ne; ſed nec multò minùs citatione Partis judex indigeat: præcipuè quòd Lege cautum ſit, ne lite pendente quid innovetur, & de jurisdictione ſuâ citrà Partis præſentiam ipſe protinùs cognoſcere poſſit.

1 §. VIII. Eſt quoque * deſcernendum inter Appellationem ab *Interlocutoriâ vim definitivæ* habente, & inter eam, quæ à *ſimplici* Interlocutoriâ, quæ tamen appellabilis eſt, inſtituitur: ita ut in iſtâ, (niſi etiam apertè contrà jus interpoſita, aut dubia omninò jurisdictio ſit, vel de poſſeſſorio retinendæ; (*ration. v. apud* Gail. I. *Obſ. CXLIV. n. fin.*) aut appellato in poſſeſſione conſtituto, (Lancellott. *P.* II. *d. Att. c.* IV. *Lim.* 2.) controvertatur,) inhibitio, eam petenti, faciliùs decerni queat, Gailius I.

2 *Obſ. XXX. n.* 7. * In hâc autem extrà caſum evidentis periculi, & moræ, damnique irreparabilis, aut ſi executio cauſæ principali præjudicium adferret, vel alius quidam ratione ſui intereſſe appellâſſet, multò difficiliùs, & non citrà ſpecialem cauſæ cognitionem. *Vide* Frider. Mind. *Lib. d. Mandat. c.* XXVI. Mynſing. *d. l.* & Græven.

3 *ad Gail. d. O. CXLIV. n.* 9. *ſeqq.* * Igitur poſtquam inhibitum fuerit, ſi quid à judice attente-

tentetur, protinùs revocandum eſt. *c. non ſolùm. d. Appell. in 6.* Hiltropf. *P. IV. Proc. Tit. IX. n. 29. 30.* * Quæ verò judex ante inhibitionem in causâ peregit, cùm quidem, extrà quàm ſi Appellationi detuliſſet, ad ulteriora procedere, donec eidem inhiberetur, potuerit; Theſſaur. *Dec. XLIX. n. 1.* 4
* (aliter atque in appellatione à definitivâ, quæ cùm ſinè ullâ ſui juſtificatione effectum ſuſpenſivum habeat, inhibitione ad hoc, ut Attentata revocari poſſint, non indiget, *l. 3. C. d. Appell.*) illa non antè retractanda ſunt, quàm per ſubſequentem ſententiam, ſuper causâ principali, in favorem Appellantis latam, revocentur. *c. non ſolùm* §. *illa. d. Appellat. n 6.* * *Supplicatione* pendente an Inhibitio decernenda ſit? *v. apud* Rodingium *π. Cameral. Lib. III. Tit. LXI. p. 629.* 5 6

§. IX. Priusquam verò * ex his, quæ de Inhibitione in Appellatione Extraj. dicenda ſint, conjiciamus, non immeritò notandum eſt, ſeparatam eſſe habendam rationem *Gravaminis Extraj.* ſimpliciter talis, & ejus quod *durante telâ judiciariâ* parti infertur. * Nam quoad hoc, veluti ſi poſt cauſam in cognitionem judiciariam ſemel deductam quid in eà cum gravamine Par- 1 2

tis extrajudicialiter decernatur, Inhibitio
3 haud dubiè decernenda eſt: * quippe quòd
in ſuperiori judicio cauſa ex debito reſpiciatur, quòd judicialiter pertractari debuerit: idque ſi non fiat, perperam non minùs decretum eſſe cenſeatur, ac ſi in ju-
4 dicio pronunciatum eſſet: * Igitur Quorundam in adverſum concepta traditio, quaſi in nullo extrajudiciali gravamine locùm habeat Inhibitio, in eâ ſpecie attendi non ſolet: cum primis quòd omne illud maximè odioſum ſit, quodcunque audent judices, ut vim judiciorum perver-
5 tant. * Eſt hanc in rem *Præjud. Cameral. d. anno 1592. 19. M. in c.* Viereck *contrà* Bü-
6 lau. * Licèt autem ad hos etiam auſus judicum, ea quæ de Interlocutionibus præbita eſt diſtinctio, aptari queat; tamen & in iſtis facilior multò judex ad inhibendum reperietur.

1 §. X. Jam * ſi *Extrajudicialem Appellationem ſtrictè dictam* reſpiciamus, diſtinctè ea nobis in ſpeciebus examinanda eſt. * Et quoad eam quidem quæ *à Magiſtratu* interponitur, *ut tali*, intrepidè aſſerimus, quòd eà regulariter executionem, ſive Proceſſum judicis ulteriorem, citrà inhibitio-
2 nem ſuſpendat: * modò veroſimiliter oſtenſum

ſtenſum ſit, daß die Obrigkeit als ein Richter/oder als ein Wiederſacher und Richter zugleich/ cùm & ſic tanquam judex proceſſiſſe intelligatur, den Appellanten beſchwert habe: quippe quæ qualitas fundat juriſdictionem Cameræ. (*conf.* Mynſing. III. *Obſ.* LXXXVII.) * Neque tamen de eo plenè conſtare debet, & in contradictorio: 3
aliàs in hoc ipsô caſu omnes Inhibitiones judicialiter decernendæ forent, quod tamen praxi quotidianæ adverſum eſt. * Videlicet ex qualitate cauſæ, aut narratis, vel 4
aliter de eo veroſimiliter conſtare ſufficit. Nec par illius Appellatiouis eſt conditio, quæ *Mandatorum S. Cl.* in quibus quidem narratis ſupplicantis hodiè non ſimpliciter creditur. R. A. *d. ann.* 1654. §. 73. * Adeoque 5
Mindanus *in P. I. Proc. XIV, n. 2.* deferendus eſt, quando ad inhibitionem impetrandam veriſimilem probationem requiri, eamque rarò periculô Partis decerni docet: Nam ſtylus ſervat contrarium, & Narratis hactenùs creditur: veluti eâ ratione Inhibitio *in c.* L. *contrà* die Fürſtl. Abtiſſin zu E. 17. *Maji* 1653. decreta eſt. * 6
Tum verò citrà dubium ea decernitur, quando per judicem ulteriùs procedentem gravamen inferretur *irreparabile*, quale vel proximùm ſaltim eſt immiſſionis, & quod-

vis quo magnum Parti accerſitur *præjudicium;* aut ſaltim cauſa in eô ſtatu, quô ante Appellationem interpoſitam fuit, non relinqueretur. Guid. Papæ *Dec. LXXV. n. 5.* Item ſi de quâlibet ageretur *injuriâ*, quæ deinceps aboleri non poſſet: Frider. *Lib.* II. *d. Mandat. c.* XXVIII. *n. 5.* & quandocunque tandem *vim definitivæ* habet Gravamen
7 extrajudiciale: * Quò caſu admitti doctrina *Gloſſ.* debet *&* Phil. Franch. *in C. delictis. x. d. Appell.* quòd Appellatio Extrajudicialis inſtar judicialis à definitivâ, quoad revocationem Attentatorum,
8 dijudicetur. * Tantò videlicet Extrajudiciale Gravamen odioſum magis eſt, quantò judicem non decet, authoritate publicâ ordinem procedendi vel neceſſitatem cognoſcendi obtegere: ne melioris conditionis extrajudicialiter gravantem, quàm eſt is, qui gravat judicialiter, conſtitui eveniat.

1 §. XI. In his * igitur talibus Inhibitionem, quæ tamen vim ſolùm eorum, quæ poſteà à Parte vel judice præſumentur, infringat, ad antecedentia autem, (quod & in Interlocutoriis fit,) non pertrahatur, decerni poſſe, nemo opinor negabit. Gylmann. *Voc. Inhibitio.* §. *Quando judex. p. 21.*

pag. 21. * Unde apud Seyler. *ſent. jud. Cam. voc. Vaſall. d. anno 28.* in Sachen der Vier Dörffer im Hattgau *contrà Dn. Philipp. Com. de Hanau* præjudicium extat, quòd Camera Comiti, ad narrata ſubditorum, inhibuerit, ne mulctas exigeret, ſub quibus illos ſylvâ quâdam & glandium uſu, deß Walds und Maſtung / abſtinere juſſerat: * ceu poſteà etiam judicialiter, & ex officio, eidem Dn. Comiti injunxit, ne uſque ad exitum cauſæ principalis pendentis, aliis præceptis & Attentatis ſubditos gravaret, ſub pœna Mandato inſertâ & privatione ſuæ juriſdictionis. * Quandoque ſolùm *dehortatoriæ* decernuntur. Ita *in c.* der Herrſchafft L. Unterthanen *contrà* Hn. G. E. Hn. zu S. und *Conſ.* Bekl. *Mandati de non gravando ultrà ſervitia conſueta S. ùt & d. edendo C. C. 13. Dec. 1659.* - Endlich in Po. principali *Mandati de non grav.* ſoll Hr. Bekl. biß zu außtrag der Sache mit Aufflegung der Frohndienſten und anderer geklagter Gravaminum gegen die Unterthanen dergeſtalt verfahren / damit dieſelbe gleichwohl bey häußlichen Ehren verbleiben und ſo viel Zeit übrig haben können / ſich und die Ihrige zuernehren / damit nicht noht werde / ander werte Fürſehung zuthun. 2 3 4

 * Imò

5 * Imò vel ipſis *Literis Informatoriis* denen Schreiben umb Bericht / tacita quædam ineſt Inhibitio, ne quouſque informetur ſuperior, ulteriùs procedatur: quanquam illis cautelæ loco clauſula quædam inhibitoria, vel proprio motu, ùt in cc. criminalibus, vel ad preces ſupplicantis, inſeri ſoleat, uti iſtud quotidiè videmus accidere, & *in c.* Br. *contrà* Cölln ſimile quid factum eſt 12. *Nov. 1657.* Noch zur Zeit abgeſchlagen / ſondern ſoll Burgermeiſter und Raht der Statt Cölln ihren nochmahligen Bericht vor Vollſtreckung anbefohlner Execution, innerhalb vier Wochen einzuſchicken zugeſchrieben werden.
6 * Et quemnam quæſo in ſuprà dictis, ſi res non ampliùs integra ſit, Inhibitionis effectum putabis, niſi vel Appellationi etiam per ſe ſuſpenſivum effectum tribuas, ut attentata retrò non valeant, adeòque licèt *Cameræ inhibitiones* ne quidem ad præterita extendi ſoleant; ſed ad futura ſolùm pertineant, *C. non ſolum de Appell. in 6.* indeque ſi quid ante inhibitionem attentatum fuerit, illud antequam in principali causâ pronuncietur, revocari non ſoleat.
7 * Jure tamen communi Inhibitio in Extrajudiciali Gravamine eand. quam in Appellatione à defini-

finitivâ habet, naturam ſortiatur. * Mandaverit v. c. judex, ut Acta ex quibus olim pro Parte lata eſt ſententia, corrumpantur. Quis hîc non crederet, re integrâ inhibitionem decernendam, & imò, ne cum ſummô Partium præjudiciô furere etiam liceat Magiſtratibus, provocationem ab ejuſmodi Gravamine ab initio ſuſpenſivum eſſe oportere: utcunque ſi ab Interlocutione, damnum irreparabile continente, appellatum eſſet, executio, niſi Inhibitione interpoſitâ, non ſuſpenderetur. * Nam jura contrà judices citrà cognitionem procedentes magis valere, adeoque regulam ſtare pro læſis, quòd omnis regulariter Appellatio rem ſuſpendat, rationis eſt.

8

9

§. XII. De eô * quoque nemo ambigit, ſicubi ſtatutum eſt, ut non emanatâ Inhibitione, *cauſa executioni mandari debeat*, quin etiam in caſibus minùs probabilibus, ad retinendum judicem, inhibitio rectè decernatur: cùm & in Interlocutionibus: tum inhiberi ſoleat, ſi interlocutio in continenti Executioni mandari velit. * Similiter in his caſibus Inhibitionem, etiam in extrajudiciali Appellatione, decerni poſſe omnes concedunt: ſi appellans 1

coram Executore, à quo extrajudicialiter appellavit, ſe in continenti cauſam ſeu juſtitiam Appellationis probaturum obtulerit, ſed admiſſus non fuerit. Lancellott.
3 *c. xx. d. Attent. præf. n. 153.* * Deinde ſi judici ad quem de *veritate* gravaminis conſtaret: Idem *n. 137. ſeqq.*) quanquam in Cam. appellabilem ſaltim cauſam & devolubilem eſſe ſi conſtet, ſufficiat. Mynſing.
4 *Cent. 3. O. LXXXVII.*) * Denique ſi ſuper *Electionibus* Cathedralibus vel regul. Eccl.
5 appellatum eſſet. Lanc. *d. l. n. 54.* * Et in genere ubicunque manifeſta atque in narratis maximè veroſimilis eſt juſtitiæ repræſentatio, etiam in cauſis, ubi aliàs Inhibitiones locum non habent, ibi tamen illas nihilominus decerni oportebit: *c. Romana. §. ſi autem. d. Appellat. in* VI. Felin. *in c. ad abolen-*
6 *dum. n. 3. d. Hæret.* * Idemque de damno & gravamine quolibet irreparabili aſſeren-
7 dum eſt. Cothmann. *Reſp. VII. n. 173. ſeq.* * Unde adverſus *Rotvvilenſes*, ad quorum Juriſdictionem cauſæ *ex Circulo Auſtriaco*, (quamvis nunc quidem nullæ, vel tamen rariſſimè,) item *Suevico, Rhenano, Franconico* deferri ſolent, in Camera ſemper Inhibitio decernitur: quia illi per viam facti irrepa-
8 rabilem, auff Acht ꝛc. procedunt. * Quanquam autem *ad Cameram* Appellatio ab iſto

Ju-

Judicio deferatur ; Wehnerus tamen *in Obſ. v.* Rohtw. Hofgericht / tradit, quòd ob denegatam vel protractam juſtitiam, ob Nullitatem admiſſam, item ob judicis recuſationem, ſolum *Judicium Aulicum Imp.* adiri oporteat: ſiquidem Imperator Juri ſuo, quoad Cameram, in Appellationibus ſolùm renunciaverit. * *Idem* Wehne- 9
rus *ad Ordin. Robtvvil.* notat, Rohtvvilenſes, contrà abolitionem Judicii hujus, Helvetios ex fœdere quod cum illis habent, imploraturos eſſe: *quam in rem conf.* Diar. Europ. *P. XI. m. Febr.* 1664. * Profectò jam 10
ſatis illud *reſtrictum* eſt: v. Textor. *Diſp. I. ad R. Imp. noviſſ. th. 83. ſeqq.* ubi von denen Ehhaffien: *& inter alia th. 87. contr.* Knipſchildum II. *d. Civ. Imp. c. 33. n. 256.* docet, quòd contrà ejuſmodi *Impedimenta*, poſt Maximil. I. Imp., Privilegium impetrari, niſi cum unanimi Statuum conſenſu, non poſſit. * Decernitur etiam pari ratione 11
Inhibitio, ubi in morâ aut dilapidationis ſubeſſet periculum: aut quovis modô exitus cauſæ fruſtraneus exiſteret: * Item quandocunque cauſâ per viam ſim- 12
plicis querelæ ad Cameram delatâ Inhibitio locum haberet, veluti in litigioſâ poſſeſſione, aut ſi ſuper quatuor caſibus in-

tentio provocantis qualificari, vel judici de incompetentiâ aliâque Nullitate apparere poſſet.

1 §. XIII. E contrario * non inhibetur in omnibus cauſis, quæ *publicam utilitatem* concernunt, aut quæ *pietatis* quid præ ſe ferunt: ùt in ſuſcipiendo officio Tutoris, in præſtandâ Dote, & ſimili-
2 bus. * De quibus tamen, ùt & aliâ in Inhibitionibus, certa omninò Regula, quæ non Judicis Religioni ſubmittenda ſit, tradi non poteſt. Lancellot, *P.* II. *d. Attent. c.*
3 *xx. n. 182.* v. R. A. *d. ann. 1570.* §. 78. * Per *exempla* incedamus: Ità non decernitur Inhibitio, ubi ſuſpenſio cum *internecione* immeritâ *Partis* conjuncta eſt. v. c. Magiſtratus Opifici exercitium Opificii concedit: appellat ab eâ conceſſione Collegium Opificum: niſi manifeſta penitùs ſit Opificum intentio, contrà eos, tanquam licentioſos plerumque, præſumitur, ut ne in exercitiô alter, quô victum quærit, impediri
4 per Inhibitionem debeat. * Pertinent huc ſimili ratione cauſæ *alimentorum*, etiam quæ virtualiter & conſecutivè tales ſunt, veluti *Salariorum.* Surdus *de Aliment. Pr.* LXVII. *Tit. 1.* Licèt enim etiam in futuris Appellatio admittatur, illud tamen ſolùm quo-

quoad effectum devolutivum accipiendum eſt: idque praxin ſervare docet Contardus *ad l. un. C. ſi de mom. poſſ. Limit.* III. *n. 54. 57.* * Hinc igitur, non obſtante Appellatione, quoad ſalaria, &c. facienda eſt Executio; 5
Cævall. *de cognit. per viam violentiæ: qu.* CXIII. præſtita tamen *cautione*, & quidem ſolâ etiam juratoriâ, ſi ſalarium vel modicam ſummam contineat, aut cùm exiguum ſit, de paucis annis; Cævall. *d. l. n. 3. & Qu.* CXXXIV. *n. 6.* vel pauperi debeatur, qualis eſſe cenſetur famulus mercenarius & ſimiles. Scacc. *d. Appell. Qu.* XVII. *Lim.* VIII. *n. 9. & 10. &* Diez de Mena *Lib. 1. Qu.* VIII. *ubi de variis ſalariis eorumque præſtationibus.* * Porrò ubi cauſa in *publicum* 6
præjudicium vel *incommodum* incurrit, (veluti ne *Fiſci debita* per controverſiam exemtionis impediantur:) ibi non niſi circumſpectè inhibendum eſt * Non etiam 7
protinùs in *litigioſâ poſſeſſione* decernenda eſt Inhibitio, ſed tantùm ſi metus armorum ſubſit: Friderus *Lib.* I. *c.* XLV. *d. Proceſſ. Extrab.* ne aliàs poſſeſſioni & ipſis judiciis poſſeſſoriis, quæ non minimi ſunt præjudicii, præjudicetur. Verùm diſtinctè rem expendamus. * Videlicet in *retinendi* 8
interdictis, niſi quoad judicem, nõ decernitur

tur Inhibitio. Nam quoad Partem, ſi appellatus rem detineat, Inhibitio locum habet; ſecùs ſi appellans poſſideat, quippe hic in poſſeſſione defendendus eſt. *v.* Frider. *Lib.* II. *d. Mandat. c.* XXVII. §. 8. * Et
9 nihilominùs ſeptem caſus habet *Notator ad Roding.* quibus in poſſeſſorio retinendi inhibitio decerni poſſit. *L. II. T. XI. p. 549. ſeqq.*
10 * Nudis verò narratis appellantis de ſuâ poſſeſſione h. c. non creditur, hincque regulariter eidem inhibitio non datur protinùs; ſed ulteriùs inquiri, vel acta etiam
11 conſuli debent: * maximè quòd aliàs etiam in omnibus caſibus, ubi appellatio regulariter prohibita eſt, uti eſt in illis poſſesſoriis, inhibere judex non poſſit, priusquam caſum talem eſſe præcognoverit, in quo appellari queat. *c. Romana.* §. *fin autem x. d. Appell.* * Ulteriùs inhibitio non in-
12 terponitur ſi *in cauſâ criminali* provocatum ſit, maximè in Camerâ, cùm in Ord. Cam. tantùm citationis fiat mentio; atque in *Nullitate*, per quam ad Cameram cauſæ criminales plerumque deferuntur, Inhibitio, antequam ex actis de gravaminis inju-
13 ſtitiâ conſtet, decerni non ſoleat. * Nihilominus tamen, quia ipſa Ordinatio gravatis auxilium ſpondet, id quod aliter quàm inhi-

hibitione, maximè in cauſis tanti præjudicii, comparari non poteſt, uti aliàs quoque in Nullitatibus, ſi gravamen irreparabile immineret, ita hîc etiam, v. c. ſi de torturâ ageretur, inhibitionem decernendam eſſe, ſtatuendum eſt. * Videlicet in Cauſis 14
Criminalibus pro *Mandato Caſſat. & Inhibitor. junctâ Citat. ad videndum deduci Nullitates*, ſupplicari ſolet. Tum v. Judici inferiori umb Bericht ſcribitur, & ſiquidem hunc ante transmisſionem Relationis executivè pxoceſſurum eſſe ſuſpicio ſit; ſtatim inhibetur. * Transmiſsâ Relatione, ſi ritè 15
proceſſum eſſe conſtet, ut Impetrans factâ ei Relationis communicatione replicare nil poſſit, Mandatum & Citatio denegantur. * Aliàs Parte Relationem impugnan- 16
te Nullitates deducuntur, & tunc quoque, ſi periculum in morâ ſit, Mandatum Inhibitorium decernitur: usque dum oſtensâ exactiùs Nullitate prius Judicium caſſatur, & judici inferiori, ut rectè procedat, injungitur: Sicuti eâ non oſtensâ, Proceſſus Nullitatis in ſuperiori judicio tollendus eſt.

§. XIV. Neque tamen * cauſa unicè 1
reſpicitur, ſi de omittendâ Inhibitione controverſia ſit: verùm & *Perſona Judicis* quan-

quandoque efficit, ut non niſi raró inhibitio decernatur: veluti ſi à *Commiſſario Cæſaris* ab Aulâ ad Cameram appellatum ſit.
2 * Eſſet enim Delegato Cæſaris inhibere inconveniens: niſi quòd etiam, quatenus fines Commiſſionis excederet, inhiberi eidem juris ſit: cùm eatenùs pro Commiſ-
3 ſario haberi non debeat. * Sed & adverſus Magiſtratum non tantùm non in Statutis & Edictis, à quibus appellatum eſt; ſed nec aliàs, quoties ſub obtentu cauſæ publicæ quem gravat, (quod etiam fit, quando cum *Collegio opificum* ei negotium eſt,) non facilè inhibitio, (R. A. *1654.* §. wie nun ſolches,) ùt nec mandata alia ſinè cl., decernuntur: R. A. *1594. ap.* Gylm. *Tom. IV. P. I.*
4 *vot. XXX. n. 267.* * maximè quòd nec ob privatas lites formaliter inſtituta Nullita-
5 tis querela executionem impediat.* Quod tamen & tunc exceptionem pati autumaverim, quoties aperta ſe Nullitas exſeruerit, aut præſumtio contrà Magiſtratum militet: velut ejusmodi in oneribus novis & inſolitis occurrit.

1 §. XV. In univerſum * de Inhibitione decernendâ certi quid definiri non poteſt: cùm exceptiones à regulâ ex Negotiorum diverſitate pendeant. Quæ prudentiæ Judicis

cis expendenda committuntur: ſiquidem, ùt deleganter ait Did. Saavedra, *en Empreſ. xxi. p. 180. Las Lyes ſon cuerpos, que reciben el alma y el entendimiento de los Iuezes, por cuya boca hablan, y por cuya pluma ſe declaran. &c.* * Quid enim ſi *à Statuto* quo- 2
dam Magiſtratûs appellatum ſit? Jus utique Statutorum Inhibitioni modum præfiniet, ut ſi dubium illud ſit, de quô quidem ſummariè cognoſcetur, rectè inhiberi poſſit; ſi verò nil iniquitatis contineat, tantò minùs inhiberi debeat Executio, quantò pro Magiſtratu major eſt præſumptio, ejusque intentio in obſequio Civium debito fundata conſpicitur. * Cæterùm 3
in dubio inhibitionem ad hoc, ùt integra ſervetur cauſa, decernendam eſſe, *cum* Vultejo reputaverim. *Lib.* III. *cap.* I. *d. Judic. n.* 26.

§. XVI. Poſt gravamen * à Magiſtratu 1
ſumtum, de eâ Provocationis ſpecie, quæ *à Parte* ſuſcepta eſt, exquiramus, in quâ quòd Inhibitio decernatur, multi ſunt qui ſimpliciter negarunt. * Et tamen ne hoc 2
quidem ſuô modô negandum eſt, quippe quòd regulariter, ubicunq; quis ſe gravari timet, inhiberi poſſit: *l. 3. C. qui bon. ced. poſſ. l. f. pr. ff. quod. met. cauſ.* ipſaque Inhibitio

per

3 per ſe futura reſpiciat * Et quamvis ſi à Parte appelletur, atque fundata ſit Cameræ juriſdictio, tantùm *Citatio* decernitur, *v.* Klock. *Relat.* LXXXII. *n.* 23. & 24. idque ſtylus adeò Cameræ fert, contrà Friderum *Lib.* II. *cap.* XXVII. *n.* 9. Tamen ne hoc quidem, aut quòd nuda ſit Provocatio, impedire poteſt, quò minùs privatis moleſtationibus & illicitis violentiis liti ſeu cauſæ præjudicantibus in futurum inhibea-
4 tur: * maximè quòd etiam in cæteris à judice factis Appellationibus Inhibitio, citrà Partis citationem, regulariter decernatur: non attentô quòd ſinè cauſæ cognitione & litiſpendentia decerni eam non
5 poſſe tradant communiter. * Equidem (1) judex aliàs quoque, ſive ex officio ſive ad inſtantiam Partis, ſi modò in caſibus receptis ejus fundetur juriſdictio, ab Inhibitione poteſt incipere: C. G. O. *P. II. T. XXIII.* ſatiſque in Jure communi Inhibitoriales in cauſis Appellationum fundatæ ſunt, quòd Appellatione pendente nihil inno-
6 vandum eſſe conſtet: * Quid quòd (2) ex ipsâ ſupplicatione de meritis cauſæ citrà citationem innoteſcere poſſit: prout nec (3) ubicunque judex ſolùm inſtruendus eſt, citatio, velut in commiſſione ad inquiren-

quirendum ſibi datâ, requiritur. * Atque 7
tandem (4.) ſi exceptiones adfuerint contrà inhibitionem, ſatis tempeſtivè adhuc
poſt eam opponi queant. * Ut adeò cum 8
grano ſalis accipienda ſit Ord. Cam. *in Part. III. Tit. XXXVII.* §. 2. quando Inhibitionem tum quidem decernendam eſſe ingerit, quando Judici, quòd ad eum cauſa pertineat, conſtet, quòdque legitimè & ex veris gravaminibus appellatum ſit. *vid.* Gail. I.
Obſ. CXLIV. n. 8. * Quod quidem ne judex 9
ſibi protinùs perſuadeat, appellatus quandoque *per præventionem* ſtudet efficere, dum per literas vel ſupplicationem judici Appellationis ſtatum cauſæ deſcribit, atque rationes, quare Proceſsùs decerni non debeant, allegat, *v. eund.* Gail. *I. Obſ. XXXI. n 9.*
* Quamvis enim appellatus ad hoc, ut 10
quæſitum mandatum obtineat, audiri non debeat, illud tamen dictò modô efficit, ut Proceſsûs Appellanti ſuccedant difficiliùs, interimque denegetur inhibitio; aut Berichtſchreiben ad judicem priorem præmittantur. Notator. *ad Roding. Lib. II. Tit. 4. d. Citat. p. 497. & Dd. ad cap. Oblatæ. 57. x. d. Appellat.* * Ubi & hoc notant, quòd licèt 11
Proceſſus non ſit ipsô jure nullus, ſed tantùm ope exceptionis, quando juxta termi-

 nos

nos *d. cap* Appellatus Appellantem, *in impetrando Judicem aliquem*, prævenit; ſi tamen Appellans iter jam ad Curiam ante Citationem vel notitiam Reſcripti arripuiſſet, Proceſſus tunc etiam ex defectu Jurisdictionis nullus ſit. *per c. Meminimus. 9. eod.* Creſcent. *Dec. IX. Tit. d. Appell.*

1 §. XVII. Cæterùm * veluti judex ſuperior in judiciali etiam gravamine regulariter inhibere non debet, niſi de eo *ſummaria* ſaltim præceſſerit *cognitio*, an ſcil. Appellatio recipienda ſit? *c. Romana. §. ſi autem. d. Appell. in 6.* etiamſi de Jurisdictione ejus, ſi gravamen veriſimile eſſet, non dubitaretur. Rol. à Valle, *Conſil. LXXVII.*
2 *4.* * Neque enim judex ad inhibendum, niſi cum cauſæ cognitione, procedere ſolet, h. e. ut eidem priùs de Appellatione & unà jurisdictione fundatâ conſtat; adeò ut pro facti qualitate, ſi de gravi appellantis præjudicio appellatum ſit, etiam ad cauſæ merita cognitio extendatur. Herculan. *d. Attentat. cap.* XXVIII. * Ita etiam in
3 extrajudiciali Appellatione ut Inhibitio impetrari poſſit, regulariter illi cognitioni peragendæ *Citatio* gravantis ejusque *auditio*, & quandoque etiam *litis conteſtatio*, præſtituitur. R. A. *1594.* §. Wann aber, ubi:

Alſo

Alſo ſoll auch in extrajudicialibus Appellationibus ehe und zuvor die Jurisdiction und Appellation genugſam fundirt und juſtificirt / vor der KriegsBefeſtigung / oder zum wenigſten ehe der Gegentheil darüber gehört / durchaus keine Inhibition erkennt werden. * Præterquam enim quòd cavendum ſit, ne inhibitio tanquam de facto facta facilè revocari debeat: de quâ & quomodo aliàs expiret? *v.* Frider. Mind. *Part.* II. *Mand. c.* XXVI. §. 7. * In ſpecie Extrajudicialis illa Appellatio tantùm ad cauſam provocatio eſt, adeoque antequam introducatur, illud quod geſtum eſt, ex multorum ſententia non ſuſpendit, verum Appellantem in poſterum protectione Superioris ſubmittit: uti & Natta *vol. 3. conſ. DCVI. n. 54.* & Gailius *in l. O. CXLIV. n. 54.* docet: *item* Lancellott. *P. II. d. Attent. c. XII. Lim. 3. pr. n. 3. ſeqq.* Rosbach. *Tit. LXXII. n. 9.* Rulant. *P. III. Lib. VIII. d. Proc. jud. Interrog. c. XIII. n. 17.* * Sed de *Regula d.* §. Wann aber. accipiendus eſt: cùm quotidiè *exceptiones* eidem conciliet *Stylus* Cameræ, quas per rationes *in* §. *præced.* adductas meritò quis probaverit: * Utique ſi de jurisdictione fundatâ non dubitetur, *Proceſſus pleni* decernendi venient. * Etenim

5
6
7
8

enim cùm multi *in fraudem Auſtregarum* & primæ Inſtantiæ tanquam à Judice appellarent, ſtatim Proceſsûs impetrantes, quos poſtmodum caſſare oportebat; hinc deinde *in d. Receſſ.* Inhibitiones in caſu dubio decerni vetitum eſt; niſi tamen & hîc in morâ periculum & damnum irreparabile, aut cauſa publica fuerit. * Imò ſi *à*
9 *Parte* expreſsè in eô caſu appellatum ſit, quô de jurisdictione Cameræ, quòd ea in prima Inſtantia fundata ſit, certò conſtet; Ita verò; licèt plerumque Citatio tantùm emanet, quin tamen Inhibitio, ubi eâdem opus fuerit, decerni queat, nil impedit: præcipuè quòd de hâc ſpecie *d.* §. Wann aber. diſponere non videatur.

1 §. XVIII. Quemadmodum * verò exinde, quòd Provocatio hæc præterita non ſuſpendat, (quamvis de eô poſtmodùm dicendum ſit,) non ſequitur, E. non decernenda eſt Inhibitio: quid enim cum inhibitione in Appell. ab Interlocutoriâ futu-
2 rum eſt? * Ita præprimis diſtinguendum eſſe cenſeam, inter ATTENTATA, quæ *contrà* ipſam *Provocationem* geſta jam ſunt, & facta *alia* gravamen Appellationis non attinentia. Hæc tantùm, quæ tamen aliàs Attentatorum nomine cenſentur,

non

non erunt jure nulla, aut non erunt Attentata, etiamſi juſtiſſima fuerit Provocatio: v. *c. non ſolùm. d. App. in* VI. *& c. cùm nobis. x. d. appell.* * cùm quidem judicialis Appellatio, etiam in unô articulo, juriſdictionem judicis in totum ſuſpendat; *c. ſi à judice. in 6.* Hîc autem ſuſpenſa dici non poſſit jurisdictio, quæ nulla eſt: & ſatis eſſe debeat, quòd provocatio appellantem in eo, à quo & ob quod appellavit, defendat, ne opprimatur: quâ ratione Attentata poſt; ſed non contrà Appellationem extrajudicialem facta appellantem gravare non cenſentur: * Ita ſi appellatum fuiſſet, ne Electio per compromiſſum fieret, cùm verò, appellatione non obſtante, major pars compromiſiſſet, electus agnoſcere beneficium ſibi delatum noluiſſet, & tunc Capitulum ad electionem per Scrutinium accederet, vocatis ſed comparere nolentibus appellantibus: electio illa quia non contrà appellationem eſt; licèt poſt eam ſuſcepta fuerit, pro attentato haberi non poſſet, verùm valida exiſtimanda eſſet. * Illa autem quæ contrà Provocationem geſta ſunt? (non quæ poſt Appellationem gerentur, cùm hîc non tam tempus, quàm objectum Attentati, reſpiciam; vigeat autem jam dum 3 4 5

Appellatio ante introductionem, aliter atque Maranta *Part. VI. d. Appellat. n. 401.*) illa inquam unà cum geſtis pendente Appellatione per viam Attentatorum omninò revocabuntur. Franch. *in c. 1. ſub n. 4. x. d. Appell. & in c. 51. eod. n. 9. & 3.* Idemque de *Magiſtratu, qui ùt pars gravat*, dicendum

6 eſt. * Quamvis enim nullibi, etiamſi ùt Magiſtratus proceſſerit, *ſuſpenſa* dici poſſit *jurisdictio*, eô ipsô quòd proceſſum ab eo ſit extrajudicialiter; tamen non hoc, ut ne quid per jurisdictionem fiat, inhibitione decretâ, impeditur; ſed ne, prout extrà judicium gravavit Magiſtratus, ita inpo-

7 ſterum ſimili modô gravare audeat. * Equidem Appellatio extrajudicialis ea, quæ *præterita* ſunt, non ſuſpendit; *c. Conſtitutus. x. d. Appell.* (licèt ea aliquando *devolvat.* Butr. *ad c. 51. x. d. appell. n. fin.*) Id quod iterum de Provocatione ſolùm ad cauſam ſeu potiùs, quæ *à Parte* fit, non à judice gra-

8 vante, intellexerim: * Uti nec *futura* etiam impedit, quæ ad actum de præterito *conſecutiva* ſunt. *d. cap.* Hinc enim ſi à collatione beneficii, vel à confirmatione electionis, jam factâ, quis provocet, ſicuti non ipſa ſuſpenditur per ejuſmodi Appellationem ſubſequentem collatio vel confirmatio, ità

etiam

etiam actus inveſtituræ atque poſſeſſionis traditio, tanquam actûs confirmationis jam præteriti, & à quo provocatum eſt, conſecutiva, poſt appellationem non impedietur. *Hoc ergò ſolùm, quod contrà 9
appellationem extrajudicialem fit, retractandum eſt; ſive id præjudicium poſſeſſionis concernat, ſive quodlibet aliud juris alterius. *Ita enim in *c. dilecti* retractandum 10
venit juramentum, ſi ultrà Archi-Epiſcopus illud extenderet, quàm ab aliis Epiſcopis hucuſque jurari & præſtari ſolitum eſt.

§. XIX. Atque *hæc talia ſi retractari 1
non poſſent, ad quid provocâſſe conduceret? aut num ſatiùs non fuiſſet in nudâ juris prohibitione, quæ gravanti imminebat, citrà provocationem acquieſcere? * 2
Sanè quocunque modô in contemrum & odium Provocationis ejuſmodi ſalubriter proditæ quid factum eſt, licèt priùs quàm ſuper Appellatione, aut ſaltim ſuper Attentatis, pronuncietur, irritum fieri non debeat: *v. d. c. non ſolùm d. Appell. in 6.* *(quo- 3
modo demum vera eſſe poteſt eorum ſententia, qui ſimpliciter litem conteſtatam ad hoc, ut fieri poſſit Attentatorum revocatio, exigunt. *v.* Lancellott. *P.* III. *d. Attent. c. XXV. d. Proceſſ. in cc. Att. n.* 33.) ne

quid tamen vel poſteà in præjudicium appellationis fiat, *in genere* ad nuda partis narrata, ſicque citrà gravantis citationem, ùt rectè Mandoſius *d. Inhibit. Qu.* XVIII. inhiberi, & tum demum *in ſpecie*, ne hoc vel illud fiat, interdici poteſt, cùm Pars adverſa citata & cauſa cognita fuerit. *per l. ult. C. in quib. cc. reſtit. in int. non eſt nec.* G. Pap. *qu.* CCCCXXXVI. *&* *quæſt.* LII. *n.*
4 *59.* * Imò ſi Nullitas ſit notoria: ùt ſi executor bona Capitularis pro debito Capituli aggrederetur, nullâ etiam Partis Citatione adhibitâ. * Multò verò magis ſuper his,
5 quæ jam facta ſunt, protinùs cognoſci, & ſi appellationi directò adverſentur, è veſtigio eadem revocari debent: * Sed & in
6 appellationibus *judicialibus* aliquando *ſpecialiter* ſolùm inhibetur, ùt quando unum vel alterum caput appellationis cauſam dubiam continet, vel eatenùs appellatus in poſſeſſione eſt, aut etiam eô reſpectu ſententia tantùm interlocutoria lata fuit.

1 §. XX. Ex quibus * manifeſtum eſt, quòd regulariter etiam Attentata poſt & contrà appellationem extrajudicialem, non niſi ex legitimâ appellationis causâ, judici utcunque præmonſtratâ, revocentur,

tur, ſicque protinus nulla non ſint: *per Regulam in c. non ſolùm. & præjud. in c. W.* von *B. & C.* Appellanten *contrà Dn. Epiſcop. L. modò Dn. Archi-Epiſcop. & Elect. Colon.* als Abbt deß Stiffts S. *Appellaten*, Extrajudicial. appellationis. den 23. *Maji* 1659. - daß dem Hn. Appellaten die Erbvogtey zu W. eigenmächtig auffzuſchreiben / abzukünden und zuoccupiren nicht geziemet noch gebüret / ſondern Er daran zuviel und unrecht gethan / derentwegen wohl davon appellirt / und alle darauff ergangene Attentata zucaſſiren / auffzuheben; die Appellanten aber in den Stand / darinnen ſie vor ſolcher Aufffündung / und Occupirung geweſen / ſo wohl der Eigenthumlich als Lehengüter / und deren von Zeit der Entſetzung an darvon auffgehobenen Nutzungen halben / und ſo viel deren auffgehoben werden mögen / zu reſtituiren ſeyen ꝛc. Appellat. in expenſ. condemnat. adjunct. Exec. * Præterquam in cauſis Electionum 2 Cathedralium & regularium Eccleſiarum, in quibus cùm Attentata etiam non juſtificatâ appellatione fiant, (Lancellott. *Lim.* III. *n. 20.*) etiam illud, quod poſt & contrà appellationem fit, ipsô jure nullum eſt; *c. ſi poſtquam. d. Elect. in 6.* aliter at-

atque in cæteris etiam cauſis beneficiali-
3 bus: * In quibus ipſis tamen ſi Electio vel collatio ex ſe minùs eſſet Canonica, ut abſque Appellatione irritanda foret, *Hoſtienſis* idem non minùs, idque *per c. conſideravimus. & c. auditis. d. Elect. j. cùm nobis.* aſſerit: ubi *irritanda* dicitur, (uti aliàs *reſcindi* illud petimus, quod jure nullum
4 eſt.) * Unde cùm *in c. auditis,* ſola cauſa citrà Appellationem ſufficiens fuerat, ut nullitatem induceret, puta quòd excommunicatus eligeret, facilè quod attentabatur,
5 ipsô jure nullum cenſeri poterat. * Idem dices in caſu, quô ab hoc appellatur, ne beneficii collatio excommunicato fieret, aut ne Electio fieret à minori parte, & in aliis quoque cauſis ad res Eccleſiæ ſpectantibus, puta ne citrà ſolennitatem res Eccleſiæ venderetur. Nam & ſic attentata prorſus & ab initio nulla forent *per d. c. Auditis,*
6 * Eſt etiam nulla planè ſententia Cenſuræ poſt Appellationem, *ne hæc fieret*, lata: *c. per tuas. d. ſent. excomm. c. dilectus. & c. dilecti filii.* prout in genere appellatio *à futuro gravamine* extrajudiciali ſententiam pòſt ferendam nullam reddit. *c. dilect. d.*
7 *Appell. c. ſolet. d. ſent. excomm. in 6.* * Et denique quodcunque peragitur in his, quæ per

per Appellationem extrajudicialem devoluta & ſuſpenſa eſſe apparet; modò judici de eo conſtet, illud irritabitur: * pluſque 8
tum attentans, quàm extrà judicium non factâ appellatione ſpolians, coërcebitur: cùm quidem etiam adverſus hunc priùs in omnibus reſtituendi ſimus.

§. XXI. Sunt etiam * qui diſtinguunt; 1
ut ſi appelletur *à judice ùt tali*, Attentata ſint ipsô jure nulla, ſecùs ſi *à parte*, & ſic regulam *in c. conſideravimus. d. Cleric.* limitandam eſſe putant. *per c. dilectis.* (Panormit. *ad c. conſideravimus.*) * Alii verò ad- 2
huc perſiſtunt in ea doctrinâ, quâ *indiſtinctè nulla non eſſe* aſſeritur, & textum *in c. dilectis.* exceptionem continere obſervant, eò quòd de ſententiâ Cenſuræ diſponat. * 3
Praxin ſi reſpicias, *Attentata* (quæ modò talia ſunt,) ante inhibitionem neutrubi nec in Appell. judic neque extrajudiciali ipsô jure nulla ſunt; ſed tantùm ſi poſt inhibitionem fiant: idque in Appellatione etiam illâ, quæ à Magiſtratu fit, Lancellottus, *Ampl. XVII. n 20. 22. & Limit. III. n.* 6. approbat. * Interim & *præcedentia* inhi- 4
bitionem Attentata révocari per viam attentatorum poſſunt, ſi cum ſequentibus continuô actu cohæreant; vel aliàs dolus atten-

attentantis, & grave ſupplicantis præjudicium, appareat; vel attentatum ſit iſtiuſmodi, contrà quod rectà à præcepto inci-
5 pere permiſſum ſit. * Cur itaque, Regulam non ex uſu Fori inducamus: cùm idem ſit ϖρᾶξις & διαθήκη apud *Heſychium*: Quô etiam ſenſu *Facta* apud Latinos veniunt uti ea quæ *obſervantur, ap. Græcos* πράξεων appellatione deſignari, ſolent: atque *Pauli ſententiarum ſeu Factorum Libri Sex in Veteri Indice Florentinô* leguntur: quod
6 *Jacob. Gothofredus* annotavit. * Utique Mores Tribunalium, & in his talibus actitata,
7 attendere neceſſe eſt. * Illud verò eleganter *quæritur*: cùm Electio non ipsô jure nulla, ſed tamen abinde appellatum; electus v. beneficii poſſeſſionem conſecutus eſſet: an tunc ſi appellans obtineat, appellatus priora beneficia, quæ alii jam dum collata ſunt, recuperare poſſit? Optimè diſtinguit Ant. d. Butrio *ad c. Conſtitutis. 46. n. 13. d. Appell.* quem non exſcribo.

1 §. XXII. Igitur * egregia inter judicialem & extra judicialem Appellationem eſt *differentia*: cùm quidem in judiciali Appellatione omnia revocentur Attentata, etiamſi *directò* contrà appellationem non
2 veniant. * Cujus differentiæ rationem

Val-

Vallenſis *in Lib.* II. *T.* XXVIII. §. *15. n. 5. Decret.* expreſſit. * De eo neminem ambigere putem, ſi *periculum* evidens ſit, aut damnum Parti immineat *irreparabile*, quòd tunc inhibitionem protrahere judex non debeat. *v.* Gylmann. *P. II. T.* XVIII. *p. 344. conf.* & Guid. Papæ *Conſil.* CXXXVIII. * Similiter ſi notoria ſit Partis injuſtitia: quâ ratione & contrà pignorantem, qui per mandatum ſuſpenſivum in quaſi poſſeſſione conſtitutus eſt, Inhibitio decerni poteſt: ut eleganter docet Mevius I. *Part. Deciſion.* XXXV. * Non etiam movere me poteſt, ut tantò minùs Attentata poſt interpoſitam Provocationem tollenda arbitrer, etiamſi cauſa nondum cognita ſit; dummodò gravamen contrà Appellationem directò illatum fuerit: quòd accidere poſſit, ut gravamen illud oſtendi nequeat, adeoque frivolam Appellationem malè juvet Inhibitio? * Utique enim *veriſimile* ſaltim gravamen eſſe debet, quod removeri petitur, atque ei ſimile, à quo interpoſita fuerat jam demum introducta Provocatio: de quâ Provocatione, cùm ei tunc non contradixerit, ſed eidem acquieverit pars quæ gravabat, adverſus eam nunc tantò faciliùs præſumi poteſt. * Tale quid occur-

3 4 5 6

occurrit in *Diffamationibus:* Nam ſi quando intrà præſcriptionis tempora quis de debito aliquem diffamet, & hic ex L. Diffamari experiatur, tunc efficit, & quidem in ſui perniciem, (ſaltim ut operari tantum poſſit illa Diffamatio,) ut etiam poſt illa tempora elapſa præſcriptionis exceptione, ſi fortè illam intereà perficere potuiſſet, uti
8 nequeat: * Etſi enim diffamatio, tanquam interpellatio extrajudicialis, per ſe præſcriptionem non rumpat; tamen accedens diffamari petitio facit, ut perinde res habeatur, atque ſi Diffamator ipſe jam ad judicium provocâſſet, dum diffamatus eô locô hanc cauſam habet, ut illam judicio ſubmiſſam
9 velit: * Quamvis ſi tunc citatus diffamator nil feciſſet, & intrà ea tempora præſcriptio completa eſſet, diffamatus utique præſcriberet: quod tamen huc non pertinet. *conſ.* Colerum *ad c. illud. 30. x. d. præſcript.*

1 §. XXIII. Illis verò * quæ nunc diximus non obſtat, quòd ea quæ *in c. 51. x. d. Appellat.* ſufficere dicitur, *veriſimilitudo*, ad juſtificandam ſolùm Appellationem, non autem eò conducere videatur, ut ad revo-
2 cationem Attentorum ſufficiat. * Quamvis enim plures *in d. c.* non tam Attentata revocata eſſe putaverint, quàm quòd ſpoliato redintegrata fuerit poſſeſſio: quòdq;

adeò

adeò ſpolium ad retractationem moverit Pontificem: * Unde nonnulli latiùs proceſſerunt, atque nullô jure penitùs à futurò gravamine appellationem, quæ tamen *dicto cap.* maximè innixa eſt, concedi arbitrati ſunt. (Quibus quidem ſuprà reſponſum eſt.) * *Textum* tamen ſi quis propiùs intueatur, non tantùm de probatâ Appellationis causâ inibi non conſtat; verùm etiam decidendi ratio à ſpolio non deſumitur. * Videlicet interpoſita tantùm ex probabili causâ videbatur Appellatio, & hinc Inhibitio propriè dicta ad ſenſum Canonum aliorum decreta fuit. *ap. Rom. 3. §. quod. ſi & c. 7. in f. d. Appell. in VI.* 3 4 5

§. XXIV. Quòd ſi * judicialiter appellatum eſt, non minùs illud pro Attentato habetur, quod *intrà decendium* admittitur: Carol. Ruin. *vol. V. conſ. LXXV. n. 2. 24.* cùm Inhibitio Legis ùt pl. effectum ſuum exſerat in Appellatione à Definitivâ: quamvis eidem judex non detuliſſet, modò deferre debuerit. * Sic enim cùm ſatis h.c *à jure* inhibeatur, attentatorum remedio innovata retractantur. *l. 3. & t. t. nil innov. Appell. pend. &* Alex. *Lib. V. conſ. XCIX.* ubi docet, quod ubicunque de jure Can. appellatur, ubi remedio Attentato- 1 2

3 tatorùm locus ſit. * In *Extrajudiciali* autem Appellatione, & quidem eâ quæ à *Parte* fit, prorinùs atque Appellatio introducta eſt, à quô ſc. tempore gravamina ſuſpenduntur, attentata fieri cenſentur, & hactenus verum eſt, quod Dd. tradunt: Provocationem extrajudicialem id quòd geſtum eſt non ſuſpendere, ſed in futurum
4 ſubmittere: * Equidem *in Cam.* priusquam Inhibitio decernitur aut inſinuatur, cauſa *in Puncto Attentatorum* conſiſtit, & ad revocationem agitur; ſed poſtquam inhibitum eſt, dicitur eſſe *in Puncto Inhibitionis*, & in hoc agitur ad declarationem pœnæ, vel Citationem ad videndum, &c. & ar-
5 ctiora * Hinc igitur ſi per viam Attentatorum in hâc extrajudiciali Appellatione quid revocari velit, *directò* illud contrà Appellationem tendere debet, non etiam ut quovis modô innovatum eſſe ſufficiat.
6 * Nam de hiſce innovationibus vera demum eſt *Mynſingeri* traditio III. *Obſerv.* LXXXVII. quòd quando nondum eſt inhibitum in extrajudiciali Gravamine, Attentata per viam Attentatorum revocari
7 non poſſint. * Videlicet Lex, quam Appellatio extrajudicialis offendit, (Herculan. *d. Attent. c. X. n. 5.*) uti judicialis offendit

mini-

miniſtrum Legis, prohibet loco judicis, ut lite pendente nil innovetur: * quâ ratione 8
in cauſis ſimplicis querelæ, (ubi tamen nulla eſt ſuſpenſio,) quædam attentata dantur: quanquam majoris omninò effectus attentatorum ſit appellatio, quàm lis quælibet. (Lancellot. *P. 2. d. Attent. c. IV. n. 567.*) * Interim *litis pendentiam* hæc no- 9
ſtra extrajudicialis provocatio omninò inducere putanda eſt. *c. 5. x. d. Appell. j. c. 1. & 2. x. ut lite pend.* * Id quod in illis quo- 10
que Appellationibus, quæ *ab Actibus* fiunt, aſſerendum eſſe cenſeam regulariter. * 11
Neſcio enim an rectè ſtatuerit Garſias, *P. IX. d. benef. c. IV. n. 16. ſeqq.* ſi extrajudicialiter ad *inſtitutionem* præſentati, contrà alterius proteſtationem, qui jus Patronatûs prætendit, procedatur: quod tum non detur ab inſtitutione ad effectum Attentatorum appellatio, licèt hæc inſtitutionem anteceſſiſſet. * Nam inſtitutio executio- 12
nem ſecum trahit, damnumque irreparabile continet: niſi etiam præſentans ſe in quaſi poſſeſſione eſſe oſtendiſſet. *conf.* Concil. Trident. *Seſſ. XXIV. c. XVII. d. Reform.* * Sanè Pariſ. *Conſ. CXXVIII. n. 22.* do- 13
cet, quòd Inſtitutio ſinè cauſæ cognitione facta planè non ſuffragetur, ne aliquando

Jus Patronatus ejusque poſſeſſionem probet.

1 § XXV. Cæterùm * quænam *Attentata* ſint? & cuinam imputari debeant, alieni eſt retractûs. Illud ſaltim notandum eſt, quòd non tum ſolùm *Pars* attentet, quando v. c. ipſa poſſeſſionem mihi aufert, in eâ me turbat, exigit, honores uſurpat. *l. 7. §. 1. ff. d. Munerib. & bonor. Nov. 134. c. 3. &c.*
2 * Sed etiam tunc quando inſtante Parte *judex* in juſtô decretô quem in poſſeſſionem mittat. Hoc enim caſu factum nulliter procedentis, non judicis ſed Partis eſſe, cenſetur. *l. 1. C. ſi in cauſ. jud. pign. cap. l. 13. C. d. Evict.* Ludov. Poſthius *Obſ. XII. de Manutenend. n. 30.* & Ferd. Ar. d Meſa.
3 *Lib. 1. Reſol. c. VII. n. 6.* * Porrò etiam illa, *quæ ad faciliorem exitum cauſæ* ſpectare videntur, attentata ſunt: uti cùm æſtimatio inauditâ Parte facta eſſet, atque judex à quo debitorem, reditûs bonorum deſignare, jubeat: niſi verò tale quid cum appellantis conſenſu ſuſcipiatur. Lancellott.
4 *Part. II. de Attentat. c. XII. Limit. IV. n. 27.** Non etiam illud protinus ab Attentati labe immune eſt, quod fit *ad tollenda ſcandala*, velut eſt eô fine intentata poſt Appellationem in cauſa profanâ, poſſeſſionis *ſequeſtratio;*

ſtratio; Lancellott. *d. Attent. c. XII. Limit. 12. n. 3.* præterquam ſi fructus à poſſeſſore pendente Appellatione diſſiparentur. * 5
Sed quid ſi poſſeſſor ſolvendo eſſet? Tamen ſequeſtrari fructus poterunt: cùm hoc an ſolvendo ſit, tantùm in primâ inſtantiâ conſiderari poſſit. Idem *d. l. n. 11. ſeqq.* * Illud 6
autem quod *poſt appellationem ignoratam* fit, ad effectum revocationis pro attentato non habetur, veluti wann die Brieffl. Urkunden getheilt oder einige Poſten mit Arreſt beſchlagen wären / poſt immiſſos aliquos, contrà inauditum, in poſſionem hæreditatis: * Quanquam illa cauſæ prin- 7
cipali præjudicium non faciant, ſed quoad jus Parti omnia maneant integra, donec de cauſâ cognitum fuerit: quâ ratione tum adhuc revocari poſſunt.

§. XXVI. Deinde * qui *actum continuativum* facit, etiam in extrajudiciali 1
Appellatione, attentâſſe dici non poteſt. Ita ſi ego appellem, ne quis domum quampiam, eò quòd mea ſit, à poſſeſſore emat, ita profectò *alienationem* rei Appellatio mea non impediet: cùmque alter domum poſſideat, niſi ego protinus cauſam appellandi veram eſſe probem, (quòd ſc. domus mea ſit,) venditio, tanquam Attenta-

Yy 2 tum,

tum, non revocabitur. Ruginell. *d. Appell.*
2 § *2.c.3.n.32. Exempl. 15.* * Similiter ſi à Magiſtratu, qui per aliquot annos in poſſeſſione exigendi *præſtationes* nonnullas fuerat, provocatum eſt, isque etiam poſt appellationem contrà refractarios exequitur, attentâſſe videri non poteſt; etiamſi impe-
3 trata adv. eum Inhibitio fuerit. * Nam hæc quidem eò tendit, ne in præjudicium Appellationis quid fieri debeat; non autem
4 ut de poſſeſſione Magiſtratus dejiciatur. * Adeò ut quamvis de ipſo etiam hujus poſſeſſionis jure controverſia exiſteret, tamen pro poſſeſſore interim præſumendum fo-
5 ret. Mandoſ. *Qu. XXII. d. Inhibit.* * Quid tamen ſi *poſſeſſio*, quam appellatus continuat, penitus *vitioſa* ſit? Tum v. continuatio ejusdem Attentato imputabitur.
6 Lancellott. *P. II. d. Attent. c. IV. Limit. I. d.* * Id quod & tunc fiet, ſi non tam jus poſſeſſionis, quàm ipſa poſſeſſio, dubia reddita fuerit. v. Gailium *I. Obſ. XVII.*

1 § XXVII. Igitur * *quæcunque lite pendente fieri poſſunt*, attentatorum numero non accenſebuntur, puta ſi poſſeſſionem, fructuumque perceptionem, in re poſſeſsâ, quis continuet. * Inde *Patronus*, cujus præ-
2 ſentandi plures ad beneficium vacans

com-

competit, præſentatô unô, appellatione non attentâ, alterum præſentare non prohibetur. * Accedere illis putantur *actus conſecutivi*, quos appellant, ùt Inveſtitura, traditio poſſeſſionis, collatio præbendæ. Sed verius eſt, cùm hi ſimilesque actus plerumque firment actum præcedentem ſeu principalem, ut illi pro Attentatis habeantur; * ſecùs ſi qualitatem non alterantem haberent: qualis eſt denunciatio, quòd quis excommunicatus ſit. 3

4

§. XXVIII. Quid * de *Arreſto*? Quòd ab eo appellari poſſit, Mevius *Tr. d. Arreſtis c. XXI.* & ante eum P. Peck. *c.* XXXIV. *d. Jur. ſiſt.* nosque ſuprà docuimus.* Sed num arreſtato, citrà licentiam arreſtantis, cùm arreſtum per appellationem ſuſpenſum eſſe videatur, *recedere* liceat? de eo dubitari poteſt. Negandum hoc eſt, & poteſt hic talis, tanquam arreſti violati reus, citari: ne ſc. arreſta fiant eluſoria, & in poteſtate arreſtati ſit, num arreſtum reſpicere cupiat. * Ad quidnam verò hâc ratione conducet *Appellatio*? Saltim ad hoc proficiet, ut intereà executio arreſti procedere non poſſit, judexque ſuperior, ne ulteriùs arreſtatus gravetur, inhibere ſoleat. * Interim ſi de arreſti injuſtitiâ conſtet; tunc veluti 1 2 3 4

iniquo planè mandato judicis, impunè
non pareri poteſt: *l. prohibitum. C. d. I. Fiſc.*
5 * Et velut alicui *è carceri*, ſi injuſtè ei com-
miſſus ſit, *aufugere* licet: ſiquidem carce-
rem rumpenti, arreſtum violans ab Oldra-
do *Conſ. LXVI.* comparatur: ita impunis
quoque ex arreſto iniquo diſceſſus repu-
tandus eſt. *v. eund.* Mevium *in c. XXIV. d. Ar-*
6 *reſt. n. 28.* * Idem dices de arreſtato, qui
cùm idoneam juſtamque *cautionem* offer-
ret, audiri ab arreſtante noluit.

1 §. XXIX. Porrò * uti *frivola Appella-*
tio Attentata non parit, Khraiſſer. *Tit. XI.*
Leg. 2. Ord. Bav. n. 2. indequè ſi alicui man-
datum fuerit, ut in loco beneficii ſui reſi-
deat, atque is appellet, judex verò interim
vices ejus alteri, eum de fructibus benefi-
cii interim alendô, committat, judicis hoc
factum pro attentato non habetur: *c. 28. x.*
d. Appell. Ità neque frivolæ appellationis
Exceptio, ſi quando de eâ nondum liqueat,
revocationem Attentatorum impedit;
Lancellott. *P.* II. *d. Attent. c. XII. Ampl.* v.
2 * Neque ejus à quo appellatur, ſuper de-
volutione eſt cognitio; ſed potiùs ſi judex
inhibeat, quamvis injuſta inhibitio eſſet,
eam tamen de ſtylo Curiarum reſpice-
re debebit; Idem *d. c. XII. Lim. VI. n. 19.*

& P.

& *P.* II *c. xx.ampl.* xi.*maximè ſi cauſa magni eſſet præjudicii, veluti criminalis, aut quæ totam univerſitatem concernat. *v.* 3
Decium *Tr.Crim. Lib.* II. *c. XVI. n.* 6. *Aperta tamen eſſe non debet iniquitas Inhibitionis vel Nullitas, puta ſi ad quem provocatum eſt, in eâ causâ non ſit ſuperior, & tamen inhibeat: veluti Dominus directus, ne Vaſallus in causâ ſeditionis ſubditorum procederet: quippe quòd talis inhibitio ipsô jure nulla ſit, cùm Dominus vim Vaſalli & jurisdictionem ejus coërcitivam impedire non debeat: Card. Tuſch. *Pr.* 4
Concl. Tom. V. lit. N. * maximè ſi ejuſmodi inhibitio nullâ cognitione præcedente interponeretur, nullâ itidem oſtensâ deterioratione, aut ſaltim non tantâ, ut Feudum ad ſuperiorem pertinere queat: quâ quidem ratione admonere Vaſallum Dominus ſolùm poteſt; inhibere ei non item. Roſenthal. *c. XII. d. Feud. qu.* 1. *ſeqq.* * 5
Imò ubi de jure Dominii utilis totaliter evertendo ageretur, ſubditi ad Dominum directum ne quidem tranſire eumve implorare poſſunt. Idem Roſenth. *d. qu.* 1. *n.* 76. *ſeqq.* 6

§. XXX. Juſtè verò * interpoſita Inhibitio non *à die*, quâ decreta, ſed *quâ inſinu-* 1

ſinuata eſt, operatur, ut ea quæ ante inſinuationem facta ſunt, reſpectu Inhibitorialium pro Attentatis non habeantur: eò quòd in his talibus ratio, quæ in contemtu judicis hîc unicè verſatur, ceſſet.
2 Hiltropf. *P.II.Tit.V.n.19.* *Idque vel tunc præcipuè obtinebit, ſi Appellatio extrajudicialis à Magiſtratu, ſed non coram eo, facta, & nec ei intimata fuerit. *c.59. x. b. t.* Nam ita judicem executioni actum vel Decretum impunè committere docet
3 Mynſing. *Cent.II. Obſ. 85.* * veluti in quâlibet appellatione, quæ coram Notario & teſtibus fit, ut judici à quo intrà decendium *inſinuetur* Appellatio, conſultum eſt: quò deinde Attentata ei imputari poſſint: Lauterbach. *P. I. Diff. I. Civ. & Würt. n. 73. &*
4 *74.* * Quamvis, uti ſi omittatur intimatio, deſerta Appellatio non cenſetur, Mynſing. *IV. Obſ. XLIV. &* O. Cam. *P. II. T. XXIX.* §. *Item* ſo ſoll. ita etiam ſi aliquando appellans coram judice ad quem obtineat, nihilominus omnia Attentata, qualia etiam ſint, revocentur: * Imò etiam non fa-
5 ctâ intimatione revocanda volunt Attentata protinus, tanquam jure nulla, quando Appellatio Extrajudicialis à Parte *in genere*, ſicque contrà incertas perſonas concepta

cepta eſt: * quam quidem extrajudicia- 6
lem Appellationem generalem & à futuro
etiam gravamine, modò quoad rem & fa-
ctum, unde timeri poſſit gravamen, certa
ſit, (adeoque in unâ tantùm cauſâ, non
etiam ſi ſimul in omnibus cauſis interpo-
natur,) valere docet Romanus *conſ.* XVIII.
Decius *in c. bonæ memoriæ n.* 26. & Phil.
Francus *in c. conſuluit. d. Appellat.* * Utique 7
cùm in generali hâc Appellatione nemo
ſit, cui appellans provocationem illam in-
timare poſſit: appellanti intermiſſio inti-
mationis præjudicare non debebit. *vid.*
Eund. Franch. *in d. c. B. M. 51. gl. 9. n. 42. &*
Lancellott. *P. II. d. Attent. c. VI. ampl. 35. pr.*
& n. 51. * Unde Vallenſis *II. Decret. Tit.*
XXVIII. §. *XV. n.* 6. minùs rectè in Appel-
latione quâlibet Extrajudiciali, poſt Ap-
pellationem quoque non intimatam, at-
tentata revocari debere, indiſtinctè per-
hibet.

§. XXXI. Quid autem * in ſpeciali Ap- 1
pellatione, *ſi non conſtet, an actus ante vel
poſt intimationem peractus ſit?* Intimatio
mandati & Inhibitio anterior eſſe præſu-
mitur, ad hoc, ut Attentata excludi poſſint.
Mandoſ. *de Inhibit. qu.* LXXXV. Guid. Papæ
Dec. LXVI. *n. 4. & Dec.* LXIX. *n. 10.* * Sed in at- 2

tentatis circà Appellationem extrajudicialem, poſtquam legitimè inhibitum eſt, attendi debet, an Appellatio ex cauſâ non verâ interpoſita ſit: Quòd ſi enim illa apparenter ſit legitima, tum verò ab ipsô principiô nulla ſunt Attentata & ante omnia revocanda. *c. non ſolùm. § illa. d. Ap-*
3 *pell.* * Unicum adhuc de Intimatione addendum eſt, quòd in cauſâ Beneficiorum, item Electionis, Poſtulationis, & cujuſque Proviſionis, ſi extrajudicialiter appellatum ſit a Procuratore ad Sedem Apoſtolicam, non tantùm Procurator ille Appellato appellationem, ſed & *Mandatum Procuratorium* intimare debeat. *per cl. 3. d. Elect. junct.* Scacciâ. *Qu. VI. d. appellat. n. 34. p. 123.*

1 §. XXXII. Quando* igitur Attentata & quænam in Extrajudiciali Appellatione revocanda ſint, ex his utcunque colligere licet. *conf.* Guid. Papæ *conſ.* CXXXVIII. qui
2 uberiori ἐξετάσει anſam præbebit. *Ampliores ſunt *de Attentatis Commentationes*, quàm ut præter ea, quæ ſubticeri non poſſe inh. Tractatu videbantur, alia huc inferre debuerimus: modò & hoc addere liceat, quòd ſive *à parte* quid attentetur, ſive *à judice*, quando ab hoc provocatum

eſt,

eſt, *utrumque* judex ad quem oblatô libellô (de quo Anton. Faber. *L. I. Cod.Sab. Tit. X. def. 1.*) revocet: Joh. Ferrarius *L.1. c.3.d. Appell. verſ. quicquid itaque.* * prout aliàs 3
quoque Inhibitiones ſimul *contrà Judicem & Partem* decernuntur; utut etiam caſus ſint, ubi *Parti & non Judici* inhiberi poſſit. Lancell. *P.2.d.Attent. c.xx. Ampl. 19.* * Et 4
quidem poſt *ſimplicem arctior* Inhibitio olim ſub pœna Banni, & nunc ferè ſub majori pœnâ pecuniariâ, ultrà 10. Marc. auri, fieri ſolet, eique Citatio jungi ad videndum ſe incidiſſe in pœnam ſimplicis.
* Quandoque etiam ad *ſequeſtrationem* 5
confugere licet. *v.* Colleg. Argent. *Tit. Nil innov. app. pend. th.4.* * Alibi per *Querelam* ap. Superiorem inſtitutam Attentata revocari ſolent, veluti in caſibus ubi Reviſio ap. eundem judicem permittitur: Nam ità non privilegio Attentatorum, quod innovatum eſt, revocari poteſt, cùm Attentatum propriè non ſit: Abbas *in c. Paſtoralis n. 11. & 15.* Quod tamen huc non pertinet. * Sanè *Interdictum Unde vi* 7
& ſimilia Remedia, à Remedio Attentatorum pluribus differunt, uti latè *Vallenſis* docuit *d. l.* § 16. * Ex quo videre eſt, ſi quando gravatum *in c. 51. x. d. Appell.* cum pluribus,

bus, quos ſuprà jam refutavimus, ex capite ſpolii reſtitutum; non autem ex privilegio attentatorum in priſtinum ſtatum repoſitum eſſe concedamus, quòd non tantùm requiſita ſpolii, ejusque Proceſſûs, qui ejus nomine ſuſcipitur, cum textu illô non conveniant; verùm etiam penitùs intentio Pontificis eâ expoſitione admiſſâ pervertatur.

1 §. XXXIII. Etenim * ſi *vis* aut *contumacia Attentantis* metuantur, quid tum a-
2 gendum ſit, Mevius 2. *Dec.* XLVI. decidit: * Similiter *Tertius* quandonam Attentatorum ſe reum reddat, & quomodo illa tunc revocentur, *apud* Græveum extat. *Concl.*
3 LXXII. *conſ.* 1. * Sed quoad *ipſum appellatum* hoc indubium eſt, quòd ſi is quid attentaverit, & vel in parte ſolùm moleſtaverit, (Surdus *Dec.* CXCIV. *n.* 15.) idem deſeruiſſe Appellationem cenſeatur, ut à proſequendo excludi, & judex, à quo appellatum eſt, procedere poſſit; *c.*42.*x.d. Appell.* Scac-
4 cia *qu.* XVII. *Limit.* 2. *n.* 83. * modò Attentata Appellationi directò ſint contraria, veluti ſi appellans pendente appellatione adverſarium ſuâ poſſeſſione, de quâ tamen,
5 controvertitur, ſpoliaverit. * Nam ſi non directò Appellationi contrarientur, ea ſo-
6 lùm revocari debent. * Similiter tunc ad

de-

deſertionem concludimus, ſi incontinenti de Attentatis illis appareat: nam ſi quà factum aut jus dubia ſint, ſecùs ſe habet. * De 7
Appellato autem quæritur, ſi is pendente Appellatione Appellanti minetur, quomodo huic conſulendum ſit? ſi offenſio cauſam Appellationis concerneret, apud ſuperiorem judicem; ſed ſi ab eâ aliena fuerit, licèt fortaſſis inimicitia ex illâ lite orta ſit, apud inferiorem judicem cautionem
de non offendendo petet. * Videlicet cau- 8
ſa fundat juriſdictionem, non odium, quod
ex juriſdictione procedit. * Quid ſi *utraque* 9
Pars attentaverit? *v.* Capyc. *Dec. LXXII. & CCIX. &* Gylmann. *Tom. II. Part. I. Vot. I.*
punct. 3. *Quid denique ſi *judex* ipſe *infe-* 10
rior inhibitioni non pareat, an gravatus *mediò*, ad quem appellatum eſt, *infirmò*, ad Superiorem appellare poterit? Non recipitur Appellatio, ſed per Mandatum ad inferiorem intermedio aſſiſtendum eſt.

§ XXXIV. *Abolentur* * Attentata, ut 1
& factum caſſetur & gravatus in priſtinum ſtatum reſtituatur, cnm fructibus etiam percipiendis, cum reſtitutione item expenſarum, damnorum, intereſſe: cum excluſione omnis Exceptionis ad cauſam
principalem pertinentis: * & quandoque 2
ex

ex arbitrio Magiſtratûs injunctâ *pœnâ* quæ in *Fiſcum* redigi ſolet. Quæ tamen pœna tunc unicè & ſola obtinet, quando *deſerta* Appellatio, & ſuper deſertione pronun-
3 ciatum fuerit. * Neque enim tum Attentata, ne quidem quat. ad contemtum judicis ſuperioris vergunt, per judicem à quo facta tolluntur; ſed tantùm contrà hunc Advocato Fiſci procedere injungitur; prout aliàs quoque ex officio judex ſuperior Attentata coërcet: atque id Praxis Cameræ ſervat. *v.* Gail. I. *Obſ.* CXLVI. *n.* 7. *ſeqq.* * Ita etiam Manfredus *in Lib.* II. *d. Attent. Concl.* 96. ipsô jure Querelam de Attentatis ceſſare tradit, quando de Deſertione
4 conſtet. * Ceſſat prætereà punctus Attentorum, illique renunciatum eſſe videbitur, ſi quando Pars *in cauſa principali procedi* patiatur. Creſcent. *Dec.* VII. *d. ſent. & re jud.*
5 *Nec minùs, ſi *bene judicatum* fuiſſe *pronuncietur*, ſimul etiam quòd Attentata, ſi quæ dentur, (& quidem contrà Appellationem admiſſa,) revocanda non ſint, pronunciatum eſſe putandum eſt: in tantum, ut h. m. omnia etiam *acceſſoria* remiſſa cenſeantur, ideòque ampliùs peti non poſſint.
6 Gu. Papæ. *conſ.* CCXXXIX. *n.* 3. * Sed ad differendam Attentatorum revocationem *Appellatio*

pellatio non admittitur: Lancellott. *P. II. d. Attent. c. 28. n. 72.*

§. XXXV. Modos * *procedendi* quod 1
attinet: in univerſum hodiè in puncto Attentatorum ſummariè & de plano, per implorationem Officii judicis, proceditur. *C.* der E. G. O. *P. 3. Tit. 37. §. 5.* Græv. *Concl. CXLVI.* *Et Contardus *Lim. XXV. n. 23. ad l.* 2
un. C. ſi de moment. poſſ. in *Extrajud. Appellatione* viâ Attentatorum, absque libello, ſummariè & officio judicis, ſuccurri debere ait: ne ultrà quàm par eſt, moram litibus Proceſſus Attentatorum injiciat: ceu de eo conqueritur D. Ludolphus Hugo *in Conſultat. d. Proc. App. emend. Part. I. c. II.*
* Quod etiam de viâ *Ordinariâ* revocandi 3
Attentata intelligendum eſt: in quâ licèt cognitione & examine opus ſit, atque ſententia declaratoria ſuper Attentatis feratur, *Libellus* tamen ut in eâ interveniat non requiritur. R. A. *d. an. 1570.* §. *95.* In viâ autem *Mandatorum* protinùs quoque à Præcepto inchoatur: * Quarum viarum una 6
vel altera quando locum habeat, ut rectiùs percipi poſſit, quatuor omninò tempora obſervanda ſunt. Nam (1) Attentata *intrà ſententiam & interpoſitam Appellationem* per Mandata S. C. penitùs revocantur, & qui-

quidem, parte non auditâ extrajudicialiter.
5 * Quatenùs verò in Appellatione extrajudiciali fiat, ut Attentata ante ejus introductionem exoriantur, eaque etiam retractari per viam celerem poſſint, ex ſuprà traditis colligi, & exinde de ſpeciebus ejusd. Appellationis, tam eâ quæ a Judice, quàm ea, quæ à Parte ſuſcipitur, judicari
6 poteſt. * Nam quòd ab *Interlocutoria* ſi appellatum fuerit, licèt illa vim definitivæ habeat, Attentata tamen ante Inhibitionem admiſſa non revocentur, donec de causâ Appellationis cognitum fuerit: *c. non ſolùm. d. Appell. in 6.* Guid. Papæ *conſ. 4. n. 1. & conſ. 69. n. 10.* illud itidem de regula in-
7 telligendum eſt. (2) * *poſt decendium ante notificationem Appellationis* ſi quid attentetur, in Camera pro attentatô non habetur.
8 * Sed (3) *poſt intimationem* Appellationis, ante inſinuatam Inhibitionem, Attentata, & quidem ante diſceptationem cauſæ principalis, ante omnia revocantur; nec tamen per viam extrajudicialem Mandatorum, ſed per remiſſionem ad Proceſſum Judicialem & modum Appendicis Proceſsûs Appellationis, Parte deſuper auditâ. *v.* Conc.
9 *P. 3. T. XXXVII. §. f.* * Sicque ſuper illis protinùs pronunciatur ante definitivam, quando

quando cauſam principalem non concernunt. Ant. Fab. *Lib. I. C. T. X. def. 1.* Non Obſt. O. Cam. *P. 3. Tit. XXXI.* (*v.* Gail. 1: *O. CXLVI. n. 8.*) * Imò ſi ex actis vel aliunde 10
notoria ſint, è veſtigio eadem ſinè ulteriori Proceſſu, parte etiam non petente, judex revocat: Scaccia *Qu. XVII. Lim. XLVII. memb. 1. n. 173.* idque etiam ſi injuſta ſit Appellatio, ſaltim ut per evidentem calumniam interjecta non fuerit. Anton. Faber. *Tit. ut lite pend. def. 1.* * (4) *Poſt inſinua-* 11
tionem Inhibitorialium, etiam citrà cognitionem, & inauditâ parte, ſicque extrajudicialiter, Attentata *per* R. A. *1654.* §. *59.* revocantur. * Id quod quidem ſemper etiam 12
tum fieri ſolet, quando *Mandata* revocatoria ante oppoſitas Exceptiones deſertionis aut non factæ devolutionis petuntur: *Veluti ſi *poſt eas* petita fuerint, tunc ſo- 13
lùm, quando exceptiones irrelevantes & frivolæ ſunt, extrajudicialis, & ſic absque declaratoria ſententia, fit revocatio: (ne aliàs Parti appellatæ integrum ſit, per attentata, contrà Inhibitionem facta, viam Mandati intervertere:) * Secùs verò & ſi 14
non frivolæ ſint, difficillimum eſt, ut Mandata de revoc. Attentatis decernantur; Sed ad judicium ſuper illis exceptio-

Zz nibus

nibus, v. c. non fundatæ jurisdictionis, ſup-
15 plicatio remittitur. *arg. d.* §. *59.* * Quòd ſi tandem Attentata *duplicia* occurrant, puta quæ adverſus Appellationem, & alia quæ adverſus Inhibitionem admiſſa ſint: Tunc prioribus per Proceſſum Appellator. unà conſulitur; poſteriora verò per viam celerem & privilegiatam tolluntur.

1 §. XXXVI. Ad * DISCEPTATIONEM *principalem* ſi deventum fuerit, in genere obſervandum eſt, quòd in multis etiam cauſis Appellatio Extrajudicialis *Summariô Proceſſu* terminanda ſit: veluti præter cauſas *Executivas*, aliasque ſuprà recenſitas, de cauſis *Proviſionum*, Electionum, & ſimil. *ex cl. 2. d. Judic. & cl. ſæpè d. V. S.* appa-
2 ret. * In ſpecie autem de *Contumaciâ* videndum eſt, de quâ evolve poſt Frideric. *P. III. Proc. c. 15.* Carpz. *P. 1. Conſt* XIX. *def. 31. ſeqq. & III. Reſp. Tit. XII. Reſp. CXXII.* Gail. I. *Obſ. LIX. & LX.* Roding. *L. 3. Tit. LI. LIV. & LV. item latè* Brederod. *P. II. Tit. XXV. d. Appell.*
3 *col. 486. ſeqq.* * Ut tantùm illud de *Beneficiis Eccleſiaſticis* addamus, ſi de beneficio quod. Eccleſiaſtico obtinendo cum poſſeſſore litigetur, quòd tunc ob hujus contumaciam alter in beneficii poſſeſſionem non mittatur. *c. un. d. eo qui mitt. in bon. poſſ. in*

VI poſt

VI. poſt c. 1. x. eod. Secùs ubi jam obtentum ſit beneficium, & controverſia quoad proprietatem moveatur. *c. dilecto filio. x. d. V. S.* * Partibus verò *comparentibus* ſi *ſuper actis Prioribus*, ubi ea intercesserint, ſubmittitur; tunc ne quidem Libellus, qui porrectus eſt, attendi, aut Parti communicari debet: eò quòd ſuper libello ſubmittere, ſit gravamina aliter, quàm ex actis prioris inſtantiæ deducere. Anton. Fab. *Lib. VI. Tit. XXVI. def. XV.* * niſi etiam in ſupplicatione pro Proceſſ. ad unum alterumve libellandi modum ſe quis obtulerit: ita enim variare deinceps non liceret. *C.* der C.G.O. *P. 3. Tit. XIII.* §. *3. Præjud. Cam.* extat *in c.* J. von D. Probſten zu X. *contr.* J. G. von W. den *5. Oct. 1660.* quòd Libellus punctatus in eâ c. nach Geſtalt der Sachen / der ad acta priora gethaner ſubmiſſion ohngeachtet / einzubringen. Quod ni fiat, ſolle alsdann Appellat à citatione abſolvirt und Appellans in expenſas condemniret werden. * E contrario etiam reo nonnunquam, ut ad Acta priora concludat, non permittitur; ſed reſciſsâ Concluſione terminus ad excipiendum in ſpecie contrà libellum præfigi ſolet; cum comminatione, qùòd ſi illud non fiat, daß alsdann der Krieg rechtens vor

4

5

6

befeſtigt und die Gravamina vor bekandt angenommen ſeyn ſollen. Ita *in c. D. W. Appellant. contr.* E. G. *& Conſ. d. 7. Jul.*
7 *1657.* * Sed vix eſt, ut ſuper Actis prioribus in eô genere Appellationis Extrajudicialis ſubmittamus.

1 §. XXXVII. Itaque ad * ipſam Appellationis *Juſtificationem* quomodocunque deveniatur, non ita Appellatio extrajudicialis à Parte, vel etiam à judice, per ſolam probationis oblationem juſtificatur, ut judicialis: neque etiam Pars probationes oblatas recipere debet aut poteſt; ſed cauſa gravaminis extrajudicialis verè probari debet: ſi modò Felino *c. 1. n. 2. x. d. Appell.*
2 fidendum foret. * Sunt enim ſolliciti *Canoniſtæ* in eo, ut multas utriusque, judicialis & extrajudicialis, Appellationis differentias comminiſcantur: quas tamen ubi examinaveris, diverſa tempora eos confundere, aut terminos eosd. variâ tamen ſignifi-
3 catione adhibere experieris. * Ita juſtificare *Felino*, quoad Appellationem extrajudicialem, eſt *ultimatò* juſtificare, ut in cauſa gravatus obtineat; cùm quidem ad hoc, ut acceptetur, ſeu in formalibus rata ſit, (quomodo quidem dum de judiciali loquitur, juſtificationem ſumit,) vera gravami-

vaminis probatio non requiratur: * ne in 4
hâc etiam Appellatione extrajudiciali nullam formalium & materialium, ſeu meritorum cauſæ, diſtinctionem fieri debere aſſeramus. Quòd quidem fieri non debet.

§. XXXVIII. Potiùs * *veroſimilis* tantùm 1
Gravaminis eſſe debet *Probatio.* Aut ſaltim diſt. eſt, an de gravamine præſenti an futuro agatur: ut hoc veriſimiliter probari ſufficiat, & ſi deinceps re ipsâ ſubſequatur, tanquam attentatum revocandum ſit. Ant.d. Butrio *ad c.51. x. d. Appell. n. 16.* * Ita 2
qui appellat, ne per venditionem rei in poſſeſſione ejus turbetur, ſi ſit in poſſeſſione, revocationem venditionis & omnium attentatorum operatur Appellatio. *d. c. 51.* * 3
Sed ſi eum poſſidere non appareat, poſſidens alter uti re ſuâ non impedietur, & potiùs appellans cauſam appellationis veram eſſe probabit, v. c. quòd domus vel res ipſius ſit: aliàs per appellationem ejuſmodi, eô ipsô quòd in poſſeſſione non eſt, venditio non reſcinderetur: *v. l. illud. d. petit. hæred.* nec revocatio Attentatorum fieret. * 4
Quamvis autem quoad vendentem qui in poſſeſſione eſt, atque contrà eum, quò minùs jure ſuo uteretur, nil efficiat appellatio, *conf. unà l. ſi major. C. de reſcind. Vend. l.*

5 *pen. d. uſuc. pro emt.* *Tamen illa effectibus ſuis non deſtituitur, quippe quòd per viam Attentatorum hâc de causâ agatur ſummariè abſque Libello & ſic ex officio judicis, cùm quidem in petitorio diutinus & ſolen-
6 nis proceſſus requiſitus fuiſſet. * Deinde proteſtationem & denunciationem quandam operatur, quæ novum poſſeſſorem, ad quem poſt appellationem devenit poſſeſſio, in malâ fide conſtituit: ut vel ſic poſtmodùm ad reſtitutionem fructuum teneatur, nec titulus poſt appellationem quæſitus eum à malâ fide excúſare valeat. *v. l. ſi fundum. C. d. Rei. Vind.*

1 §. XXXIX. Etenim * pro veritate cauſarum in Appellatione Extrajudiciali expreſſarum nunquam *præſumitur*; ſed earum veritas probanda eſt. Natta. *conſ.*
2 *DCVI. n.* 12. * Quòd ſi verò ſequatur gravamen, cùm de *futuro* appellatum eſſet, tum v. ut veritas cauſæ probetur, non opus eſt; ſed ſufficit, quòd jus, ne quid poſt appellationem fieret, inhibuerit: Imol. *in c. bonæ memor. n. 20.* adeòque retractatio Attentati abſque cauſæ probatione ſequetur.
3 * Quò quidem ea *Doctorum* pertinet obſervatio: quòd ad hoc ut Attentata revocentur, appellans titulum poſſeſſionis ſuæ juſti-

juſtificare non debeat, cùm in odium attentantis ſatis ſit, quòd appellans poſſideat. *v. c. 51. x. d. Appell.* * Et quamvis in *Beneficialibus*, h. e. cauſis ad beneficia pertinentibus, nonnulli appellantem eum repellendum eſſe doceant, de cujus non jure conſtat, dum is Attentata revocari deſiderat. Tamen Attentatorum privilegio ea doctrina non congruit, quippe in quo, cùm judicis contumelia attendatur, ne quidem notorium officit; ſed ad Interdictum Unde vi pertinet. 4

§. XL. Quemadmodùm * verò ipſa *Juſtificatio*, ùt MERITA cauſæ concernit, (de eâ enim nunc aliqua dicemus,) in Appellatione judiciali, ſi ex unô gravamine, quamvis ſpontè expreſſô, fieri non poſſit, per aliud etiam à Parte non allegatum rectè peragitur, ad hoc ut ſententia quôvis modô infirmetur: *l. 3. in f. ff. d. Appell.* Guid. Papæ *Singul.* XXXII. * (quanquam ſi ab interlocutoriâ appellatum ſit, appellatio ex iisdem actis juſtificari debeat: C. G. O. *P. II. Tit.* XXIX. §. 2. & Deput. Abſch. 1600. §. Nachdemmahl. declarationes aliquas ſuggerente Clezelio *c. VI. d. Appell.* §. 73. *ſeqq.*)* Ità provocationem *Extrajudicialem* non niſi, per expreſſas appellandi cauſas 1 2 3

juſtificandum eſſe volunt. *Per cl. 5. x. d. appell. c. 70. x.* eod. Indeque Scripturam requiri dicunt, ne deinde alia quàm deſignata cauſa accerſatur. P. Gregor. *Lib. VI.*
4 *d. Appell. c. 1. n. 8.* * Verùm ex dd. ccapp. illud non conficitur, neque etiam Ord. Cam. *P. II. Tit. XXIX.* §. Wo aber von andern. illam ſententiam comprobat: Ità ut Clezelius victas dare manus neceſſe non habuerit; ſed facilè, quòd de gravamine extrajudiciali, præſertim quod ſtrictè ſic dicitur, *Ordinatio* non agat, reſpondere po-
5 tuerit. * Hinc non tantùm Rulantus *P.* III. *d. Commiſſ. Lib. VIII. c.* XIII. *n. 46.* aliam etiam non deductam cauſam attendi præjudic. firmat; ſed & Author *præjud. Cam. fol.*
6 23. idem aſſerit. * Nempe cauſarum expreſſio ideò adhibetur, ut appellationem Superior recipiat. Ut verò ſemel recepta appellatio, ſi in probando cauſas ejuſmodi ſuccubuerit appellans, non etiam aliô quôd. gravamine juſtificari poſſe debeat, illud nullibi ſancitur. Et nec appellationis ab Interlocutoriâ tantus, ut noſtræ Pro-
7 vocationis, favor eſt. * Quid ſi *nova* fuerit cauſa, & gravamen *ſuperveniens?* Illud quoque, cùm appellatio ſit favorabilis, deduci poſſe *Guido Papa* tradit. *Conſ.* LXXIX.

in

in fin. & Abbas *in c. ex parte. d. Teſtam. item* Bald. *addit. ad* Speculat. *d. Appell. verſ. in dubio.* * Et imò *diſſentientes* etiam hoc facilè largiuntur, quemadmodum ab Interlocutoria Appellatio quibuſdam caſibus ex cauſis non expreſſis juſtificatur, quòd ſimiliter etiam extrajudicialis in paribus ſpeciebus ex novâ vel non expreſsâ causâ juſtificationem nanciſci queat: *v.* Brederod. *Tr. d. Appell. Part, I. Tit. XX. col. 463. uſque 466.* de quo pleniùs etiam ex his, quæ de expreſſione cauſarum ſuperiùs explicavimus, judicari poteſt. 8

§. XLI. An autem * NULLITATUM quoque INCIDENTIUM, quæque principaliter propoſitæ non ſunt, ſi quando appellans juſtificare quoad formalia appellationem poſſit, ratio habeatur, ut illas tum adhuc deducere liceat? quæritur. Negandum eſt in Appellatione *judiciali*, ſi de formalibus actum ſit uti v.c. ſi appellatio deſerta fuerit. Ruginell. §. III. *d. Appell. n. 18.* Unde longè tutius olim fuerat, ut jus dicendi de Nullitate tam principaliter quàm incidenter reſervaremus. * Jam verò diſtinctiùs ita habendum eſt: ſi Nullitas ſimpliciter tanquam acceſſoria ſpectetur, quod fit quando in cauſa eſt Ap- 1 2

pellationi, vel quando ejus causâ ſimul appellatum fuit: id quòd ideò fieri conſultum eſt, quòd aliàs per ſe Nullitas executionem non ſuſpenderet, *v.* Notator. *ad* Roding. *Lib. I. Tit. XXI, p.* 307. Tum verò deſertâ Appellatione de Nullitate quæri ampliùs non poſſit. C. G. O. *P. III. Tit.*
3 *XXXIV.* §. 3.* Sæpiùs tamen adhuc cauſæ aliunde ſubvenitur: v. gr. ſi Magiſtratus executoriale Mandatum ſinè prævià ſententiâ decernit: Utcunque illi, qui jus potius ſe habere prætendunt, Appellatione non indigeant, cùm mandatum hactenùs vim rei judicatæ ſortiri non poſſit: Tamen ſi appellaverint & appellationem deſeruerint, poſtmodum de Nullitate conqueri non poterunt. Interim Executorialibus illis non excluduntur, quò minùs adhuc
4 apud Judicem à quo interveniant. * Cæterùm quando vel maximè Nullitas ſanabilis Appellationi juncta & hæc deſerta pronunciata fuerit: tamen alia adhuc dum Nullitas, quæ inſanabilis, nec unà propoſita eſt, in novum judicium deduci poteſt, & tunc impetratâ citatione executio eò uſque, donec ſuper Nullitate pronunciatum ſit, differtur. *v.* Magenhorſt, *ſeu potiùs* Caſparum Obſopæum *Cam. Aſſeſſ. P.* III. *Tit.*

Tit. xxxiv. p. 453. * Quid autem ſi inciden- 5
ter Nullitas eſſet propoſita inſanabilis? (Quæ v. *inſanabiles* ſint? *vid. apud.* Notator. Roding. *Lib. I. Tit.* xxxiii. *pag. 399.*) Tunc quidem, etiamſi quis Appellationem deſeri paſſus fuiſſet, tamen judex adhuc ſuper Nullitate pronunciare poteſt. Blumius. *T. LVI. Proc. Cam.* §. 20. Roding. *d. t. n. 10. & 11. &* Klock II. *Conſ. XLVII. n. 26. 45. & 46.* * Quòd ſi deinde Nullitas principa- 6
liter intentetur, adjunctâ alternativè Appellatione, & petatur, ut de Nullitate cognoſcat judex, de quâ non ſi appareat, ut tunc minimùm iniquam fuiſſe ſententiam pronunciet: *jx. C.* der C. G. O. *P.* III. *Tit. XL. jr.* Ità vero de deſertione Appellationis non adeò erit diſputandum, cùm & Nullitas præcipuè & principaliter intentata ſit, quod ad 30. uſque annos fieri poteſt. * Unde & Friderus *c. XI. d. Continent. cauſ.* 7
§. xii. docet, quòd deſertâ Appellatione non deſerta cenſeatur Nullitas, quando utraque principaliter intentata eſt. Qui cùm inter ſanabilem & inſanabilem Nullitatem non diſtinguat, nec etiam *Receſſu Imperii noviſſimo d. ann. 1654.* ſanabilem Nullitatem intrà decendium principaliter proponi poſſe prohibeatur: tantùm quòd fata-

nibus, v. c. non fundatæ jurisdictionis, ſupplicatio remittitur. *arg. d.* §. *59.*

15 * Quòd ſi tandem Attentata *duplicia* occurrant, putà quæ adverſus Appellationem, & alia quæ adverſus Inhibitionem admiſſa ſint: Tunc prioribus per Proceſſum Appellator. unà conſulitur; poſteriora verò per viam celerem & privilegiatam tolluntur.

1 §. XXXVI. Ad * DISCEPTATIONEM *principalem* ſi deventum fuerit, in genere obſervandum eſt, quòd in multis etiam cauſis Appellatio Extrajudicialis *Summariò Proceſſu* terminanda ſit: veluti præter cauſas *Executivas*, aliasque ſuprà recenſitas, de cauſis *Proviſionum*, Electionum, & ſimil. *ex cl. 2. d. Judic. & cl. ſæpè d. V. S.* apparet.

2 * In ſpecie autem de *Contumaciâ* videndum eſt, de quâ evolve poſt Frideric. *P. III. Proc. c. 15.* Carpz. *P. 1. Conſt* XIX. *def. 31. ſeqq. & III. Reſp. Tit. XII. Reſp. CXXII.* Gail. 1. *Obſ. LIX. & LX.* Roding. *L. 3. Tit. LI. LIV. & LV. item latè* Brederod. *P. II. Tit. XXV. d. Appell. col. 486. ſeqq.*

3 * Ut tantùm illud de *Beneficiis Eccleſiaſticis* addamus, ſi de beneficio quod. Eccleſiaſtico obtinendo cum poſſeſſore litigetur, quòd tunc ob hujus contumaciam alter in beneficii poſſeſſionem non mittatur. *c. un. d. eo qui mitt. in bon. poſſ. in*

VI poſt

VI. poſt c. 1. x. eod. Secùs ubi jam obtentum ſit beneficium, & controverſia quoad proprietatem moveatur. *c. dilecto filio. x. d. V. S.* * Partibus verò *comparentibus* ſi *ſuper actis Prioribus*, ubi ea interceſſerint, ſubmittitur; tunc ne quidem Libellus, qui porrectus eſt, attendi, aut Parti communicari debet: eò quòd ſuper libello ſubmittere, ſit gravamina aliter, quàm ex actis prioris inſtantiæ deducere. Anton. Fab. *Lib. VI. Tit. XXVI. def. XV.* * niſi etiam in ſupplicatione pro Proceſſ. ad unum alterumve libellandi modum ſe quis obtulerit: ità enim variare deinceps non liceret. *C.* der C. G. O. *P. 3. Tit. XIII. §. 3. Præjud. Cam.* extat *in c.* J. von D. Probſten zu X. *contr.* J. G. von W. den *5. Oct. 1660.* quòd Libellus punctatus in eâ c. nach Geſtalt der Sachen / der ad acta priora gethaner ſubmiſſion ohngeachtet / einzubringen. Quod nî fiat, ſolle alsdann Appellat à citatione abſolvirt und Appellans in expenſas condemniret werden. * E contrario etiam reo nonnunquam, ut ad Acta priora concludat, non permittitur; ſed reſciſsâ Concluſione terminus ad excipiendum in ſpecie contrà libellum præfigi ſolet; cum comminatione, qvòd ſi illud non fiat, daß alsdann der Krieg rechtens vor

4 5 6

befeſtigt und die Gravamina vor bekandt angenommen ſeyn ſollen. Ita *in c. D. W. Appellant. contr.* E. G. *& Conſ. d. 7. Jul.*
7 *1657.* * Sed vix eſt, ut ſuper Actis prioribus in eô genere Appellationis Extrajudicialis ſubmittamus.

1 §. XXXVII. Itaque ad * ipſam Appellationis *Juſtificationem* quomodocunque deveniatur, non ita Appellatio extrajudicialis à Parte, vel etiam à judice, per ſolam probationis oblationem juſtificatur, ut judicialis: neque etiam Pars probationes oblatas recipere debet aut poteſt; ſed cauſa gravaminis extrajudicialis verè probari debet: ſi modò Felino *c. 1. n. 2. x. d. Appell.*
2 fidendum foret. * Sunt enim ſolliciti *Canoniſtæ* in eo, ut multas utriusque, judicialis & extrajudicialis, Appellationis differentias comminiſcantur: quas tamen ubi examinaveris, diverſa tempora eos confundere, aut terminos eosd. variâ tamen ſignifi-
3 catione adhibere experieris. * Ita juſtificare *Felino*, quoad Appellationem extrajudicialem, eſt *ultimatò* juſtificare, ut in cauſa gravatus obtineat; cùm quidem ad hoc, ut acceptetur, ſeu in formalibus rata ſit, (quomodo quidem dum de judiciali loquitur, juſtificationem ſumit,) vera gravami-

vaminis probatio non requiratur: * ne in 4
hâc etiam Appellatione extrajudiciali nullam formalium & materialium, ſeu meritorum cauſæ, diſtinctionem fieri debere aſſeramus. Quòd quidem fieri non debet.

§. XXXVIII. Potiùs * *veroſimilis* tantùm 1
Gravaminis eſſe debet *Probatio*. Aut ſaltim diſt. eſt, an de gravamine præſenti an futuro agatur: ut hoc veriſimiliter probari ſufficiat, & ſi deinceps re ipsâ ſubſequatur, tanquam attentatum revocandum ſit.
Ant. d. Butrio *ad c. 51. x. d. Appell. n. 16.* * Ita 2
qui appellat, ne per venditionem rei in poſſeſſione ejus turbetur, ſi ſit in poſſeſſione, revocationem venditionis & omnium attentatorum operatur Appellatio. *d. c. 51.* * 3
Sed ſi eum poſſidere non appareat, poſſidens alter uti re ſuâ non impedietur, & potiùs appellans cauſam appellationis veram eſſe probabit, v. c. quòd domus vel res ipſius ſit: aliàs per appellationem ejuſmodi, eô ipsô quòd in poſſeſſione non eſt, venditio non reſcinderetur: *v. l. illud. d. petit. hæred.* nec revocatio Attentatorum fieret. * 4
Quamvis autem quoad vendentem qui in poſſeſſione eſt, atque contrà eum, quò minùs jure ſuo uteretur, nil efficiat appellatio, *conf. unà l. ſi major. C. de reſcind. Vend. l.*

5 *pen. d. uſuc. pro emt.* *Tamen illa effectibus ſuis non deſtituitur, quippe quòd per viam Attentatorum hâc de causâ agatur ſummariè abſque Libello & ſic ex officio judicis, cùm quidem in petitorio diutinus & ſolennis proceſſus requiſitus fuiſſet. * Deinde
6 proteſtationem & denunciationem quandam operatur, quæ novum poſſeſſorem, ad quem poſt appellationem devenit poſſeſſio, in malâ fide conſtituit: ut vel ſic poſtmodùm ad reſtitutionem fructuum teneatur, nec titulus poſt appellationem quæſitus eum à malâ fide excúſare valeat. *v. l. ſi fundum. C. d. Rei. Vind.*

1 §. XXXIX. Etenim * pro veritate cauſarum in Appellatione Extrajudiciali expreſſarum nunquam *præſumitur*; ſed earum veritas probanda eſt. Natta. *conſ.*
2 *DCVI. n.* 12. * Quòd ſi verò ſequatur gravamen, cùm de *futuro* appellatum eſſet, tum v. ut veritas cauſæ probetur, non opus eſt; ſed ſufficit, quòd jus, ne quid poſt appellationem fieret, inhibuerit: Imol. *in c. bonæ memor. n.* 20. adeòque retractatio Attentati abſque cauſæ probatione ſequetur.
3 * Quò quidem ea *Doctorum* pertinet obſervatio: quòd ad hoc ut Attentata revocentur, appellans titulum poſſeſſionis ſuæ

juſti-

juſtificare non debeat, cùm in odium attentantis ſatis ſit, quòd appellans poſſideat. *D. c. 51. x. d. Appell.* * Et quamvis in *Beneficialibus*, h. e. cauſis ad beneficia pertinentibus, nonnulli appellantem eum repellendum eſſe doceant, de cujus non jure conſtat, dum is Attentata revocari deſiderat. Tamen Attentatorum privilegio ea doctrina non congruit, quippe in quo, cùm judicis contumelia attendatur, ne quidem notorium officit; ſed ad Interdictum Unde vi pertinet. 4

§. XL. Quemadmodùm * verò ipſa *Juſtificatio*, ùt MERITA cauſæ concernit, (de eâ enim nunc aliqua dicemus,) in Appellatione judiciali, ſi ex unô gravamine, quamvis ſpontè expreſſô, fieri non poſſit, per aliud etiam à Parte non allegatum rectè peragitur, ad hoc ut ſententia quôvis modô infirmetur: *l. 3. in f. ff. d. Appell.* Guid. Papæ *Singul.* XXXII. * (quanquam ſi ab interlocutoriâ appellatum ſit, appellatio ex iisdem actis juſtificari debeat: C. G. O. *P. II. Tit.* XXIX. §. 2. & Deput. Abſch. 1600. §. Nachdemmahl, declarationes aliquas ſuggerente Clezelio *c. VI. d. Appell.* §. 73. *ſeqq.*)* Ità provocationem *Extrajudicialem* non niſi, per expreſſas appellandi cauſas 1 2 3

juſtificandum eſſe volunt. *Per cl. 5. x. d. appell. c. 70. x.* eod. Indeque Scripturam requiri dicunt, ne deinde alia quàm deſignata cauſa accerſatur. P. Gregor. *Lib. VI.*
4 *d. appell. c. 1. n. 8.* * Verùm ex dd. ccapp. illud non conficitur, neque etiam Ord. Cam. *P. II. Tit. xxix.* §. Wo aber von andern. illam ſententiam comprobat: Ità ut Clezelius victas dare manus neceſſe non habuerit; ſed facilè, quòd de gravamine extrajudiciali, præſertim quod ſtrictè ſic dicitur, *Ordinatio* non agat, reſpondere po-
5 tuerit. * Hinc non tantùm Rulantus *P.* III. *d. Commiſſ. Lib. VIII. c.* XIII. *n. 46.* aliam etiam non deductam cauſam attendi præjudic. firmat; ſed & Author *præjud. Cam. fol.*
6 23. idem aſſerit. * Nempe cauſarum expreſſio ideò adhibetur, ut appellationem Superior recipiat. Ut verò ſemel recepta appellatio, ſi in probando cauſas ejuſmodi ſuccubuerit appellans, non etiam aliô quôd. gravamine juſtificari poſſe debeat, illud nullibi ſancitur. Et nec appellationis ab Interlocutoriâ tantus, ut noſtræ Pro-
7 vocationis, favor eſt. * Quid ſi *nova* fuerit cauſa, & gravamen *ſuperveniens?* Illud quoque, cùm appellatio ſit favorabilis, deduci poſſe *Guido Papæ* tradit. *Conſ.* LXXIX.

in

in fin. & Abbas *in c. ex parte.d.Teſtam. item* Bald. *addit. ad* Speculat. *d. Appell. verſ. in dubio.** Et imò *diſſentientes* etiam hoc facilè largiuntur, quemadmodum ab Interlocutoria Appellatio quibuſdam caſibus ex cauſis non expreſſis juſtificatur, quòd ſimiliter etiam extrajudicialis in paribus ſpeciebus ex novâ vel non expreſsâ causâ juſtificationem nanciſci queat: *v.* Brederod. *Tr. d. Appell. Part. I. Tit. XX. col. 463. uſque 466.* de quo pleniùs etiam ex his, quæ de expreſſione cauſarum ſuperiùs explicavimus, judicari poteſt. 8

§. XLI. An autem* NULLITATUM quoque INCIDENTIUM, quæque principaliter propoſitæ non ſunt, ſi quando appellans juſtificare quoad formalia appellationem poſſit, ratio habeatur, ut illas tum adhuc deducere liceat? quæritur. Negandum eſt in Appellatione *judiciali*, ſi de formalibus actum ſit uti v.c. ſi appellatio deſerta fuerit. Ruginell. §. III. *d. Appell. n. 18.* Unde longè tutius olim fuerat, ut jus dicendi de Nullitate tam principaliter quàm incidenter reſervaremus. *Jam verò diſtinctiùs ita habendum eſt: ſi Nullitas ſimpliciter tanquam acceſſoria ſpectetur, quod fit quando in cauſa eſt Ap- 1 2

 pel-

Tit. XXXIV. p. 453. * Quid autem ſi incidenter Nullitas eſſet propoſita inſanabilis? (Quæ v. *inſanabiles* ſint? *vid. apud.* Notator. Roding. *Lib. I. Tit.* XXXIII. *pag. 399.*) Tunc quidem, etiamſi quis Appellationem deſeri paſſus fuiſſet, tamen judex adhuc ſuper Nullitate pronunciare poteſt. Blumius. *T. LVI. Proc. Cam.* §. 20. Roding. *d. t. n. 10. & 11. &* Klock II. *Conſ. XLVII. n. 26. 45. & 46.* * Quòd ſi deinde Nullitas principaliter intentetur, adjunctâ alternativè Appellatione, & petatur, ut de Nullitate cognoſcat judex, de quâ non ſi appareat, ut tunc minimùm iniquam fuiſſe ſententiam pronunciet: *jx. C.* der C. G. O. *P.* III. *Tit. XL. ȷ r.* Ità vero de deſertione Appellationis non adeò erit diſputandum, cùm & Nullitas præcipuè & principaliter intentata ſit, quod ad 30. uſque annos fieri poteſt. * Unde & Friderus *c. XI. d. Continent. cauſ.* §. XII. docet, quòd deſertâ Appellatione non deſerta cenſeatur Nullitas, quando utraque principaliter intentata eſt. Qui cùm inter ſanabilem & inſanabilem Nullitatem non diſtinguat, nec etiam *Receſſu Imperii noviſſimo d. ann. 1654.* ſanabilem Nullitatem intrà decendium principaliter proponi poſſe prohibeatur: tantùm quòd fata-

Margin numbers: 5 (at "Tit. XXXIV"), 6 (at "& 46."), 7 (at "Unde & Friderus").

fatale interponendæ Querelæ ob Nullitatem ſanabilem ad decendium reſtrictum ſit: §. 121. *d.* R. A. Ideò ambigi poterit, num ſanabili Nullitate intrà decendium principaliter propoſitâ, adjunctâ ei querelâ Appellationis, hâc deſertâ etiam ipſa
8 Nullitatis querela expirâſſe cenſeatur? * Equidem in judiciali appellatione quid de incidenter propoſitâ Nullitate reſpondendum ſit, ex jam dictis facilè patet: in quâ Appellatione tum quoque *incidenter* propoſitæ Nullitates *Franco* putantur, *in c. dilecto. n. 63. & 65.* quando appellans dixiſſet: *ſententia nulla eſt, & ſi eſt aliqua appello:* diſſentiente rectiùs Covarruviâ *& plurib. ap.* Contard. *ad l. un. C. ſi de mom. poſſ. Limit.*
9 *VII. n. 12.* * Similiter quando *iterum pronunciari* in causâ Appellationis petierit. Reliquas ſpecies habet Vantius *d. Nullitat. Tit. Quot & quib. mod. Nullit. & Tit. Quis poſſ. dic. de Nullit. n. 33. item* Contard. *d. Tr. Lim. 24. n. 36. ſeqq.* Covarruv. *Qu. Pr. 24. n. 7. &*
10 Mynſing. v. *Obſ. XCI.* * Quibus & hoc addendum eſt, quòd tum nihilominus, ſi ipſa *merita* Appellationis juſtificari non poſſint, adhuc Nullitates deduci nil vetet. Etiamſi enim *mentio Nullitatis* non facta ſit, quòd ſi tamen Gravamina Appellatio-

nis

nis Nullitatis Proceſſus concernere deprehendantur, ſive incidentes ſive etiam principales ſint, tunc etiam per Appellationem Nullitatis Querela, idque non in Camerâ ſolùm; O. Cam. *P. III. Tit. XXIV. & XXXIV.* & Mynſing. *V. O. XCI.* ſed aliàs quoque uſu fori, introducta eſſe cenſetur. Covarruv. *P Pr. QQ. c. XXIV.* * Idque ſi à definitivâ appellatum eſſet. Nam in Appellatione ab *Interlocutoria*, ſi Nullitatis facta non fuerit mentio, Superior judex etiam de illa cognoſcere non debet. Innocent. *in c. dilecto filio. x. d. Appell.* Guid. Papæ *Conſ. 178. n. 4.* 11

§. XLII. Sanè * in Gravamine *Extrajudiciali*, ut de eo nunc dicamus, non præcisè iniquitas, ſed vel maximè etiam Nullitas attenditur, hæcque provocationem quoque eam, quæ à Magiſtratu fit, conſtituit; ſolùm quòd hoc caſu pro eô hactenùs præſumatur, ut ad ſummum iniquè proceſſerit. * Itaque in Appellatione extrajudiciali Gravamina ex iniquitate & Nullitate procedentia ad eundem effectum redigenda eſſe quis facilè aſſereret: ut Nullitatum quoque incidentium, ſi formalia Appellationis juſtificari non poſſint, ratio adhuc habeatur. * Interim cùm in forma-

1 2 3

formalibus prædicta æquiparatio non obtineat, ut noſtra quoque Extrajudicialis Appellatio ad modum judicialium, quoad Nullitates, in h. paſſu redigatur, verius & imò neceſſarium eſt.

1 §. XLIII. Sæpiùs etiam * cauſa ad gravantem REMITTITUR, ſi quando à gravamine, pendente lite apud judicem inferiorem, extrà judicium in eâdem cauſâ provocatum fuerit: vel potiùs Camera Appellationem recipit & gravamen tollit; cauſam verò principalem, ad judicem priorem remittit: ceu *in c.* Burgermeiſter und Rath zu Z. *contr.* die Gemeind der Dorffſch. W. *Appellat.* 13. *Dec.* 1661. in Cam. pronunciatum eſt: *malè judicatum eſſe, bene appellatum; proinde reformandam priorem ſententiam; & ita quidem, ut ad judicem priorem remittenda ſit, ſalvâ appellantibus poteſtate ibidem ſua Gravamina proponendi:* daß dieſelbe / wann ſie noch ob der im *Auguſt.* 1658. an eben dem Fürſtln. Hofgericht geſchehenen Verordnung ſich beſchwehrt zuſeyn vermeinen / darüber allda nochmaln gehört / und nechſt dem auff ihr begehren eingenommenen Augenſchein / ferner
2 erkennt werden ſolle / was recht iſt. *
Quòd ſi fortaſſis cauſam principalem Pars

in

in Camera unà diſceptari velit; tunc Cam. illam non devolutam eſſe, (veluti ob qualitatem, quantitatem cauſæ, ob privilegium, fatale interponendæ,) pronunciat, appellantes in expenſas condemnando: * adeòque remiſſio, cùm ipsô jure cauſa principalis non devoluta ſit, *c. 59. x. d. Appell. c. cùm appellationibus. eod. in 6.* ad priorem judicem in ſententia Appellationis exprimi non poteſt: *c. 19. x. d. Judic. c. f. x. d. Libell. Appell.* Magenh. *ad* Ord. Cam. *P. II. Tit. XXVIII. in fin.* Sed pronunciatur ſolùm, quòd Appellatio devoluta non ſit. Mynſing. IV. *Obſ.* XLIII. *n. 4.* Gailius I. *O.* CXXIII. *junct. O.* CXXXVIII. *in fin.* præterquàm ſi ob judicem intermedium devoluta non fuerit: quô caſu ad illum, cognitionis non executionis intuitu, remittitur: *l. 2. pr. § 1. d. Appell.* cùm quidem in causâ deſertionis non niſi Inhibitio facta eſſet, Remiſſio fieri ſoleat. * Quid verò ſi judex inferior, cùm pars nullum appellandi gravamen, ſaltim in causâ principali, haberet, appellationi tamen *detuliſſet?* Ita quidem totius cauſæ cognitio ad ſuperiorem transmiſſa eſſe cenſetur, neque hic, ut ad inferiorem quid remittat, obſtringitur: *c. cùm appellat. 5. d. Appell. in 6. verſ. ſi verò.* Mynſ. *IV. Obſ.* XLVI. & Cujac. XII. *Obſ.*

3 4

XII. *Obſ.* VI. indeque ſi remittere velit expreſsè illud facere debet: *conf.* Gail. *l. O.* CXXXI. *n.* 5. * Cùm tamen ſi vel ratione gravaminis extrajudicialis, reſpectu cauſæ pendentis, frivolè appellatum, nec Appellationi ab inferiori judice delatum ſit, Superior, proſequente Appellante, causâ cognitâ partem ad judicem priorem remittat, & appellantem in expenſas condemnet. *d. c. pr.*
6 * Quòd ſi verò, *nullâ causâ principali in inferiori judiciô pendente*, extrajudicialiter quis gravatus ſit, & quæratur, num ab *actu* ejusmodi vel proceſſu ſimpliciter extrajudiciali appellandô, tota & adeò principalis cauſa, nondum in judicium deducta, devolvatur? an verò executione ſolùm, vel quôvis actu aliô impedito vel relaxatô, (pignoratione, & ſimilibus,) cauſa principalis ad Ordinarium remittenda ſit?
7 * Tum verò diſtingv. eſt: An (1.) is qui gravavit ſit *Ordinarius:* & quia inpoſterum quoque gravaturus eſſe præſumitur, totam cauſam Camera rectiùs retinebit; Gail. *d. Obſ.* CXXXI. ſecùs atque de judiciis *Provincialibus* ſuprà docuimus, quòd, ſi per illa quis gravetur, etiam ad ipſa hæc cauſa remittenda ſit. Nam ejus rei differentia ex tunc dictis evidens eſt.

* An

* An verò (2) alius quidam præter gravantem ſit judex Ordinarius, velut Auſtregæ; quò caſu ne hiſce fraus fiat, Punctus Nullitatis, puta actûs, ùt arreſti, &c. in Camerâ deciditnr. Sed iniquitatis, meritorum ſc. cauſæ, niſi etiam Partes jurisdictionem Cameræ prorogent, ad Auſtregas remittendus eſt. * Ubi hoc non minùs ad prorogationem pertinet, ſi dum de Appellationis deſertione diſputatur, tandem appellatus ei diſputationi vel tacitè ſaltem per hoc renunciat, quòd judicem, ut in causâ principali procedat, implorat. Nam ita cùm cauſam non devolutam eſſe oſtendi potuiſſet, tamen in extrajudicialibus quoque Appellationibus judex ſuperior ſuper causâ principali, omiſsô punctô Appellationis cognoſcendi facultatem habebit *per trad.* Putei 2. *Deciſ.* DXVII. * Tandem etiam quoad *Interlocutiones* hoc notari debet, quòd multoties cauſa principalis ad Cameram trahi inibique retineri ſoleat. * Quando autem cauſa principalis tractari poſſit, priusquam de Appellatione ab Interlocutione cognoſcatur? vide diſtinguentem Clezelium *c. IV. d. Appell. n. 133.* 2 3 4 5

§. XLIV. Jam * ſi ab extrajudiciali gravamine propriè tali dum appellatum eſt, 1

Aaa de

de injuſtitiâ Appellationis apparet, Pars cum refuſione *expenſarum*, (Weſenb. *d. Appell. n. XI.*) atque ſi de malitiâ conſtet, cum *coërcitione* ad judicem priorem remittitur, ut ſi quid ulteriùs ſtatuendum ſit, ipſe decernat, & priora compleat. *conf. c. in Eccleſiâ. d. Appellat.* Mynſing. *V. Obſ. XCIV.* & de *Executione* Gratian *Tom. I.*
2 *Diſcept. forenſ. XL. n. 36. ſeqq.* * Stylus tamen eſt in Camerâ, ſi devolutâ Appellatione pronuncietur, bene judicatum & malè appellatum eſſe, quòd tunc *expenſæ compenſari* ſoleant. Gylm. *præjud. p. 19.* Gail.
3 *I. O. CX. n. 6. & O. 152.* *Viciſſim *appellati* etiam in *expenſas* & quidem *utriusque inſtantiæ* quandoque wegen ihres Frevelmütigen Umtriebs und Muthwillens / & unà in pœnam v. g. *2. marc. puri auri*, condemnantur: ceu ejus rei præjudicium *ap.* Notat. Roding. *Tit. XXX. p. 410.* extat.

1 §. XLV. Si quando * Magiſtratu ùt à parte ſinè juſtò gravamine provocatum ſit, hæc abſolvitur: quod & à Camerâ fit, quoties ea judex Ordinarius, & tanquam per ſim-
2 plicem querelam adita eſt: * cùm econtrà ſi malè actum eſſe cum gravato pronuncietur, Partibus injungi ſoleat, ut coram Judice Superiori in causâ principali, (Magenh. *P. III. ad*

III. ad Ord. Cam. T. XXXII.) aut de eo quod agendum ſupereſt, procedant: quód quidem antequam bene appellatum eſſe pronunciatum ſit, non devolvitur. Gylmann. *vel Aut. præjud. Cam. in Symph. p. 24.* * Aliis 3
autem illud devolvi æquum eſt, cùm qui ſemel gravavit, etiam inpoſterum gravare velle præſumatur: Carpzov. *P. I. Conſtit. XX. def. 26.* quamvis Pragmaticorum eam ſententiam non agnoſcat Anton. Matth. *Diſp. XII. d. Judic. §. 14.*

§. XLVI. Quid verò * quòd appellan- 1
tem, ſi gravatum eum eſſe non appareat, in *expenſas* à ſuperiori condemnari poſſe dixerim? cùm quidem nulla ad eum hoc caſu ſpectare cognitio videatur? * Sanè il- 2
lud quod dictum eſt, congruit *c. 36. x. d. Teſtib. c. cùm veniſſent. x. d. eo qui mitt. in poſſ. c. 59. c. 38. cum ſpecial. §. 1. x. d. App.* & cùm de Appellationis legitimitate cognoſcat Judex Superior: quidni etiam de expenſis in temerè provocantem ſtatueret. *l. 1. C. d. Ordin. cogn. l. 3. C. d. Judic.* * Idem de 3
expenſis, quando *deſerta* eſſet Appellatio, aſſeremus; *per c. reprehenſibilis. x. d. Appell.* O. Cam. *P. 3. Tit. 50.* §. Wo aber. (utcunque moderatio expenſarum judici à quo committatur: Zanger. *Part. 4. de Except. c. XX.*

n.9.) cùm quidem h. c. deferens in foro judicis ad quem, eum contemnendo de-
4 linquat. * Unde etiam idem judex, modò coram eo introducta fuerit Appellatio, (Jo. Wameſius *in d. c. reprehenſibilis. 26. n. 8. x. de Appellat.*) *pœnam* ei infligere poteſt: ſi nihil reperiatur, quod deſertionem Appellationis à ſuſpicione cavillandi purgare queat. *D.* A. Fab. *Lib. VII. Tit. XVIII. def. LVI. conf.* & Gail. *1. O. CXXXVII.* & *O. 34. n. 5.* &
5 Mynſing. *Cent. IV. Obſ.* XLVIII. *Illud denuò monendum fuerat, ſi primus judex te ſolvere intrà certum tempus *ſub pœnâ juſſiſſet*, cùmque tu appellaſſes, judex ſuperior juſſum illum confirmâſſet: quòd Tu nihilominùs ad pœnam non tenearis: Nunquid enim Effectus ſententiæ per tempeſtivè interpoſitam Appellationem non ſuſpenſus eſt, ut in vim rei judic. non tranſierit?

1 §. XLVII. EFFECTUS * SECUNDARIOS plures notare poſſemus. Sed paucis tantùm eos adducere liceat, qui ad noſtram provocationem quàm maximè pertinent. Et quidem ad *Perſonas* ſpectat, quòd utcunque in Partem infensô animô JUDEX eſſe videatur, qui eam citrà omnem cauſæ cognitionem gravavit, &

nunc

nunc ad ſuperiorem judicem pertractus eſt, ipſe tamen in aliâ causâ à gravato tanquam ſuſpectus recuſari non poſſit. *l.un. ff. apud eum à quo app.al.cauſ.** Nulla enim eſt 2
ſuſpiciendi cauſa, & pro judice, præprimis in ſeparatâ lite, præſumitur: adeòque licèt *Ius Canonicum* in rejectionem ejuſmodi judicis pronum ſit. *c. 24. x. d. Appell. & c. 6.* Malè tamen illud ipſum approbat Brandmyllerus *in Manud. ad Jus Civ. & Can. p.*
32. * Eſtque potius, ut in Regulâ Juris Civ. 3
ſubſiſtamus; exceptiones autem ex diſtinctione ſpecierum Appellationis extrajudicialis; (cùm magis ſuſpectus ſit Judex, qui ùt pars gravavit,) tum etiam ex perſonis Judiciariis, geniô item cauſarum, & aliis, hauriamus.

§. XLVIII. Ad PARTEM * deinde qui 1
pertinet effectus, peculiaris hic eſt, quòd ſi *Magiſtratus creatus* appellaverit, collega quidem ejus intereà officium ſuſtinere, *l. 21. §. 2. d. Appell.* (ſi quem collegam habeat Officium;) ipſe autem, cùm injuſtè eum appellâſſe conſtiterit, damnum, ſi quod Reſpublica interim paſſa fuerit, (quod quidem à Præſide æſtimabitur. *l. 1. ff. ſi tut. vel cur.*) agnoſcere debeat. *conf.* Ant. Fabr. VII. *Cod. Tit.* XXIX. *def.* 2. * Ubi 2

in Def. 3. tradit, ſi appareat levi cognitione excuſationem ejus, qui ad munus publicum vocatus eſt, veluti *Syndici*, diſcuti non poſſe, quòd tum is per modum Proviſionis munus illud ſubire cogendus ſit, nullâ ei *cautione* præſtitâ, eò quòd ad ſalutem
5 publicam adjudicatio fieret. * De *Tutore* Idem *in def. 2.* perhibet, ſi modò authoritate Tutoris in unô alterove caſu opus futurum ſit. Nam aliàs Curatorem rectiùs
6 conſtitui permitti. * Quòd verò Tutor injuſtè appellans non minùs de Tutelæ periculo, quod mediô tempore, citrà caſum fortuitum, pupillo advenit, conveniatur, illud aliunde ſatis notum eſt. Colleg. Argent. *d. Tit. th. 1.*

1 §. XLIX. Et hæc * quidem ad Perſonas ſpectant: Ipſam APPELLATIONEM concernit, quòd ea Provocatio quæ à Parte fit, tam contrà *Appellantem*, (quaſi ſe ipſum citaret, Puteus *Dec. L. 2. dec. DXVII. n. 7.*) vim *Citationis* habeat; quàm contrà *Appellatum*, ſi modò in ejus præſentiâ interpo-
2 natur: * idque non ſolùm in *Beneficialibus*, (ubi lis mota beneficium ita affectum reddere dicitur P. Gregorio *c. XL. d. Beneficiis*, ut eâd. durante alii conferri non poſſit. (*confer* Eundem *Lib. 1. c. 11. n. 3. & L.*

50. Syntagm. c. II. n. 6. item Cardinal. *in Cl. conſtitutionem.* §. *ſanè. 9. d. Elect.*) verùm etiam in cæteris: *v. l. 21. ff. d. in jus voc.* & *l. 4.* §. *Prætor ait. d. Damn. inf. ibi: verecunda Citatio. conf. tamen* & Achill. d. Graſſ. *Deciſ.* CCXXXI. & Martam *in Digeſt. Cap.* XCV. * Saltim (uti in Beneficialibus, ad 3
cauſam Attentatorum, illud neceſſarium eſt,) *intimatio* vel Parti, ùt d. eſt, vel Judici fiat. *ùt in c. ſæpe. x. d. Appell.* * Eum ſcil. 4
effectum habet Intimatio: quæ quidem in appellatione *à Parte* ſemper contingit: cùm ſi copia Partis, à quâ gravamen timetur, haberi poſſit, in ejus præſentiâ appellari debeat; aliàs verò provocari etiam poſſit eâ abſente, ſed tamen coram honeſtis viris: quâ ratione intimationem adhuc fieri utile eſt. * Quòd ſi tamen perſona, à quâ 5
gravamen metuo, *incerta* ſit, tum verò intimatio fieri non poteſt, nec etiam multò minùs effectum citationis ante illatum gravamen habere poteſt Appellatio. *v.* Panormit. *ad c. bonæ memoriæ. col. 2.* & Phil. Franc. *ibid.* * Videlicet vim citationis ad 6
Comparendum h. c. non habet; ſed aliàs tamen, ùt *Lancellottus* perhibet *P. II. d. Attent. n. 189.* ſi quando gravamen præſens fuerit: imò ne fortaſſis tunc quidem.

in Def. 5. tradit, ſi appareat levi cognitione excuſationem ejus, qui ad munus publicum vocatus eſt, veluti *Syndici*, diſcuti non poſſe, quòd tum is per modum Proviſionis munus illud ſubire cogendus ſit, nullâ ei *cautione* præſtitâ, eò quòd ad ſalutem
5 publicam adjudicatio fieret. * De *Tutore* Idem *in def. 2.* perhibet, ſi modò authoritate Tutoris in unô alterove caſu opus futurum ſit. Nam aliàs Curatorem rectiùs
6 conſtitui permitti. * Quòd verò Tutor injuſtè appellans non minùs de Tutelæ periculo, quod mediô tempore, citrà caſum fortuitum, pupillo advenit, conveniatur, illud aliunde ſatis notum eſt. Colleg. Argent. *d. Tit. th. 1.*

1 §. XLIX. Et hæc * quidem ad Perſonas ſpectant: Ipſam APPELLATIONEM concernit, quòd ea Provocatio quæ à Parte ſit, tam contrà *Appellantem*, (quaſi ſe ipſum citaret, Puteus *Dec. L. 2. dec. DXVII. n. 7.*) vim *Citationis* habeat; quàm contrà *Appellatum*, ſi modò in ejus præſentiâ interpo-
2 natur; * idque non ſolùm in *Beneficialibus*, (ubi lis mota beneficium ita affectum reddere dicitur P. Gregorio *c. XL. d. Beneficiis*, ut eâd, durante alii conferri non poſſit. (*confer* Eundem *Lib. 1. c. 11. n. 3. & L.*

50.

50. Syntagm. c. II. n. 6. item Cardinal. *in Cl. conſtitutionem.* §. *ſanè. 9. d. Elect.)* verùm etiam in cæteris: *v. l. 21. ff. d. in jus voc. & l. 4.* §. *Prætor ait. d. Damn. inf. ibi: verecunda Citatio. conf. tamen &* Achill. d. Graſſ. *Deciſ.* CCXXXI. *&* Martam *in Digeſt. Cap.* XCV. * Saltim (uti in Beneficialibus, ad 3
cauſam Attentatorum, illud neceſſarium eſt,) *intimatio* vel Parti, ùt d. eſt, vel Judici fiat. *ùt in c. ſæpe. x. d. Appell.* * Eum ſcil. 4
effectum habet Intimatio: quæ quidem in appellatione *à Parte* ſemper contingit: cùm ſi copia Partis, à quâ gravamen timetur, haberi poſſit, in ejus præſentiâ appellari debeat; aliàs verò provocari etiam poſſit eâ abſente, ſed tamen coram honeſtis viris: quâ ratione intimationem adhuc fieri utile eſt. * Quòd ſi tamen perſona, à quâ 5
gravamen metuo, *incerta* ſit, tùm verò intimatio fieri non poteſt, nec etiam multò minùs effectum citationis ante illatum gravamen habere poteſt Appellatio. *v.* Panormit. *ad c. bonæ memoriæ. col. 2. &* Phil. Franc. *ibid.* * Videlicet vim citationis ad 6
Comparendum h. c. non habet; ſed aliàs tamen, ùt *Lancellottus* perhibet *P. II. d. Attent. n. 189.* ſi quando gravamen præſens fuerit: imò ne fortaſſis tunc quidem.

7 * Quid verò in Appellatione quæ *Factô* interponitur, velut itineris arreptione, Etiam hoc iter appellato intimandum eſt: *Veni & ſequere me.* Super quo *Inſtrumentum Publicum* confici expedit.

1 §. L. Ad *Comparitionem* * igitur trahi non poſſe Appellationem intimatam verius eſt, quamvis gravamen præſens ſit, ut ne dicam ſi inſtet: Ut omninò utrobique *peculiari citatione* ad illum effectum opus eſſe cenſeatur. Panormit. *ad c. cùm ſit Ro-*
2 *mana x. d. Appell.* * Atque minùs vera ſit doctrina *Marantæ*, nec foro congrua, quòd ubicunque Appellatio vim citationis habet, ibi appellatus coram judice ad quem *ſinè alia citatione* comparere teneatur: ſi non in contumaciam ſuam procedi voluerit. *Tit. d. Appellat. P.* VI. *act. 2. n. 279.* niſi etiam hoc tantùm de causâ *Beneficiali* acci-
3 pias. * Nam ità, quod appellatus abſque novâ Citatione coram judice ad quem comparere teneatur, Philipp. Francus *in c. bonæ mem. &* c. 1. *d. Elect. in 6.* quoque
4 perhibet. * Nempe effectus Citationis unus vel alter, ſi ejuſmodi Appellationem ſequatur, non continuò hoc exinde conficitur, ut eadem ad effectum *comparationis*
5 invaleſcat. * Et nonne fruſtranea ſic omnia

illa

illa fuerint, quæ Doctores de Citatione ad hoc, ut ratione præteritorum *Attentatorum* Parti conſuli queat, diſputant: quæque tam ſollicitè quoad *litis pendentiam* ab iiſdem definiuntur. * Neque enim cum 6
contrariâ illâ ſententiâ ipſi *Lancellotto* conveniet, qui in *P. 2. d. Attent. c.* IV. *n. 20.* concludit, quòd Appellatio extrajudicialis probatâ demum causâ Appellationis pendentiam litis inducat. *conf.* & P. Gregor. *d. n. 6.*

§. LI. Interim * & hoc diſſentientibus 1
concedendum eſt, quòd *lis* variè *pendere* & variè iterum *lis* fieri dicatur. Nam & vocabulum *litis* per ſe ambiguum eſt. Carpzov. *Lib. 3. Reſp.* XXXVII. *n. 11.* & *12.* Et *pendere* multifariam dicitur. (*v.* Frider. *de continent. Cauſ. c. V.* §. *3. ſeq.*) * Etenim ut *res* 2
litigioſi vitium contrahat, litis conteſtatio requiritur. Lancellot. *P. 2. c. 4. n. 171.* Nuda denunciatio, ne quis rem emat, non ſufficit *l. 1. ff.* & *C. d. litigioſ.* Iterumque, ut etiam tunc de rei Dominio agatur, requiritur. * Quanquam etiam alicubi litigio- 3
ſum dicatur jus v. c. lignandi, ſi tantùm de *poſſeſſione* ejus ageretur, & quidem citrà litis pendentiam. Dn. Schütz *vol. 2. Coll. Publ. D. V. th.* XII. *lit. b.* * Dei: de ut *præſcriptio* 4

(etiam minor) *ſtatutaria* interrumpatur, qualiscunque extrajudicialis petitio ſufficit. Gutierez, *P.*III. *d.Juram.confirm. c.* 1. *n.*
5 35. *ſeq.* Cancer. 1. *Reſol.c.*XV. *n.* 20. * *Reliquas* verò Præſcriptiones ne quidem *Citatio* ad Proceſſum extrajudiciarium interrumpit; ſed ut poſt cognitionem Extrajudicialem *Decretum* quoddam, ein Abſchied/ emanaverit, neceſſarium eſt. Carpzov. *P.* 2. *For. Conſt.*7. *def.* 5. *jung.* Gail. *l. Obſ.*LXXIV.
6 *n.* 20. *ſeqq.* * Aliàs nec Judicium *malè fundatum* interrumpendi effectum habet. Id.
7 *l. Obſ.* LXVII. * Quando autem & quasnam rumpat præſcriptiones *Judicialis* interpellatio? & quôd ad *incorporalium* præſcriptionem interrumpendam *Extrajudicialis Prohibitio*, *Proteſtatio* aut *Pignoratio* ſufficiant, Dn. Struvius oſtendit. *Exerc.* XLIII. *ad Jus*
8 *Civil. th.* 28. * Porrò ut *Præventio* inducta cenſeatur, ratione *actoris*, ipſum obtinuiſſe oportet cauſam committi cum decreto Citationis, aut Monitorium impetrâſſe, quamvis nondum executioni datum ſit. Lancellott. *P.* 2. *d. Attent. in præfat. c.* IV. *n.* 36. *ſeqq.* Hartm. Piſtor. 1. *QQ. PP.* XL.
9 * Ratione Rei ne quidem *notitia* Commiſſionis cauſæ & citationis decretæ ſufficit; (niſi quòd ſi *confiteatur* litem inter ſe & Acto-

Actorem eſſe, etiam Citationem exec. da-
tam eſſe præſumatur. v. Puteum 2. *Dec.*
CCXL) * Sed *citationis* eid. facta requiri- 10
tur *inſinuatio*, dummodò per illam inſtrui
poſſit, ſuper quibus in judicio convenien-
dus ſit. Carpzov. *Proc. Tit.* IX. *art. 3. n. 43.*
Ubi & hoc in *Commiſſario Cæſaris* anno-
tandum eſt, quòd niſi à *Camerâ* jam de-
creta & inſinuata fuerit Citatio, per ſolam
ab Eo decretam citationem utrinque, à
parte Rei ſc. & Actoris, præventio indu-
catur. Gylmann. *voc. Præventio.* §. *dubita-
batur.* * Poteſt etiam fieri, ut non allegatâ 11
Litis pendentia *utrumque Judicium* valeat.
Gailius *L. 1. d. Pac. Publ. c.* XI. *n. 24.* * In 12
aliquibus lis pendere non dicitur, niſi *con-
teſtata* ſit, quia anteà tantùm petere vo-
luit actor, non petiit; nec lis inter Partes
ex citatione verſari dicitur, quippe quòd
ea *initium judicii*, ſed non *litis* ſit. *l. 15. ff.
rem rat. hab. l. un. C. d. lit. conteſt.* Hah-
nius *ad Weſenb. T. d. in Jus voc. n. 13.* * 13
Utcunque *Jure Canon.* citationem princi-
pium judicii eſſe, *ex c. 20. x. d. Offic. & pot.
judic. deleg. & c. 11. x. d. Probat.* (*J.* Ritters-
huſ. *L. V. Differ. c.* XIII. *p. 169.*) etiam
quoad nonnullos effectus ex I. Civil. pen-
dentes, Gailius *l. O.* LXXIV. *n. 16.* obſer-
vet. * Ulteriùs lis pendere aliquando dici- 14
tur

tur per *Libelli oblationem. l. 1. 2. C. ut lite pend. v.* Ummium. *d. Supplic. in Proc. th. 3. n. 15.* ubi vitium litigii non inducere ait oblationem *Supplicationis*, etiamſi Principi
15 facta ſit. * Imò ſi vel maximè ad eam *reſcribatur*; tamen non aliter litem pendere ait, quàm ad hoc ſolùm, ut actiones Prætoriæ perpetuentur: de quo quid ſentiendum ſit? v. Protribun. noſtr. *Penſ. IV. d. in*
16 *jus voc. Delib. II.* * Sunt enim qui litem pendere dicunt, ad effectum præventionis, ſi relatio ad Principem facta: *l. un. C. quand. libell. Princ. obl.* & imò ſi vel imploratio reſtitutionis in integrum inſtituta ſit: Quæ quidem non niſi ad certos effectus porrigi
17 poſſunt: * Cùm omninò verum ſit, non requiri conteſtationem litis ad hoc, ut lis v. c. quoad præventionem pendere dicatur; ſed imò ad præventionem inducendam, præſcriptionem interrumpendam, & ſimilia, ne quidem adverſarii reſponſionem deſiderari: ceu in d. imploratione ad reſtitutionem, in allegatione judicis ſuſpecti, *l. 16. C. d. Iudic.* in nudâ libelli appellatione, *l. 1. 2. C. ut lit. pend.* & relatione ad Principem, *l. 13. C. de Appell.* apparet. Quæ omnia ut nunc prolixiùs diſcernamus, nec inſtitutum hoc patitur, nec Lectoris judicio abuti licet.

§. LII.

§. LII. In ſpecie* de *Appellatione* ſi diſquiramus, appellare non eſt, proceſſum inchoare ſuper appellatione, ſed quoddam ad illum *præparatorium* eſt; Bartol. *poſt gl. in l. invitus. n. 5. C. d. Procurat.* niſi in eâ provocatione; quæ protinùs *porrectô libellô* fit, aliud dicere velis, quàm in ſimplici in jus vocatione, olim uſitatâ. * Unde licèt anteà inchoata eſſe lis non dicatur, quamvis quis vocatus ſit; *l. ult. C. d. plus petit.* niſi judex per narrationem negotii, cauſam audire & de eâ cognoſcere cœperit. *l. un. C. d. lit. cont.* *Tamen idcircò in inſtitutâ taliter provocatione aliud dicendum eſſet, ut etiam *appellatio pro Libellô* habeatur. Lanfranc. *d. Arbitr. Membr. V. n. 21. f. 212. Part. l. v. l. eos. §. pen. & l. ſi quis libellos. C. d. Appell.* *Quanquã hoc iterum non niſi in cauſis *ſummariis* admittant. *l. 1. § libelli. d. Appell. ubi* Alex. *l. ſi quis filio. §. hi autem. & ibi* Bald. *ff. d. inoff. teſt.* quam reſtrictionem neſcio an quisquam probare poſſit, ad hoc, ut non etiam in cæteris cauſis ejusmodi *Libelli transmiſſio reo facta* præventionem aut Attentata operari debeat. *Siquidem in eo omnes conveniunt, quòd in appellationem Extrajudicialem circà beneficia Eccleſ. ad formam *Cl. cauſam d. Elect.*

1
2
3
4
5

d. Elect. factam, h. e. ſi legitimè intimata fuerit, non quidem *plenè & propriè*, ſed tamen tunc haud dubiè lis propriè pendere
6 dicatur, ſi cauſa *etiam commiſſa* fuerit: * Ita enim in tantum litis pendentia inducta eſt, ut quamvis cauſa poſtmodùm deſeratur,
7 poſſeſſio tamen interrupta ſit; * (Saltim ut in hoc caſu deſertionis *ad revocationem Attentatorum* illa Appellatio non conſideretur. Mohedan. *Dec. VII Rot. Rom. Tit. d.*
8 *Cauſ. Poſſ. & Propriet.*) * Quòd ſi verò nihilominus poſt deſertionem Poſſeſſor *per triennium* in poſſeſſione maneat, tunc *Re-*
9 *gulâ de Triennali* uti poteſt. * Secus autem lis per Interlocutoriam, qualis eſt *Deſertionis*, non finitur; cùm Decretum ejusmodi per Eundem Judicem revocari, & tunc Appellans adhuc Appellationem proſequi poſſit.

1 §. LIII. Aliàs * certum eſt, quòd *faciliùs Attentata*, (ſeù potiùs innovata,) induci quàm *præventio* conſtitui cenſeatur. Indeque alia omninò litis pendentia ad effectum præventionis, alia item ad effectum Attentatorum (modò quoad *revocationem* Attentatorum jx. ſuperiùs expoſi-
2 ta ſentiamus,) ſtatuenda ſit. * Interim non ſolùm litis pendentia quædam *ex quâlibet implo-*

imploratione oriri poteſt, ſi ad eam Magiſtratus quid decernat, ceu *Arreſtum* litispendentiam inducere dicitur Peckio *de Jure ſiſtendi c. XXXV.* dummodò id petens non tantùm ſecuritatem crediti, ſed etiam exactionem intendat: ſicque ideò illud petatur & imponatur, ut debitor ad ſolutionem compelli debeat, nosque creditum ibi perſequi deſtinaverimus. Mevius *c. XV. d. Arreſt. n. 18.* * Verùm & ſuô modô 3
in *primâ inſtantiâ Attentata*, ſive innovata potiùs, oriri certum eſt. * Quamvis itaque 4
Lancellot. *P. IV. d. Attent. in præf. n. 3. ſeqq. citationem* litis pendentiam quoad *Attentata* inducere ſtatuat: tamen illud in *ſecundâ* Appellationis *inſtantiâ* ita verùm eſt, ut alii modi non excludantur: * Niſi etiam 5
dicere velimus, non alia Attentata poſſe revocari, quàm quæ ob litispendentiam contingunt: quod quidem per abſurdum eſt: cùm omnis Appellatio regulariter effectum ſuſpenſivum habeat, ipſaque etiam à Parte provocatio, de quâ maximè nunc agimus, Appellationi planè ſimilis ſit. * 6
Quidni igitur Provocatio quoq; de futuro gravamine, licèt extrajudicialis *Attentata* parere poſſet, utc. *ad comparendum* non arctet, aut inde procedere queat contumacia?

7 *Unde quòd Appellationem Extrajudicialem *veram litispendentiam* non inducere verius putet Lancellott. *Lim.* XXXVII. *n.8.* quamvis litem facere dici queat: *P. II. n. 295.* quâ in causâ triplicem effectum conſiderari poſſe ibidem docet: de illô ex jam
8 dictis ſtatui poteſt. * Cæterùm reſpectu *tertii poſſeſſoris* executionem ſententiæ contrà alium latæ, ſuper bonis per ipſum poſſeſſis, impedire prætendentis, lis introducta eô ipsô dicitur, quòd *intimâſſet* jura ſua, & citare curâſſet, ad videndum inhiberi: adeò ut ſi poſſeſſio aliqua eô non citatô nec auditô ſubſequatur, nulla eadem & pro *Attentato* habenda ſit. Cavalcanus
9 *Deciſ. LII.* * De eo verò inter omnes conſtat, quòd *Proteſtatio* nuda ad vim Attentatorum non ſufficiat.

1 §. LIV. Num * igitur non ea Appellatio vel Citatio Partis à Parte in ſuo genere *efficaciam* in plerisque *Citationi ſimilem* habet? etiamſi litem *propriè* pendere non faciat. Roman. *conſ.* CCCX. * Sanè *privato-*
2 *rum denunciationes* effectûs olim notabiles habuerunt: de quibus adi Petr. Fabrum *in Lib. II. ſemeſtr. c. XXIV.* Earumque adhuc plurimæ iisdem hodiè gaudent, præcipuè ſolennes illæ ex *SC. Planciano*, in diſtractione pi-

ne pignorum & alibi inſtituendæ. * Imò 3
præter eas Denunciationum earum Ex-
trajudicialium multæ dantur, quibus de-
nunciato infertur præjudicium. Ut enim
non de communi illâ dicam, nunc qui-
dem ceſſante, (ſaltim quòd *interpellari* ad-
huc debitorem oportere, ne in expenſas
moti Proceſsûs condemnemur, aliqui, ſed
minùs rectè, velint,) quam *actio perſonalis*
inſequebatur, *denunciatione* illâ *ad domum*,
*l. 1. §. 1. d. Liberat. legat. l. 4. §. Prætor. d.
damn. infect. de quâ vide latè* Jo. Gœddeum.
JC. Haſſ. ad l. 39. §. 2. ff. d. V. S. & Alciatum *in
l. Devaſtatio.* ſeu civili illa interpellatio-
ne, quæ ſolenniter fiebat debitori, ante-
quam ap. judicem conveniretur: notabilis
etiam eſt ea, quâ *Fidejuſſor* debitori, ut ſe
in lite defenderet, denunciat: item, quâ
agnato in retractu, novum opus molienti, &
ſimilibus, denunciamus: * Quales quidem 4
denunciationes *irrequiſitô* etiam *judice* fie-
ri poſſunt. *l. 4. §. Prætor ait. d. damn. infect.*
dummodò teſtibus præſentibus fiant. *l. 38.
ff. d. Minorib. d. l. 4.* ſaltim ad certioran-
dum, *l. 20. §. petita. ff. d. petit. hæred. l. 1. §. de-
nunciare. ff. d. agnoſc. & al. liber.* & ad hoc
ut reus in malâ fide conſtituatur. * Hinc 5
etiamſi *Citatio* ſit *actus judicialis* hactenùs,

ut fieri niſi præcedente Magiſtratûs authoritate non poſſit. Tamen in denunciationibus ejuſmodi ſecùs ſe etiamnum habet, ut citrà Magiſtratûs authoritatem inſtitui queant, & imò ſæpiùs inſtar Citationum reſpiciantur. *v.* Anton. Fabr. *def. II. ad Tit.*
6 *d. in jus. vocand.* * Denique hoc etiam addi poterat, ſi *Magiſtratus ùt talis* gravâſſet, quòd tunc fieri queat, ut *per indirectum Citatio* perficiatur. Nam ſi is *intercedendi poteſtatem* gravato fecerit, juſſum ejus in Citationem ſimplicem reſolvi docet Bartolus *in l. de pupillo.* §. *meminiſſe. ff. d. N. O. N.* Sed ea, ùt quilibet perſpicit, ad peragendam provocationem, quæ ad eundem fieri non poterat, haud invaleſcit.

1 §. LV. Sequitur * Effectus Ortus appellationis extrajudicialis, qui eſt *EXECUTIO.* Ubi quidem communiter is qui *confirmat* judicis à quo ſententiam, eand. etiam exequi dicitur: (præterquam ſi ab *Interlocutoriâ* appellatum eſſet.) Lauterbach. *P. 1. Diſſ. I. Civ. & Würtenb. n. 85. apud quem* Carpz. Cujacius & Chriſtinæus *diſſentiunt:* quorum etiam ſententia de *Jure Saxon.* procedit. *v.* Friderici *in P.* III. *Proceſſ. Jud. c.* II. *n. ult.* Verùm altiùs cogitandum & hâc potiùs ratione diſtinguendum eſt:

* An

* An (1.) judex ad quem unicè *de devolutione Appellationis ejuſque formalibus* pronunciet, veluti deſertam, non devolutam, aut etiam frivolam Appellationem eſſe, quæ gravamen idoneum non habeat. Nam hoc caſu, cùm nihil Sententiæ à ſuperiori procedat, ſed is potiùs ſententiæ priori ſimpliciter ſtandum eſſe velit, Executio etiam ad *judicem à quo* reſpiciet, *O. C. P.* II. *T. L.* §. Wo aber. Joh. Wameſius *in c. cum Romana, 5. n. 15. Tr. d. Appellat.* ità ut nec remiſſione expreſsâ opus ſit; Gail. 1. *Obſ. CXIII. n. 14.* verùm judex inferior per actionem ex judicato requiratur: Coler. *c.* II. *d. Proc. Ex. n. 104.* (de imploratione tantùm officii Judicis aliter ſentiunt.) * Imò 2
vel ad præſentationem ſententiæ deſertoriæ judex à quo exequitur: ut tamen quoad *expenſas* in Superiori, (velut Camerali,) inſtantiâ factas, & *pœnam* frivolæ appellationis, ad ſuperiorem ſpectet Executio. * Quòd ſi etiam fatalia lapſa ſint, Ju- 3
dicem à quo *non exſpectatô*, donec Superior ſuper deſertione *pronunciet*, Sententiam ſuam exequi poſſe volunt. Bartol. *in l. tale pactum. §. qui provocavit. ff. d. pactis. junct.* Bald. *in l. eos. C. d. Appell.* & Angel. *in l. ſi expreſſum. ff. eod.* Idque in Judice Or- 4

5 dinario omnes concedunt. * An verò (2) admiſsâ Appellatione de *Meritis* ejus cognoverit Superior: quô caſu vel confirmat vel corrigit hoc, quod ab inferiori actum eſt: Si *confirmas* Decretum, quô cauſa *definita nondum* fuerat: tunc quia nec eô modô Officium inferioris finitur, cauſa, ſeu quod in eâ reliquum eſt, adhuc remitti debet. Brunnemann. *Proc. Civ. c. XXVIII. n.*
6 *104.* *Si verò ejusmodi Decretum confirmat, quô *finem* ſortitum fuerat negotium, quemadmodum ſententia definitiva omnes tollit Interlocutorias præcedentes contrarias: (quæ & conditionem illam ſeu expreſſam ſeu tacitam habent, ſi non poſteà in contrarium qui pronunciabitur. *l. 64. ff. d. re jud.*) Tum verò omnia, quæ ex ſententiâ definitivâ vel Decreto, quod finem negotio præbet, dependent; adeoque cùm in ſolidum omnia à ſuperiori proficiſci videantur, etiam tunc illam ipſam ſententiam *Superior* exequitur; *Auth. ſi quis litigantium. C. d. Epiſc. audient. l. 29. & l. 32. C. d. Appellat.* (Malè g. diſſentiente Chriſtinæo *1. Deciſ. XXI. &* Carpz. *1. Conſt. XX. def. 27. v. tamen* Berlich. *1. Concl. LXXIX. n. 11. & 12. ubi de Jure Saxon.*) niſi ex juſtis cauſis ſuperiori aliter viſum fuerit: *vid.* O.

Cam.

Cam. *P.3. Tit.V.* quô caſu ad Judicem inferiorem cauſam *expreſsè* (non item tacitè, ùt vult Carpzovius *l.For. xx.def.28.*)& quidem tunc præprimis, quando inferior Appellationi detuliſſet, remittere debet. *conf. c.5. d. Appell. in VI. &* Mynſing. IV. *Obſ.46.* * Similiter ſi *corrigat* quodcunque gravamen, etſi interlocutoriam, & quidem etiam *in parte* ſolùm, (Græven *Concl.* CXXXI. *conſ. 1.*) reformet: Ità verò ſemper pronunciatum ſuum *judex ad quem* exequetur, nec ut tunc cauſam remittat, obſtringitur: cùm prior judex (ſi modò, quoad Interlocutionem, App. detuliſſet,) in totum juriſdictione exciderit, & in eum ſtatum Appellatio cauſam reponat, in quô ante ſententiam fuit. Klock. *vol.2. Conſ. xxI. n.79. & Conſ. LXXV. n. 20.* Berlich. *P. V. Concl. LVII.* ubi *n.35.* exceptionem in actione ad *Palinodiam* adfert. 7

§. LVI· Quisnam verò * *Modus* exequendi ſervetur, ſi cauſa ad *Cameram* devenerit, paucis videndum eſt. Nempe ſi ipſa Camera exequatur, ſolet illa *Executoriales* decernere, quæ nunc quidem ſemper ſententiæ annectuntur; R. A. *d. an. 1654.* §. 159. *ſeq.* (niſi quòd in *abſolutoria* Executorialibus non opus ſit:) * Si tunc non pa- 1 2

reatur ſententiæ, & ſequentibus eam *paritoriis:* Ita verò *Mandata* ad Judicem domicilii, vel etiam ſi inter Immediatos cauſa verſetur Mandata & *Commiſſiones* ad Principes Circuli Directores, an die Kreyß
3 Außſchreibende Fürſten / decernuntur. * Eſtque hactenus differentia inter *Executoriales* & *Mandatum Executoriale.* Nam iſtæ ad Partem victam, non contrà futurum Executorem, diriguntur, & tam in cauſis ſimplicis Querelæ, quàm appellationum, in uſu ſunt, nec in cauſis ſimplicis Querelæ ſeparatim petuntur: Iiſque ſi non pareat Reus in termino, declaratur in pœnam Executorialium, & ſententia tam in principali quàm in puncto pœnæ Executioni
4 mandatur. * Sed *Mandata Executorialia* ad Judicem à quo in Caſibus, ubi huic Executio committenda eſt, decernuntur, & quidem *cum Cl.*, ulteriora demum *ſinè Cl.* ùt in c. Hohenloh *contr.* Cölln/ & aliis, obſervatum eſt: idque eò, ùt Exceptiones in Executione admiſſibiles Parti non adi-
5 mantur. * Quanquam nec in Mandatis S. Cl. quaslibet Exceptiones opponendi facultas adempta ſit, ceu nec in Executorialibus, quæ non minùs S. Cl. emanant: utcunque hactenùs Clauſulam juſtificatoriam

riam non continere videantur. (*v.* Gail. *l.O.* cxiii.) * Differt etiam ab *Arctioribus* 6
Executorialibus, Mandatum Executoriale: quòd *illa*, (quæ aliàs etiam, ſi quando poſt Executoriales ſimplices Pars principalis ante paritionem moritur, adv. *hæredes* ſub pœna pecuniariâ decernuntur,) pœnam *Banni* minentur Reo; *Mandatum* verò *Executoriale* futuris Executoribus. * 7
Sunt deinde, qui Mandata *Executorialia* à *Mandatis de Exequendo* diſcernunt, quòd *priora* illa in cauſis tantùm appellationis ad Judicem à quo dirigantur; Sed *poſteriora* in Commiſſionibus interveniant, & quando Principibus Circulorum Direct. demandatur Executio; * Quam hi deinde, ùt notum 8
eſt, ſumtibus Circuli, donec hi à victo reſtituantur, effectui committunt. * Simili ferè 9
modô *Judicium Imperiale Aulicum* ſententias ſuas exequitur. *v.* Dn. Mauritii *in Diſſ. d. Judic. Imp. Aul. Th. xxvi.* * Cùm autem hîc 10
quoque *Banni* & abſolutionis ab eo fieri ſoleat mentio, ideò obſervandum eſt, quòd *Camera* poſſit quidem *relaxare* eos, qui ab ipsâ in Bannum declarati ſunt; (tantùm quòd illa Cæſari priùs id notificare ſoleat, wann Sie eine Stands Perſon losſprechen will;) non tamen poſſit abſolvere eos, qui *ab Aulâ Imperiali* banniti ſunt: ceu quidem

 hæc

hæc Bannitos à Camera abſolvere poteſt. *v.* Formulam Abſolutionis à Banno, & exempla *ap.* Roding.*Lib.I.Pand.Cam.Tit.VII.§.24.*

1 §. LVII. De Executione * ſententiæ Appellatoriæ *à Parte* haud difficile eſt rem definire, tantùm quòd in his quæ *Beneficia* concernunt, illud apprimè obſervari debeat, quòd licèt in iſtis inſtituta Appellatio poteſtatem cognoſcendi & gravamen retractandi, item irritandi Attentata, devolvat; nunquam tamen ad ſuperiorem, etiamſi Appellationem legitimam pronunciaret, *poteſtas* ipſa *eligendi* vel *conferendi Beneficium* tranſeat. *conf.c.à collatione. d.Elect. in VI. &* Jo. Andreæ *ad c. cùm M.Ferrarien-*

2 *ſis.x. d. Conſtitut.* * An autem *Auſtregæ*, quando ad illas ab Immediatis, *tanquam à Parte* provocatum eſt, *exequendi* facultatem habeant? ambiguum nonnulli reddidêre. Sanè *Ordinatio Cam.P.II.Tit.IV.§.14.* die Haupt Sach und Execution in erſter Inſtanß ad Auſtregas pertinere conſtituit.

3 * Quod cùm Delegatis Principis conveniret; neque Executionem Cæſarea Maj. ſibi aut Cameræ, reſervaverit, de *Regula* accepit Schubhardus *c. VI. d. Auſtregis n.* 202. *ſeqq.* Exceptionem quoad cauſam *Spolii* in Ord. Cam. *P. II. Tit. IV. §.* Zum achten.

achten. collocans. * Et rectè: cùm & *Pares* 4
Curiæ in cauſis Feudalibus, dummodò rei
ſufficientes ſint, executionem ſuſcipere
queant: ceu Vultejus docet, *Lib.* II. *d.*
Feud. c. 3. n. 29. * Neque verò Rodingio 5
cum Notatoribus ſuis accedendum eſt,
quando contrarium *in Lib. I. Tit.* XVIII. §. 3.
aſſerit; neque Blumius *in d. Tx.* der C. G.
O. §. 14. rectè verſatur: ſiquidem ille nec
corrigi debet, nec eum in modum, quô
ipſe voluit, emendari poteſt. * Ut adeò in 6
eô demum caſu Camera ad exequendum
imploretur, ſi Auſtregæ rei impares ſint,
aut exequi non velint: quale quid, ut ipſa
videlicet adeatur, fieri tunc quoque ſolet,
ſi quando Judices quilibet inferiores in Executione
ceſſent.

CAPUT NONUM.
ET ULTIMUM
DE
APPELLATIONIS EXTRAJUDICIALIS CONTRARIIS ET AFFINIBUS.
PARS PRIOR.

§. I. Sunt * *CONTRARIORUM* alia quæ 1
impediunt provocationem, alia quæ

2 *tollunt.* * Et quidem quòd quis ab actu quem ſemel *probavit*, ad appellandum non admittatur, indubium eſt: *l. ab eo C. quomodo & quando judex.* cùm ratificatio actûs omnem Nullitatem tollat: Cacheran. *Deciſ. CXLII. n. 15.* quod de ſententiâ in ſpecie docet Menochius *conſ. XCII. n. 64.*
3 * Adeò ut ſi damnatus *dilationem adſolvendum* impetrâſſet, (*l. ad ſolutionem. ff. d. re*
4 *jud.*) appellare poſtmodum nequeat. * Interim approbatio non officit, ſi actus *ratificationis* effectum ſortitus non eſt, aut aliunde, velut ex metu, vitium capit; aut cum proteſtatione & reſervatione ſui juris interponitur, ad avertenda Attentata, vel aliud evidentiſſimum periculum Execu-
5 tionis. * Quid tamen ſi quis non appellaverit, & *metu judicis* decreto paruerit? Ita ne quidem in integrum reſtituetur; *l. 10. C. quod vi met. cauſ.* dummodò per apertam injuriam & ſinè omni ordine Judiciario Magiſtratus eum non coëgerit. *l. 3. §. 1. ff.*
6 *eod.* * Sed & ob *comminationes* nudas nemo reſtituitur: *l. 9. C. d. Tit.* nec etiam metum per ſpontaneam rei in ſe ſuſceptionem quis
7 purgare debet. *l. 2. C. eod.* * Quod ſi etiam *proteſtemur* nos metu hoc vel illud facere; tamen id non ſufficit, niſi etiam juſta metûs cau-

cauſa ſit: Qualis eſſe videbatur *ap.* Mohed. *in Deciſ. 3. R. R. Tit. d. Renunciat.* in Polono quodam, qui oppreſſione Vice Cancell. Polon. juri ſuo in beneficium, cum proteſtatione, quòd illud metu fieret, ceſſerat. Nam mortuo deinde Vice-Cancell. Idem Polonus ad proſecutionem Juris ſui admittebatur. * Cæterùm ſi maximè contrà juſtum metum quis proteſtatus fuerit; Tamen *juxta* Anton. Fabr. *Lib.* II. *Cod. Sab. Tit. XI. def. 7.* Proteſtatio non attenditur, ſi eô neſciô fiat, ad quem res pertinet, & qui tamen ipſe metum non fecit. * De *Univerſitate* ſi quæras, ea non conſenſiſſe in aliquid dicitur, niſi ſinguli conſenſerint: Gœdd. *IV. Conſ. Marp.* XVI. *n.* 422. Indeque Edicto præjudiciali obtemperantes aliqui, toti Univerſitati non præjudicant. Jac. Schulteſ *ad* Mod. Piſtor. *Quæſt.* CXXXIV. *n. 20.* Surdus *d. Aliment. Tit.* VII. *Qu. XXXII. n. 23.* * Latiùs quoque extendi paritio, & ultrà agentis intentionem, non debet: Nam ità ſolutio, quam quis ad Decretum fecit, appellationi quidem obſtat, ſed tantùm quà ſolutum, non etiam quà adhuc non ex priori, ſed ex aliô decretô, quid ſolvendum eſt, *v.* Mevium II. *Deciſ.* CCCXLIIX. * Similiter Decretum ipſum ubi-

8 9 10 11

ubique accuratè conſiderandum eſt: quâ
ratione ſi illud *ſub conditione* conceptum
ſit, purè acceptatum cenſeri non poteſt:
& aliàs quoque Decretum per ſe eſt indi-
viſibile. Salgad. *Labyrinth. Cred. P. II. c. VI.*
12 *n. 15. ſeqq.* * Intelligetur etiam ſententia ad
mentem Libelli. Hodierna *ad Surdum Dec.*
13 LXIX. *n. 8. & Dec.* CCLXI. *n. 5.* * Aliquan-
do *pro parte* tantùm acceptatur; Et ſic ne
quidem quoad partem acceptatam, v. c. in
ſummâ dimidiâ, quamvis in eâ Pars non
appellaverit, executioni mandari poteſt.
14 * Videlicet Appellatio in parte, cùm ſors
ſit individua, totam cauſam devolvit: Sa-
lycet. *ad l. ampliorem. C. d. Appell. & l. f. C. Quand. provoc. non eſt nec.* Etiamſi Actor
quoad partem alteram Executioni renun-
ciet: *v.* Cancerium *P. III. Reſol. c.* XVII. *n. 317.*
15 * Quòd verò ex *voce* Bedancken accepta-
tionem ſententiæ communiter colligant,
illud quatenus admittendum ſit, *vid. ap.*
Wehner. *O. Pract. eâ voce.*

1 §. II. Præter alia * *Impedimenta* quæ ad-
duci poſſent, hoc etiam moneri debet, ſi
Error ſtatim ex actitatis deprehendatur,
aut in facto notoriô conſiſtat, quòd tunc
Decretum etiam ſinè appellatione reſcin-
datur: prout nec in rem judicatam tranſit.
l. 1.

l. 1. §. 1. quand. appell. * Non obſt. *l. un. C. d.* 2
error. Calcul. ſiquidem ibi non in ſententiâ erratum, ſed ſuper errore ipsô, de quô actum eſt, tranſactum fuit. * Deinde notandum 3
eſt, quòd Provocatio, ſi *emendatio* gravaminis probabiliter *apud inferiorem* impetrari potuiſſet, non facilè recipiatur. * 4
Eſtque probabiliùs, quòd ad emendandum judex tum procedere velit, quando *ut judex* gravavit extrajudicialiter: (quanquam & hoc non niſi regulariter:) v. c. Tenebat rem quandam Tertius, qui in lite non fuerat, in illam Magiſtratus decreverat miſſionem: (*v. l. 2. C. quibus res jud. non nocet.*) quòd ſi talis vel deductione Nullitati vel interventione in eôdem forô, ſinè magnâ difficultate, Executionem impedire potuiſſet, per judicem ad quem ad provocandum admittendus non foret: * ſiquidem 5
appellatio quemadmodum ratione provocantis *favorem* meretur; ita quoad judices quodammodò odioſa eſt. *l. 17. ff. d. Minorib.* * Eademque ratio efficit, ut in ſe- 6
quenti ſpecie Appellatio admitti non debeat. Emerat Titius à Cajo fundum, Cajus dolô malô emtionem factam ait, ideoque petit à judice Vitium prohiberi, ne in poſſeſſione, antequam inſtrumentum venditio-

ditionis exhibuiſſet, ſe turbaret. Prohibebat judex inauditum Titium. Heîc ſi inſtrumenti exhibendi poteſtas Titio relicta eſt, cùm judici poſt exhibitionem ejus integrum fuiſſet revocare interlocutionem, non eſt audiendus, ſi ab eo juſſu, quamvis iniquo, ſaltim ob hoc, quòd citari ſe debuiſſe Titius prætendat, (*l.47. d. re judic.*
7 *& l.39. ff. d. Adopt.*) appellaverit. * Neque verò quicquam eum juvat, quòd nemo titulum ſuæ poſſeſſionis exhibere cogi debeat: Cur enim non hoc coram judice Titius allegabat, ut ſi adhuc cogi voluiſſet, juſtam demum appellandi cauſam habuiſ-
8 ſet. * Ulteriùs, decreverat v. c. judex diſtractionem bonorum, debitor ad beneficia Legum provocat, quæ tamen coram inferiori non propoſuerat: tum verò eò rectiùs remittitur, ne gravamen deſit, & creditores moretur provocatio.

1 §. III. *Tollitur* deinde * Appellatio vel Factô vel caſu. *Factô* tum *Judicis* per *Revocationem* gravaminis: tum *Partium*, & hoc
2 iterum variè. * Utcunque enim gravamen definitivæ ſententiæ, aut ejus, quæ vim definitivæ habet, interlocutionis, (*l. creditor. §. juſſus. d. Appell. l. ſi pecunia. C. d. re jud. l. ait Prætor. l. permittitur. ff. d. Minorib.* Gail.

1. O

1. *O.* XIX. *inf.* & *O. LXXX. n. 9.* Guid. Papæ *Conſ.* CCXXXVII. *n.* 3. non poſſit; niſi utraque Parte volente, Judex revocare, & quidem ſolùm Ordinarius: Lancellott. *d. Attentat. app. pend. P. II. c* XII. *Lim. I. n. 82.* (* 3
A quâ doctrinâ alieni ſunt Decius, Franchus & *alii, ad c. cùm ceſſante,* qui re integrâ etiam *à Delegato* idem fieri poſſe ſtatuunt: cùm ille non minùs jurisdictionem habitu retineat. Id quod non niſi in Delegato *Principis* admiſerim. *c. quamvis. x. d. Offic. Deleg.*) *Tamen ùt *Interlocutoriam* & qui- 4
dem *ſimplicem*, etiamſi ab eâ appellatum ſit, judex revocare poteſt. *l. 14. ff. d. re jud. c. 60. x. d. Appell.* Coll. Argent. *ad Tit. d. re judic. th. fin.* 127. *Tantùm quòd & hîc a- 5
liter dici debeat, quando judicium per interlocutionem *expirâſſet*, h. e. ſi judex quoad cauſam principalem judex eſſe deſiisſet, aut ſe pronunciâſſet incompetentem. *arg. l. 9. C. d. ſent.* & *interloc.* Rennemann. *Diſp.* XLV. *Part. ult. Juriſpr. Rom. Germ. th. 69.* *Imò *in ſummariiſſimo* editum præce- 6
ptum non, niſi viâ Ordinariâ & porrectô libellô procedatur, revocari ſolet. Achilles Perſonal. *Adip. poſſ. n. 28. 35. 37. 57.* * Ita et- 7
iam, gravamen extrà judicium illatum revocandô, Appellationem tollere judex non pro-

prohibetur: etiamſi appellans illud fieri ab eô nolit, aut ipſe, ad videndum fieri revocationem citatus eſſet, non compareat: imò tunc, poſthabitâ à ſe Appellatione, Judex in cognitione cauſæ procedet. *c. cùm ceſſante. 60. x. & c. 10. d. Appell. in VI.* Fr. Hil-
8 tropff. *Part. IV. Tit. IV. Proceſſ. n. 22.* * Multò magis *Princeps* Mandatum à ſe conceſſum revocare poterit. *l. 6. §. 1. d. Off. Proc. &* van der Græf. *d. Regal. c. XXIV. n. 4.*

1 §. IV. An verò * judex retractationem ſententiæ alicujus injuſtæ, ne quid de *authoritate* ipſi imminuatur, liberè intermittere poſſit? disquirit Theophil. Raynaudus *in Vol. XIV. Operum ſuorum inter Caſus*
2 *Conſc. Extraordinarios.* * Utique revocatio Gravaminis tum locum non habet, ſi jam idem judex Appellationi detuliſſet. *c. cum appellationibus. d. Appell. in VI.* aut Ju-
3 dex ſuperior jam inhabuiſſet. * Item ſi aliter res ampliùs non eſſet integra, veluti quando appellans in proſequendâ Appellatione ſumptus feciſſet. Nimirùm, licèt hoc caſu Judex à quô Gravamen ex Decreto illatum retractaret, tamen Appellans, vel *ſumptuum* intuitu, gravatus remaneret. Petr. Gregor. *Tract. partit. Jur. Canon. Lib. V. Tit. XV. c. VIII. lit. a.*

§. V.

§. V. Tunc etiam * Revocationem Parti 1
non ſufficere dixerim, quando aliâ ratione Parti *ſuſpectus* ille exiſteret. *c. 6. x. d. Appell.* * Quanquam enim judicem ſibi 2
contumeliam per hoc, quòd ab eo provocatum ſit, illatam exiſtimare non oporteat. *l. 20. C. d. Appellat. l. 21. C. Theodoſ. eod.* indeque Canones ex eô cauſam ſuſpecti minùs
cautè petant. * Quòd ſi tamen inimici- 3
tiam iramve ob id concepiſſe oſtendatur, vel aliunde Superiori ſuſpicio, quàm ex capite intentatæ Appellationis comprobetur: quin tum quoque revocatio, etiam ejus, quod comminatus fuerat, gravaminis; multòque magis quod jam intulerat, at-
tendenda non ſit, nemo facilè ambigit. * 4
Quod ſi is ad quem provocatum eſt, judici à quô cauſam *deleget?* quod quidem facilè fieri non debet: Tum verò ex mandato Superioris non aliter, Decretum mutando, gravamen revocabit; atque aliàs ab eôdem Reviſorii aut Leuterationis judicio gravamina retractantur.

§. VI. Ad hoc tamen, * ut judex grava- 1
men tollere poſſit, *Libellô* Partis opus non eſt: Quodque nonnulli de ejuſdem neceſſitate crepant, illud non aliter intelligi debet, quàm quòd judex non niſi porrectô

2 libellô tollere gravamen obſtringatur. * Nam quòd ſponte ſuâ revocare ipſum Decretum *Manutentionis* poſſit judex, illud vel ex eo indubium eſt: quoniam illud quoad ipſum in rem judicatam non tranſit. Seraphin. *Deciſ. MCCXCV. n. 5.* indeque ſi illi meliùs de poſſeſſione conſtet, idem revocare Decretum, & alteram Partem manutenere, poſſit: Mantica *Dec.* CCII. *n.* 4. & quidem *motu proprio*, citrà qualemcunque Partis petitionem. Moller *L.* IV.
3 *Semeſtr. c. 1. n. 12. ſeqq. & c. IX. n. 13.* * Nimirum injuſta poſſeſſio, quamvis à judice conceſſa, confirmari tamen ne quidem in ſum-
4 mariò poteſt Nevizan. *conſ.* VIII. *n. 36.* * Imò ſi impetrans non poſſidet, ſed impetratus, Monitorium in ſimplicem Citationem reſolvitur. Plot. *d. in lit. jurand.* §. 3. *n.* 33. *ſeq.* & durante lite impetratus in perceptione fructuum relinquendus eſt, ut poſſeſſionem continuet. *jx. trad.* Hieron. Ga-
5 briel. *Lib. 2. conſ.* XXXI. *n.* 88. * Sed eò tamen facilè procedere non debet judex, ut ad effectum manutentionis illiùs, contrà quem alium immiſit, cauſæ principalis merita ſuſpensô Decretô aggredi velit: cùm niſi evidentiſſima ſit iniquitas, contrariâ manutentione ei qui extrà poſſeſſionem, ſaltem

tem prætenſam, miſſus eſt, non conſulatur, ſed Reviſio in Ordinario aptum ſit ad illud Remedium. * Et cur enim Appellatio reo 6
denegaretur, ſi ſummarium poſſeſſorium etiam poſt manutenentiam ſupereſſet, quod tamen ſummarium leviores alioqui probationes admitteret. Poſthius *Deciſ. XXVII. de Manutenend. n. 5. ſeq. & Deciſ.* XXXVIII. *n. 4. item Dec.* CXXXVII. *n. 3.*

§. VII. Quâcunque autem * ratione 1
fiat valeatque revocatio, non ſemper *ad revocantem* cauſa recedit. * Decreverat v. c. 2
Gubernator Regius immiſſionem: ab eo poſtquam appellatum eſſet ad Tribunal Wiſmarienſe, iſte gravamen revocavit: Tum verò Partem ad Ordinarium Dicaſterium Pomeran. remiſſam eſſe, tradit Dn. Mevius *in Part. I. Deciſ. CCXII.*

§. VIII. Factum * itaque judicis Appel- 1
lationem perimit, quando gravamen revocat. Sed *Factum Partis*, & primùm quidem *Appellantis*, quando vel Appellationi *renunciat*, vel eam deſerit. * Nam ùt 2
liti renunciare poſſumus, ſi alterius non interſit: Cancerius III. *Reſol.* XV. *n. 177. ſeqq.* ita & Appellationi, etiam ei, quæ à futuro gravamine interponi poſſet. Brederod. *P. I. d. Appell. Tit.* XI. *p. 28.* * Quæ quidem re- 3

nunciatio tam facilè non inducenda eſt: ita ut nec *per patientiam* ejus, quod Decretum ei injunxit, Appellans provocationi renunciâſſe putandus ſit, v. c. paſtum pecoris permittendô: etſi appellatus anteà in poſſeſſione non extitiſſet. Scacc. *d. Appel-*
4 *lat. Qu. XVII. Limit. II. n. 36. & 56.* * Multò minùs Appellans, qui judicem à quo, pendente Appellatione, implorat, ut ne in poſſeſſione turbaretur, (aut quôvis modô *ſuper Revocatione Attentatorum*, Mynſ. *3. Obſ. 22.*) renunciâſſe per hoc Appellationi
5 videbitur. Mevius *P. I. Deciſ. 248.* * *conf.* Roding. *Lib. I. Tit. XXX. p. 412. ſeqq.* ubi exponit quandonam *tacitè* Appellationi renunciatum eſſe cenſeatur.

1 §. IX. Nonnunquam * protinùs *ab initio litis* Appellationi in eâ causâ renunciatum eſt: quâ ratione tamen, veluti res judicata opponi non poteſt, ubi *ſub conditione* facta eſt renunciatio, & de eâ conditione controvertitur. *v. Eund.* Mevium *P. VI.*
2 *Dec.* CCCLXXVIII. * Ita facilè renunciationem illam elidet, qui *extrà judicium* vel per *Nullitatem* à Parte procuratam grava-
3 tus eſt. * Quid ſi *in mediô* Appellationis æſtu, dumque ejus cauſa in judicio ſuperiori agitatur, Appellans judicio renuncia-

re

re velit? Non admittitur, niſi auditâ parte alterâ: *l.47. d. re jud.* eò quòd beneficium Appellationis huic quoque *commune* ſit. * Quòd ſi tamen Appellatus appellationem *impugnaverit*, aut exceptione deſertionis oppoſitâ illàm non admitti petierit: quâ ratione ne quidem communis ei Appellatio eſſe poteſt: tum verò eô etiam non citatô renunciatio Appellantis acceptabitur. Franch. *in c. Interpoſita. § ille denique. n.12. x. d. Appellat.* * Idemque ſi dicendum eſt, ſi ab *Interlocutoriâ* appellatum fuiſſet. Nam ità ad priorem judicem cauſam recidere Partis nil intereſſet: ut adeò dubitandum non ſit, quin judex ad quem, ſi Appellans à ſententiâ ſuper incompetentiâ latâ, illud nunc deſideret, Partes ad judicem à quo remittere valeat. 4 5

§. X. Illud ſolùm * admonendum eſt, quòd Pars Appellationi renunciatura illud *intrà decendium* à die, non interpoſitæ Appellationis, ſed *à die gravaminis* facere debeat: Aliàs ſi extrà iſtud decendium renunciare velit, quod quidem ei adhuc licere debet, (*v.* Mynſing. x. *Obſ.* VII.) non anteà audiatur, quam omnes *ſumtus*, quibus fruſtratoria provocatio cauſam dedit, obtulerit. * Eſt enim decendium illud Parti 1 2

conceſſum, intrà quòd num appellare velit, deliberare poteſt. * Idem de *Proteſtatione* verum eſt. Neque enim hanc aliter, quàm ut Patri ſatisfiat, ſi ejus eam ob impenſas non revocari interſit, revocare licet. *c. 2. d. Teſtibus in* VI. * Interim ſi Pars viſô *Inſtrumentô novô* in causâ Appellationis ſe condemnari poſſe perſpicit, & ideò liti renunciat, in *expenſas* eam non condemnari, docet Gailius *l. Obſ. 24. n. 2.*

1 §. XI. Sed & * *Appellatus* quandoque deſiſtit, idque in favorem vel utilitatem Adverſarii, quâ ratione, in judiciali etiam Appellatione, *expenſis* non fit obnoxius; adeoque Appellans ſub obtentu expenſarum litem injuſtè remoratur & progredi potiùs cogitur; quamvis poſt motam aliquandiu litem Appellatus deſtitiſſet. Mevius *III. Dec.* CCCXVII. * Imò citiùs provocanti, quòd temerè provocârit, imputabitur. * Quòd ſi tamen in favorem Appellantis non cedat renunciatio, aliud dicendum eſt; adeò, ut licèt Appellatus juri per ſententiam adepto renunciare velit; tamen ob hoc non ſtatim finiatur ſecunda inſtantia, ſeu ad judicem à quo cauſa remitti poſſit. Quid enim ſi Appellantis interſit ne ad eum, à quô ſemel gravatus eſt, revertatur?

§. XII.

§. XII. Porrò, * qui *deſerit* Appellationem, eidem quoque renunciâſſe, licèt tacitè, cenſetur. * In tantum, ut etiam quoad ipſum *renunciantem* unà Attentata, licèt non quoad *Indicem*, (illa adhuc, ſi in contemtum ejus ceſſerint, per Advocatum Fiſci proſequentem,) concidant: * & nec per viam *juſtitiæ*, etiamſi actus citrà Appellationem per ſe nullus fuiſſet, apud Superiorē deferri poſſint; nec per viam *Nullitatis*: ſiquidem deſertâ Appellatione Superior ſuper Nullitate non pronunciat. Anchoran. *Conſ.* CCCXLV. * Super ipsâ videlicet Deſertione pronunciabit; ut tamen interim certum ſit, etiam inferiorem, ſeu Judicem à quo, ſuper deſertione Appellationis nondum introductæ, (*v.* Zanger. *P. 2. de Except. c.* XX. *n. 11.*) & quidem non neceſſariò citatâ Parte, pronunciare poſſe: modò de lapſu fataliū ex Actis pateat. *Ad *Executionem* tamen devenire Eundem judicem antè non poſſe volunt nonnulli, quam appellantem *citaverit*, eumque ſuper deſertione adhuc audierit; aut etiam à judice ſuperiori atteſtatum de lapſis fatalibus impetratum produxerit: Quod neſcio an admitti debeat. *conf.* Mevium *in P. I. Dec.* *CXC.* * (Ubi de caſu jam *introductæ Appel-*

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (line 3), 3 (line 8), 4 (line 14), 5 (line 23), 6 (line 30)

lationis in ſuperiori judicio, quodnam tum ſit judicis ad quem officium ? & quando hic quoque nondum introductâ Appellatione
7 *de Deſertione*, cognoſcat? exponit.) * Utique *Doctores* plerique hoc largiuntur, ſi eum qui appellaverat, ab Appellatione *nondum introductâ* receſſiſſe *notorium* ſit, quòd tunc Judex à quo ſecundum ſententiam poſſit procedere. *arg. c. 2. d. dol. & contum. in 6.* Abbas *in c. prout eod.* Niſi verò jure ſuo uti nolit: quâ ratione tamen ſi ille Partem citet, & *citatio* nulla ſit, etiam Actûs ſubſequentes ſuſtineri non poſſe, tradunt. *v.* Creſcent. *Dec. XI. R. R. Tit. d. Dol. & Con-*
8 *tum. n. 1. ſeqq.* * Quid ſi deſerta fuerit Appellatio ab Appellante; ſed *Appellatus* tamen à judice petat, ut ſuper *causâ principali cognoſcat?* Tunc judex ſuper deſertione non pronunciat, ſed cauſam principalem decidit: ùt ſuprà tradidi, & Græveus quoque docet, *Concluſ.* CXXXVI. *conſid. 1.*

1 §. XIII. *Caſu* * Appellationes Extrajudiciales nonnunquam extingui, veluti *morte*, ex ea, quæ ob munus publicum interpoſita eſt, appellatione conſtat. *v.* Pe-
2 rez. *ſi pend. appell. mors interven. §. 5. & 6.* * In cæteris ſi appellans *hæredem* habeat, & cujuſquam, velut Fiſci aut alterius, Appellatio-

lationem continuari *interſit*, proſequenda eſt. * Et ùt mors appellantis fatalium *prorogationem* meretur, ità illud ultrà tempora hæredi circà aditionem præſtituta, (niſi etiam aliud impedimentum acceſſerit,) non intelligendum eſt. Mevius III. *Deciſ.* CLXXXII. * Reliqua determinationem ſuam ex doctrinâ de Appellatione judiciali accipiunt. 3 4

PARS POSTERIOR.

§. I. SUpereſt * ut ex AFFINIUM doctrinâ utilitatem uberiorem noſtræ tractationi conciliemus. Nam ùt in *judiciali* gravamine, utrum eligas remedium, plurimùm intereſt. *v.* Roding. *Lib.* III. *π. Camer. Tit.* LX. Sic etiam in Extrajudiciali gravamine vel maximè, quod eligatur, refert. * Idque non tantùm ex ipsâ remediorum recenſione quadantenus perſpici poteſt, ſed pleniùs etiam per aſſiduam Fori trituram, ἐκ πολλȣ̃ χρόνȣ σκεψαμένων colligitur. * Equidem *judicialis appellatio* magnam cum hâc noſtrâ conjunctionem habet; verum ùt hæ ſpecies à ſe invicem diſtinguantur, hìc exprimere ſupervacuum eſt, & rectiùs illud ex totâ Commentatione percipietur. Cætera Affinia, & ea qui- 1 2 3

dem, quæ noſtræ Appellationi proximè accedunt, illamve adjuvant, ordine, prout eorum quodlibet ſe primùm offert, luſtremus.

1 §. II (1.) Eſt * IMPLORATIO OFFICII JUDICIS. Quod quidem officium ſæpiùs interponit judex, quamvis non imploratus. *v. Magnific.* Dn. Tabor. *ad Barboſ. Lib.* IX. *c.* LXXXIX. *Axiom.V.* Matth. Steph. *in Tract. d. Offic. Judic.* *Et* Oldendorpius

2 *in Præfation. Claſſ.* (* cui *definitur* Officium, quòd ſit jus, quod ad dirimendas lites tollendaque Gravamina quomodo libet ſecundùm æquitatem exercetur, ut per hoc omnium tranquillitati privatim & publicè conſulatur. *l. Quintus. ff. d. Ann. legat.*) *&*

3 Friderum, * qui *in P. IV. de Mandat. c. V.* eleganter exponit, in quonam Officium illud judicis *Nobile* conſiſtat, & in quo ſe exſerat. In cauſis quidem *Extraordinariis*, (quas inter cæteros recenſet Rodingius *Lib.* II. *Tit.* 8. §. 8.) illud ſæpiùs conſpicitur: & ſunt in illis cauſis Gravamina Extrajudi-

4 cialia magis, quàm in Ordinariis, obvia. * Interim longè latior eſt illa Officii Judicis interpoſitio, ſiquidem ad cauſas etiam *Judiciô non diſceptandas* & *Publicas* porrigi-

5 tur: * Verbi causâ, qui ſuprà vires *indictione*

ne

ne *Munerum*, quamvis obnoxii illis ſint, gravantur, hoc remediô rectè uti poſſunt, ceu *jx l. qui ſe gravatos. C. d. Cenſibus.* conſulit Weſenbecius *conſ. XL. n. 83. & P.* Surdus *Conſ.* LXV. *n. 10.* * Iem qui actu quôdam 6
præjudiciali gravatus eſt, de quô judici abſque longiori diſcuſſione conſtare poſſet, uti illud quotidiè experimur. * Hocque 7
Remedium tunc quidem exoptatum Effectum ſortitur, ſi *judex* neque ùt judex neque ut Pars ipſe gravaverit, neque etiam *Tertii* adeò contradicturi interſit; veluti ſi Exactores Munerum publicorum, citrà ſpeciale Mandatum Magiſtratûs, quem adoriantur. * Quanquam ubicunque Do- 8
mini terrarum *ſubditos* contrà Libertatem aſtringunt, v. c. ut fruges tantùm illis, pro pretio, licèt æquo, & non alii vendant, juxta Appellationem, poſt decendium, iniquitas illa per implorationem retundi poſſit. Decius *Conſ.* DLVIII. *n.* 7. * Similiter 9
adv. alios *Dominorum abuſus* Officium Judicis ſubditi implorare, (Jo. Euch Ethard. *d. Oper. Subd. Qu. 36. p. 386.*) & Viſitatores ſive Commiſſarios petere poſſunt, qui in Actiones Domini inquirant. Coler. *P. 1. d. Proc. Exec. c.* IX. *n.* 58. * Quantô autem tem- 10
pore huic implorationi *præſcribatur*, ut ſub-

ſubditi ampliùs audiri non debeant, *v. apud* Fr. Balbum *d. Præſcript. Part. IV. princ. Qu.*
11 *xxx. n. 7. ſeqq.* * *Actionis* vice Imploratio illa non fugitur, quippe à quâ multis modis differt, quos Jo. Baptiſt. Coſta *d. Remed.*
12 *&c.* exhibet. * Unde cùm quis judicem ad actum extrajudicialem redhibitionis Equi vitioſi imploraret; venditor autem de pretio redhibentem reconvenire vellet, *reconventio* non admiſſa eſt: (*v.* Giſebert. *d. Reconvent. c.* XVI.) & Forenſis rectè domum revocare putabatur: quanquam viâ Arreſti venditor ſibi Emtorem adſtringere, & ſic convenire eum, non fuerit prohibi-
13 tus. * Saluberrimum verò eſt hoc implorationis Remedium, & omni interdictô, aliôque celeri Remediò, utilius: modò protinùs de Jure implorantis conſtare poſſit:
14 quod vel ex hâc ſpecie apparet. * Apprehenderint v. c. hæredes Mariti bona ejus, abſente viduâ, quæ jus retentionis in bonis Mariti, ratione dotis illatæ, ſibi vindicabat: nonne ſic ad nudam implorationem Judex Viduam immittet? cùm poſſeſſio vel eò vacua cenſeri non debeat, quòd vivente jam Marito communem quaſi uſum & poſſeſſionem bonorum cum eo mulier habuerit: idque cumprimis, ubi bo-

bonorum inter conjuges obtinet communio: Et cùm * Uxor tempore hæreditatis 15
Maritum, repræſentet, indeque propriâ authoritate bona apprehendere non prohibeatur, meritò eidem judex ſubveniet:
* Imò ſi vel ex poſſeſſione, perſuaſioni- 16
bus hæredum, dejecta eſſet, tamen tanquam ſpoliata, citrà ullum Interdictum, ex ſententiâ Hartmann. Piſtoris *in Obſerv. CVII.* reſtituenda videretur. * Exhibet idem 17
Officium Judicis, das Allerhöchſtadeliche Ambt/ S. Majeſt. *Cæſarea, in Tit.* II. der R. H. O. §. Und weil auch. ubi: Weil auch ferner bey Uns vor Alters wohlhergebracht/ daß wir zu mehrerer Beförderung der Juſtiß und Rettung der Bedrangten/ in Sachen ſo ohne das in prima Inſtantia bey Uns angebracht und erörtert werden können/ oder da Wir / als unmittelbarer Ober-und Lehn-Herr angeruffen werden/ oder ſonſten anderer Umbſtände halber vor Uns als Röm. Käyſer gehörig / Commiſſiones zu Verhörung der Sachen allein außgehen laſſen/ ſo forderſt zu Unſerm Käyſerl. Außſpruch an Unſern Käyſerl. Hof remittirt und überſende werden, ꝛc.

§. III. (2.) PROTESTATIO: * non 1
ea quæ *locô Appellationis* eſt, & ſub Declaratoriis

ratoriis facti proprii continetur, quando ob metum coram Judice appellare non audemus: Nam hæc ipſa eſt Appellatio: *c. f. x. d. Appell. & l. 2. C. d. his qui propt. met. item l. 7. ff. d. Appell. O. C. P.* III. *Tit.* LIII. §. Wo aber. Mynſing. *IV. Obſ. XLIV. & XLV. & latè* Anton. d. Butrio *ad c. 73. ſi juſtus. x. d. Appellat.* etiamſi non appellaverimus, ſed tantùm proteſtati ſimus, per nos non ſtare, quò minùs à nobis Appellatio inter-
2 poneretur: Mynſing *d. l.* * Sed ea ſolùm Proteſtatio huc pertinet, certificatoria, inhibitoria, incitatoria, &c. quæ ſine omni Appellationis mentione, circà Actum juſſumve gravantis, veluti Magiſtratûs aut *Perſonæ publicæ*, item Collegii, Capituli, in-
3 terponitur: * Imò etiam, quæ circà Actum perſonæ *privatæ* ſuſcipitur: quæ quidem Appellationi Extrajudiciali à Parte propè accedit. * Ità præſentator & poſſeſſor *Cambii*, ſi Acceptans non ſolvat, vel tamen conditionatè ſolùm acceptet, pro obtinendô regreſſu adv. Mandantem ſeu retrahentem, intrà fatalia proteſtari tenetur: in tantum, ut proteſtatione omiſſâ Mandantis obligatio perimatur, nullô adverſus eum datô regreſſu; interpoſitâ autem, Receptor, oder der Traſſierer / ad pecuniam cum

cum intereſſe reſtituendam obſtrictus ſit. Rota Genuenſ. *Dec.* IV. *n.* 7. & *Dec.* LVII. *n.* 2. * *conf. Statutum* Reip. Hamburgenſ. 4
Part. II. *Tit.* VII. von Wechſſeln und Wechſelbriefen. §. 2. 3. & 4. *ibi:* da aber der Acceptator in der Bezahlung ſaumig erfunden würde / ſoll der Einhaber deß Wechſelbriefs innerhalb zwölff Tagen zu proteſtiren ſchuldig ſeyn. Und ſoll ihm dieſelbe Zeit / wofern er fleiſſig gefordert / und inmittelſt keine novation, pacta oder andere Dinge mit dem Acceptator gemacht hat / unnachtheilig ſein. Würde er aber nach Verlauff der zwölff Tagen erſt proteſtiren / ſo hat er damit ſeinen Anſpruch an den Principal Aufnehmer verlohren / und muß ſich an den Acceptatorn halten; es were dann / daß Sonntag oder heylige Tage einfielen / darauff kein proteſt kann gemacht werden. * I- 5
tem §. 12. Wann Wechſel auff Franckfurt / Leipzig / Naumburg und dergleichen Meſſen und Jahrmärckte / übergeſchrieben / daſelbſten acceptirt und bezahlt werden / ſollen dem Einhaber deß Wechſelbrieffs ohne præjudicio und Nachtheil drey Tage nachdem das Geleyte weggezogen / an denen Oertern / da das Geleyte gebräuchlich; und an andern Oertern / drey Tage nach der Zahlwoche /

woche/ das Proteſt zuthun gegönnet werden: Würde er aber gar nicht/ oder nach verlauff dreyer Tagen proteſtiren / hat er ſeine action gegen den Principal-Aufnehmer damit verlohren / und muß an den Acceptatorn halten.
6 * Ita *Genuæ* etiam obtinet, (*Dec. II. Rot. Gen. n.41. & Dec. VIII. n. 17, 18.*) item *Antverpiæ*, *Noribergæ*, ut ſi is cui ſolvi debet, dilationem non conceſſurus, juſtô tempore proteſtetur, Mandans, ſi cambium ſolutum non fuerit, non liberetur.
7 * Idque contrà Raph. de Torre not. eſt, qui in *Diſp.* II. *d. Cambiis. Q.* XVI. *n. 6. ſeq.* acceptatis literis Cambii, ſi Mandatarius, antequam ſolvat, foro cedat, ejus cui ſolvi debet, periculum eſſe aſſerit.
8 * Sed & in *Poſſeſſione* retinenda Proteſtatio aliquando juvat:
9 * Nonnunquam verò Proteſtanti non tantùm in hâc ipsâ, ſed etiam in aliis negotiis, per Proteſtationem non proſpicitur. Ita enim ſi quis *Contractum acceptet*, in tantum ejus quoque onera conditiones & gravamina acceptare intelligitur, ut Acceptatio cum Proteſtatione non valeat. Honded. *I. Conſ. 89. n. 31. ſeq.* & Caſtillo *Lib. V. Contr. c. 107. n. 65.*
10 * Eſt autem tutiſſima Proteſtatio *Judicialis*, quamvis etiam Extrajudicialis, quæ Parti vel

ti vel Judici innoteſcit, idonea ſit. Gailius *l. Obſ. LXX. n. 26.* * Et quidem quoad *Judicialia ipſa* requiritur in quolibet Actu Proteſtatio: Alex. *in l. non ſolùm.* §. *morte. d. N. O. N.* & Innocent. *in c. Cumana. d. Elect.* cùm in negotiis *Extrajudicialibus* quem ſemel proteſtatum eſſe ſufficiat. Bart. *in l. de Pupillo.* §. *ſi quis. d. t. d. N. O. N.* 11

§. IV. In *Publicis* * *Actibus* & Negotiis quomodo proteſtationibus gravati ſibi proſpiciant, ex ſequentibus eluceſcet. Ubi præ cæteris occurrit illa *Statuum Auguſtanæ Confeſſionis Proteſtatio* Decreto Norinberg. per Scriptum publicum oppoſita, unde glorioſum & invictum *Proteſtantium* nomen! Eamque Proteſtationem juſtis rationibus tuetur Dn. Strauchius *Diſp.* VII. *Exoter. th. 3.* * Sed iidem Statûs poſtmodum *Appellationis* formulam conceperunt, perque eam ab omni Actione Spirenſi & Decreto ibi factô ad Cæſarem & ad futurum Nationis Germanicæ Concilium provocârunt. *de quô diſſerit* Fr Hortleder. von Urſachen des T. Kriegs / *Lib. I. Cap. VII.* * Vidimus etiam *Proteſtationem Statûs Eccleſiaſtici Regni Hungariæ*, ſuæ Majeſtati Regiæ in Comitiis Regni *anno 1608.* oblatam, & in Diætâ *anno 1638.* denuò re- 1 2 3

 petitam;

petitam: quâ contrà Lutheranos, ſive Evangelicos Majeſtatem Cæſaream obteſtantur, *per Miſericordiam DEI, per animæ Ejus Salutem, per inclytæ Domûs Auſtriacæ illibatam Fidem, per æternum Poſteritatis de Majte Ejus judicium, ne Libertatem Religionis Lutheranæ Legibus firmet: Proteſtantes coram DEI Majeſtate, Glorioſ. Virgine Mariâ, & omnibus Choris Angelorum & Sanctorum DEI, coram ſuâ Majeſtate & totô Mundô quod nunquam in eam Libertatem conſenſerint, aut unquam conſenſuri ſint, adeoque rationem animarum, quæ occaſione Libertatis illius æternæ damnationi adjudicandæ ſint, coram tremendo Divinæ juſtitiæ Tribunali reddendam, à ſe tranſcribant.*

4 * Sæpiùs etiam in *Comitiis* & *Conventibus Imperialibus* ejusmodi Proteſtationes occurrunt: veluti *anno 1653.* cùm ArchiEpiſc. Moguntinus Ratisbonæ Ferdinandum IV. Rom. Reg. coronaret, nomine Colonienſis ArchiEpiſcopi contrà illum Actum Proteſtatio *d. 8. & 18. Jun.* interpoſita fuit: quæ tota *ap.* Limnæum extat *in Add. Po-*
5 *ſter. ad Lib.* III. *Jur. Publ. c. VI. n. 3.* * Et in Comitiis *de anno 1653. ſeq.* Confeſſioni Auguſtanæ addicti Statûs *d. 17. Maji 1654.* Ratisbonæ coram Cæſar. Majeſt. proteſtati

ſtati ſunt, wegen der Puncten / ſo bey Verleſung deß R. A. angemerckt worden / daß ſie der Abrede nicht gemäß und dahero auszulaſſen oder zuendern. (Puta circà Punctum Deputatorum, Viſitatorum, Acceptandæ Reviſionis, cognitionis Nuncii Apoſtolici, Concluſi Deputatorum & Ordinationis Judicii Aulici.) * Quò 6
pertinet Eorundem Proteſtantium *apud* Limn. admonitio, (in *Add. poſter. ad Lib. IX. c. I. n. 167.* Ibi: Anno *1608.* es ſey zur diſſolution des Reichstags; Anno 1613. aber zu keinem ordentlichen verglichenen und allerſeits beliebten; ſondern vielmehr zu einem einſeitigen / von denen Proteſtirenden / vermög verhandenen offenen Abdrucks / publicè contradicirtem Reichs-Abſchied außgeſchlagen. * Aliquando Proteſtationi- 7
bus, (& potiſſimùm illis; è quibus Proteſtantem conditionem Negotii non percepiſſe, colligitur,) Animi noſtri declarandi causâ *Reproteſtationes* opponimus: cujus rei exemplum recens habetur in der Contradict. und Reproteſt. der Stadt Cölln vom *27. Oct. 1670.* in quâ inter alia hæc reperiuntur: -- Urſach haben ſolcher Proteſtation / als zu recht ungültig und gegen kundbare der Sachen bewandnüß irrig / zu-

contradiciren / wie Sie dann hiemit in aller beſtändigſter Form Rechtens / der anfangs vermeldter / von Churf. Durchl. Hn. Statthalter / Cantzlar und Rähten anmaßlich eingeſchickter Proteſtation und Contradiction und deren wiedrigen contentis wiederſprechen / ſich am zierlichſten bezeugend / daß bey vorgenommener Beſtraffung der Soldaten und angefangenem Fortifications-Bau ihre Meinung dieſe nicht geweſen / weniger Sie de facto eingegriffen: Und thun offt wolgem. Bürgerm. und Raht Euch Notarium G. H. tragenden Ambts halber requiriren / daß mit Zuziehung nöhtiger Zeugen dieſe GegenContradiction und Proteſtation dem Herrn Cantzlar / oder älteſtem anweſenden Churfürſtl. Raht / wie auch dem Notario Steinmann / an ſtatt der Antwort / auf ſeine Inſinuation, ad Protocollum zuregiſtriren / der Gebür inſinuiren; auch von Verrichtung eines oder mehr Inſtrumenta in beglaubter Form mittheilen wollet: inzwiſchen euch zu Expedirung dieſes actûs, und weiter nicht / eueres Uns geleiſteten Eids erlaſſend.

I §. V. Ad *Lites* * verò & *Judiciales Actûs* præcipuè ſi fiat Proteſtatio, tunc licèt ea jus Proteſtantis conſervet, quod & in Extraju-

trajudicialibus obtinet; veluti jus *Præcedentiæ*, cùm Legati proteſtantur, integrum Proteſtanti manet. Beſold *d. Legat. p. 59.* * Tamen quò minùs ſententia *in rem judicatam* tranſeat, non impedit; Conſil. Marpurg. *vol. III. Conſ.* XXXII *n. 105.* niſi etiam ex ipsâ proteſtatione conſtet, quòd quis per eam à viribus rei jud. ſuſpenſam eſſe velit ſententiam: * quâ ratione *Leuteratio*, ejus nomine quamvis non expreſsô, in *Iure Saxon.* (quô & Leuterans proteſtari ſolet,) interpoſita eſſe cenſetur. Carpzovius *P. I. Conſt.* XIX. *def. xxII.* * Igitur cùm Proteſtatio ſuſpenſivum Effectum non habeat, ideò ille, qui à Gravamine inferendô vel illatô relevari volet, maturè appellando ſibi meliùs proſpicit. *tx. in c. quod ad conſultationem. x. d. re jud. & Dd. ad l. ille. §. ſi de Teſtamento ff. ad SC. Trebell. v. tamen* Carpz. *d. l.* & de Proteſtationibus latè agentem Rennemannum *P. IV. Diſp. L. Iurispr. Rom. G. n. 24.* Cothmann. v. *Reſp.* XLVI. *&* Volckmann. *Part. II. Inſtruct. Notar. Tit.* xx itemque eos quos Felvvingerus in *Foro Proteſtantium* compegit. 2 3 4

§. VI. (3.) Affinis * Appellationi noſtræ eſt DECLARATIO SENTENTIÆ *in l. 4. §. 1. ff. d. Appell.* non quidem ratione *Ju-* 1

dicis: ſic enim declaratio ab eodem fit, gra-
2 vaminis reſciſſio à diverſo; * Sed quòd ſæpè nobis ſubveniri queat ab eôdem judice, etiam extrajudicialiter gravante, atque gravamen per declarationem Juſſûs aut Decreti Extrajudicialis aboleri, ne deinde ad Superiorem provocare neceſſe habeamus.
3 * Cæterùm ab illâ Declaratione, communi jure receptâ, Leuteratio Saxonica multis modis differt.

1 §. VII. (4.) Eſt * LEUTERATIO ſ. Querela de ſententiæ, (etiam *Interlocutoriæ*, Berlich. *l. Concl.* XLIX. *n. 9.*) latæ obſcuritate, vel iniquitate, ad eundem qui eam dixit Judicem, declarandæ illius vel ad æquitatem revocandæ gratiâ legitimè de-
2 lata. * Hinc ergò qui leuterat, *mutare* ſententiam poteſt: qui declarat, mutare non debet; *d. l. 4. § 1.* nec etiam cùm Officium ejus jam ceſſet, poteſt: ut adeò cùm declarat, nil novi additurus ſit. Menoch.
3 *d. Recuper. poſſ. Rem. 1. n. 177.* * Non etiam Declaratio Effectum *ſuſpenſivum* habet, ſed ſententiam in rem judic. tranſire patitur. Carpz. *P. I. Conſt. XIX. def. 1. & 3. Reſp. T. XI. R. CII. n. 2.* Unde gravatus eam declara-
4 tionem cautè adhibebit. * Ulteriùs Leuteratio intrà *decendium* interponenda eſt.

Idem

Idem Carpzovius *d. Reſponſ.* & tempus pro-
ſequendi habet ſex ſeptimanarum & tri-
um dierum *d. Conſt. XIX, def.* VII. * Sed de- 5
claratione petitâ, ſi tempeſtivè obſcuri-
tas allegetur, ad illum Effectum, ut adhuc
appellari poſſit, tempus decendii à Decla-
ratione inchoatur. Mevius *Part. I. Deciſ.*
CIX. ut non tam declaratio intra decendi-
um petita ſuſpendat, quàm quòd ſententia
obſcura in rem judicatam non tranſeat: a-
deoque ſubſecutâ quamvis diu poſt de-
cendium Appellationis declaratione ab
eô tamen inſtanti intrà decendium adhuc
Appellatio interponi poſſit: * Denique *Leu-* 6
teratio contrà Leuterationem non admit-
titur, niſi ex novô gravamine in ſententiâ
Leuterationis ſe læſum dicat Leuterans;
Carpz. *d. Reſp. n. 20.* contrà Declarationem
verò incongruam appellari omninò non
prohibemur. *d. l. 4. §. 1. ff. d. Appell.* * Sicuti 7
ambigendum non eſt, ab eo etiam inſtanti,
quo *Declaratio denegata* fuit, fatale ad ap-
pellandum inſtare: modô judicium dene-
gans appellabile ſit: nam in ſupremis etiam
judiciis quandoque declaratio denegari ſo-
let: ità *in Cam.* in c. L. O. von B. *contr.*
Priorn und Convent der Diſcalceatinen
Cloſters in C. &c. Iſt Lt. W. ſein wegen De-

claration der am 13. *Dec.* 1660. ergangenen Vrtheil beſchehenes begehren als unnöhtig abgeſchlagen. 7. Febr. 1662. *conf.* Gail. 1. *O.* 116. *n.* 8. & quòd Delegans ſui Delegati ſententiam declarare poſſit, Ferr. Montan. *l. d. Appell. c.* 5. *pag.* 14.

1 §. VIII. De *Oberleuteratione* * quam appellant, idem quod de Leuteratione diximus, judicandum eſt: tantùm in eo eſt differentia, quòd Oberleuteratio in cauſis ſimplicis querelæ ad Aulas SSer. EE. & DucD. Saxon. delatis, inſtar Reviſionis,
2 obtineat: * & cùm *l. Saxon.* ab omni appelletur gravamine; tamen Oberleuteratio contrà ſententias interlocutorias, niſi vim Definitivarum habeant, non admittatur.
3 Carpzov. *d. Tit.* XI. *Reſp.* CVII. *n.* 15. *ſeqq.* *Sed an etiam à gravamine *Extrajudiciali* peti poteſt Leuteratio? Videtur, cùm & leuterari poſſit ab Interlocutoriâ, dummodò gravamen formam Decreti habeat.

1 §. IX. (5.) EXCEPTIO * SUB- & OB-REPTIONIS. * Nam & hæc datur, ubi cauſâ non cognitâ quid ſtatuitur, etiam ab eô, à quo appellare non licet. *l.* 2. *C. d. Appell. l. ult. ff quand. appell. ſit.* Bocer. VI. *Diſp.*
2 XXXIV. *th.* 37. *ſeq.* * *Sententias* autem, vel quicquid formam ſententiæ habet, *impugnan-*

gnandi Remedium legitimum illud non eſt: indeque non tantùm, ubi cauſa cognita fuit, non obtinet; *l. 4. C. ſi contr. Ius vel util. publ.* adeò ut etiam Advocatus, eam tum obvertens, niſi ex imperitiâ peccaverit, (eò quòd Exceptio poſt cauſam cognitam incongrua ſit,) puniri queat; ſed etiam tunc locum non habet, ubi gravamen à Magiſtratu *in formâ judicantis* impingitur. *Scilicet, quando in cauſis cognitio- 3
nem non adeò requirentibus ab eo, qui Superioritatem vel ſummam jurisdictionem habet, quid reſcriptum vel mandatum eſt, veluti in cauſis jure prohibitis, quæque (ſi modò factum is, qui Reſcriptum aut Mandatum elicuit, rectè narraverit,) jus certum, ſicque protinùs indulgendum habent: tum vero exceptione ſub & obreptionis Parti, per falſa impetrantis narrata gravatæ, ſuccurritur; neque Appellatio, ubi exceptio illa datur, locum habet.
**Adhibe* Gailium *1. Obſ.* XIV. *&* *2. Obſ.* LVIII. 4
Zanger. *P. 2. d. Except. c.* XVII. Item Maſcard. *vol. 3. d. Probat. Concl.* 1128. ubi cuinam probatio Obreptionis incumbat, exponit: Et Salgad. d. Somoza *in T. 1. Labyr. Cred. Part. I. c.* XXXVII. in quo in ſpecie oſtendit ea capita, quæ recenſere illum o-

porteat, qui *alienandi facultatem* à Principe obtenturus, futuram Subreptionis Exceptionem evitare cupit.

1 §. X. (6.) SUPPLICATIO. * Verùm hæc etiam obtinet, ubi ſententia vel ob qualitatem judicis, vel Principis prohibitionem, aut quòd cauſa excepta vel pri-
2 vilegiata ſit, inappellabilis eſt: * Sic enim Supplicationem loco Appellationis Extrajudicialis inſtitui poſſe docet Ant. Faber. *in C. Sab. Tit. d. Sent. Præf. Præt. def. 8* à Senatu ſummo, quanquam Abuſus interceſſerit: v. c. ſi publicatione Monitoriorum quis gravatus ſit, non auditus anteà nec voca-
3 tus. * Similiter, quoad cauſas, in *Criminalibus* ſupplicatio hodiè alicubi uſurpatur. Capyc. *Deciſ. CXLIV. n. 3.* Bocerus *d. Diſp.*
4 XXXIV. *n. 10.* * Habet quoque ſolùm in *Definitiva* locum: eàque electâ, per quam correctio ſententiæ petatur, ad *Appellationem* procedere non licet: ùt nec appellatione ſemel electâ ad ſupplicationem
5 Mevius *Part. I. Dec* CLXXX. * cùm Remedia, quæ ad *impugnandam* ſententiam ten-
6 dunt, alternativè competant. * Ubi ver Appellatio ex *Qualitate* cauſæ, non e præeminentiâ judicis, aut privilegio, c Jure communi prohibita eſt: ibi cùm pr

h

hibita etiam ſit *Reviſio*, num non & ſupplicationem interdictam eſſe putabimus? Nequaquam verò: cùm paritas utriuſque Remedii, Reviſorii & Supplicationis tantùm in ſupremis Imperii Judiciis ob præeminentiam Judicis inſtituta, & non ulteriùs porrigenda ſit. * Eſt porrò juſti- 7
ficanda ſupplicatio *ex iisd. Actis*, ut quæ non deducta ſunt, deducere non liceat:* 8
Proceſſus non idem eſt, qui in Appellationibus; ceu nec eadem *fatalia* introd. & juſtif. habet; verùm ad directionem & juſſum Judicis componitur. *v.* Brunnemann. *c.* XXVIII. *Proc. Civ. n. 117. &* Rebuff. *Tr. d. Suppl. Qu.* XI. * Fit Supplicatio vel ipſi 9
qui pronunciavit; (& hoc quidem contrà, quàm aliàs Romanô Jure obtinebat, Lud. Hugo *in Conſultat. d. Proc. Appell. emendat. P. 1. c.* XII.) vel etiam, ſi quis adfuerit, *Superiori*, *v. l. 5. C. de Precib. Imperat. off. Auth. Quæ Supplicatio. eod. Nov.* CXIX. *c. V. l. un. C. de ſent. Præf. Prat.* Bachovius *Volum.* II. *Treutl. D.* XXXIII. *th. 3. & Dn.* Strauch. *Diſſ. juſt.* XXV. *Aph.* XII. * Deni- 10
que Executionem non ſuſpendit. *d. Auth. junct.* Cothmann. *l. Reſponſ.* XIV. *n. 44.* ut tamen ſi intrà decendium ſupplicetur, victor idoneum de reſtituendo in caſum re-

tra-

tractatæ ſententiæ *fidejuſſorem* exhibeat: Vinc. d. Franch. *Dec. DCIII. & DCXLVI.* Guid. Papæ *d. Appell. Qu.* xcv. Idque licèt à Parte non petatur. *vid.* Hering. *cap. VI. d. Fidej. n. 30. &* Trentacinqu. 2. *reſo-*
11 *lut. Tit. d. Appell. Reſol. I. n. 8. ſeq.* * Quæ ſatisdatio, (vel etiam, quòd ſententia executioni detur vel dari queat,) ſi non adeò curetur, victus etiam poſt decem dies intrà biennium ſupplicare poteſt. *gl. in c. ex literis Extrav. d. reſtitut. verb. Supplicavit.*
12 * (vide *de Cautione, ad* § 124. R. A. 1654. ibi: Wann ein Armer nicht zucaviren hätte: Salgado *P. I. Labyr. Cred. c. fin. n. 110. ſeqq.* ubi poſt multas aliorum doctrinas & cumprimis Alvarez Valaſco *d. Privil. Pauper. P. I. Qu. 53.* qui in Supplicatione tanquam Remedio extraordinario, (ſaltim in Hiſpaniâ,) cautionem Juratoriam non admittunt, eos Ipſe à ſupplicando non rejiciendos eſſe ait *Pauperes*, qui ſunt *pobres de Solemnidad.* i. e. qui ſolenniter jurant, & inſuper teſtes habent, eos pauperes eſſe, ſeu inter Hiſpanos *tria millia marapetina*
13 in bonis non habere, aſſerentes.) * Quamvis autem Executio, non obſtante ſupplicatione, in *principali* causâ detur: tamen non datur in expenſas in quas victus condemnatus

tus eſt. Afflict. *Dec.*CCXXXI. Marant. *P. VI. Spec. Tit. d. Appell. n. 16.* * In *Fructibus* tan- 14
tùm ſecùs ſe habet, quippe qui unà in executionem veniunt. Maſtrill. *Dec.* XCIX. & CCXXIII. Indeque, donec fiat Fructuum liquidatio, regulariter in causâ ſupplicationis procedi non debet.

§. XI. Cæterùm * poſtquam in *Aulâ* 1
Imperiali Supplicationis Remedium, inſtar Reviſionis in Camerâ, (quæ tempore Inſtr. Pacis ſuſpendebat,) tanquam Ordinarium, obtinere cœpit, nemo ambigit, quin Supplicatio *ſuſpendat*, idque *per Art.* V. §. *20. verſ. Quoad Proceſſum. &c. Inſtr. Pac. &* R. J. D. Ferdin. III. *T. V.* §. Daſern ſich nun. & §. Damit. * Et quidem ea Jura 2
rectiùs accipiuntur, ut non aliter, quàm ſecundùm *Jus commune*, Supplicatio illum effectum habeat, puta ſi *cautio* à victore non præſtetur: quem in ſenſum explicandus hoc modô eſt *d.* § Inſtr. Pac. *ut Partes ibidem litigantes omni Remedio ſuſpenſivò*, (ſi videlicet non legitimè caveat executionem quærens,) *deſtituantur.* * Quamvis 3
enim, hâc explicatione admiſsâ, nihil novi dictis Juribus introductum eſſe videatur, quoad formam & effectum; ſatis tamen novum eſt, quòd cùm anteà Remedinm

ſuppli-

ſupplicationis ſaltim in Aulâ Cæſareâ,
planè non, vel tamen difficulter, admi
vellet, & in merô Cæſar. Majeſt. arbitı
poſitum eſſet, *v.* Klock. *conſ. LXXXII. n.*
& Zanger. *P. 2. d. Except. c. I. n. 437. & 44*
impoſterum jure firmatum haberi que
4 * Utique ad Reviſionis modum introd
cta eſt ſupplicatio. Jam verò *Reviſio* eff
ctu ſuſpenſivô, præterquam in cauſis R
ligionis & Spiritualibus, caret, ſi cautio
parte victrice, de reſtituendò in caſun
ſuccumbentiæ, in Reviſorio præſtetu
R.A. *d. an. 1654.* §. Nach Berathſchlagun
5 *124.* * Ita ut executio tantiſper, donec
Puncto Cautionis diſceptetur, in ſuſpen
ſit: §. *124. d.* R.A. cùm tamen antehac (D
ſentiente quamvis Bendero, *Concl. XX.*
Reviſ. n. 58. ſeqq.) Reviſio ſuſpenderit. *C.*
C. G. O. *P. 3. Tit. pen.* §. *5.* Deput. Abſcl
1600. §. *157.* & pendente Reviſione (co
trà quàm Merckelbach. *apud* Klockiu
2. conſ. C. tradidit,) *Inhibitioni* locus fueri
v. O. Cam. P. 3. Tit. LIII. §. *4. junct.* Minda
6 *2. d. Mandat. c. 2. & c. 28.* §. *2. ſeq.* * Utcunqu
Merckelbachio προςασίαν præbeat, & an
R. A. *d. ann. 1654.* non obſtante intimat
Reviſione, ad executionem proceſſum
fuiſſe, adhuc afferat Notator *ad.* Rodin
Lib.

Lib.3.π.Cam.Tit.LXI. d.Reviſion. latè p.995. ſeqq.

§. XII. Quanquam * enim negari non 1
poſſit, quòd *Collegium Camerale*, poſt varias hac de re Deliberationes, *Senatus Conſ. die 5. Febr. 1619.* in hanc inter alia ſententiam conceperit: daß dem Käyſerl: Cammergericht ſein freyer / ſtarcker / unverhinderter Lauff und Gerichtsübung / durch angebrachte und fürgewendte Reviſion nicht alſobald und ohne Unterſchied verhindert / ſiſtirt und eingeſtellt; ſondern demſelben nicht weniger / als andern Unterrichtern / von deren Urtheiln ſupplicirt und appellirt wird / verſtattet und zugelaſſen werde / nicht allein de formalibus Reviſionum, ſondern auch circà materialia zuerkennen / ob derſelben in krafft obberührter Rechten zu defendiren / oder aber wo nicht / gäntzlich zuverwerffen; jedoch im Proceſs ferner zuverfahren / ſo lang und viel / biß das Richterliche Ambt zumal exſpirirt und ſonſt die Appellation auch ihren effectum ſuſpenſivum erreicht und erlangt habe. Alſo daß nicht allein / da von gerichtlichen und auſſerhalb Gericht erkennten und exequirten Proceſſen / ſie ſeyen ſimplicis querelæ, Appellationum oder Mandatorum, Reviſion geſucht / ſondern

dern in allen Fällen/da von Bey-und Endurtheiln zu appelliren verbotten / oder auch die Appellation allein quoad effectum devolutivum zugelaſſen/ deren unangeſehen/ wie ſichs gebührt zuverfahren / biß die Reviſion von folgenden Urtheiln / utrumq; effectum devolutivum & ſuſpenſivum würcken und
2 erlangen möge. * Tamen an ejusmodi Senatus Conſultis effectus Juris Univerſalis aut perpetui ad enervandam Reviſionem tribui potuerit, valdè ambigo: cumprimis quòd DNN. Aſſeſſores ad conſervandam ſupremi judicii Dignitatem, Reviſiones ſubterfugiant: ceu vel ex unicâ causâ
3 *Ortenburgica* conſtat. * Equidem de *modô Proceſsûs*, (citrà imminutionem Remediorum jure proditorum,) Auguſtiſſima judicia decernere poſſe nemo dubitat, *poſt* R. A. *1557. Memorial. d. an. 1570. Deput.* Abſch. *d. an. 1600.* ſed ut nec quicquam contrà Jus commune & Conſtſt. Imperii ſtatuant: ſicuti nec Remedia nova, aut quæ cum perpetuo partium præjudiciô juncta; vel toti judiciorum, & vel ipſius Cameralis, inveterato Ordini, quoad ſubſtantialia, non conformia ſunt, Eandem inſtituere poſſe, in Protribunal. noſtr. *Penſ.*
4 *I. Delib. VIII.* oſtenſum eſt. * Hinc *anno 1629.*

1629. *SSer. Duces Brunsvicenſes Rei in c. cum Ep. Hildesh.* quæ *an.* 1643. durch den Hildesheimiſchen Haupt-Receß amicabiliter compoſita eſt, dictum Senatus C. oder Gemeinen Beſcheid / reſpicere noluerunt, & Reviſionem contrà intimatam Executionem ſententiæ urſerunt: cùm & totum Collegium Electorale eidem SCtò auß Mühlhauſſen *ſub dato 7. Dec. 1627.* jam antè contradixiſſet, und die Käyſerl. Majeſt. es Anno 1631. von Regenſpurg auß caſſirt; auch am Creyßtag zu Braunſchweig in Anno 1619. gegen daſſelbe außdrücklich proteſtirt worden.

§. XIII. Neque tamen * ſilentio prætereundum eſt, quòd jam olim *in nonnullis cauſis* Reviſio effectum *ſuſpenſivum* non habuerit: Deput. Abſch. *d. anno* 1600. §. 157. & 159.* Unde poſtquam nunc ſuſpenſivus Effectus dictô modô ſublatus eſt, ne quidem hodiè, in cauſis *dd.* §§. expreſſis, Pars victrix, ut Executionem obtineat, cavere debebit: cùm ea, quæ ſpeciali ratione introducta ſunt, per generalem Conſtitutionem non tollantur. * Quòd ſi verò *irreparabilis* eſſet Executio, tunc ne quidem illa ſub cautione decernenda foret. *v.* Paponium *Syntagm. Lib. XIX. Tit. VIII. de la*

1 2 3

4 *force des Jugemens. n. 8.* * De quo quidem *Reviſores* ſtatuent: ceu de eo, num Reviſio juſtè petita ſit? ipſi quoque Reviſores diſpi-
5 ciunt: § 133. R. A. *d. ann. 1654.* * Niſi verò Jure communi in eâdem ſpecie Appellatio prohibita eſſet: nam ita *Camera* per Decretum Reviſionem poſſet eâdem ratione rejicere, quâ de Appellatione non admittendâ Judicem à quo ſuô modô (Superioris cognitione ſemper ſalvâ,) cognoſcere vi-
6 demus. * Quòusque *d. Senatus C.* (der Gemein. Beſch. *d. an. 1619.* cum *præjudiciis ap.* Rodingium *p. 998.* & *alibi* extantibus, quoad ſimpliciter, num admittenda videatur Reviſio, definiunt,) recipi poteſt.

1 §. XIV. Igitur * cùm hæc ita ſe habeant, ipſique Reviſioni Executionem ſuſpendenti Supplicatio in eô effectu pariſicata ſit, non ampliùs eſt dubitandum, quin licèt *in modô ſuſpendendi* adhuc diſcrepent, tamen ipſa ſupplicatio in ſe *ſuſpenſivum* ſit
2 Remedium. * Videlicet in modô per hoc etiamnum à Reviſione ſupplicatio *diſcernitur*, quòd cùm hæc in Aulâ Cæſareâ interponi ſoleat, circà eandem nec notificatio ad Eminentiſſ. Electorem Moguntinum, nec fatale denunciandi Reviſionem, nec Reviſores Statuum, nec Sportulæ requi-

quirantur. * Sunt ſuſpenſionis ejusmodi 3
plura *exempla*, prout præter alia in cauſa
Principis de Liechtenſtein contrà Principem
von Oſtfrießland/ poſt ſupplicationem interpoſitam, dum cauſa cognoſceretur, executio, donec confirmaretur ſententia condemnatoria, dilata fuit.

§. XV. Enimverò * plerique Remon- 1
ſtratione hâc opus non fuiſſe conjicient, quòd res ea *per Capitul. Leopoldin.* ſatis diſcuſſa ſit: cujus *Art. XLII.* nemo non advocat. Interim in eô quicquam, ùt vulgò docent, non continetur, quô rem h. decidas. * Namque ex hiſce verbis: darbey 2
ſoll es bleiben/ und nirgends anders/ es ſey dann durch den ordentlichen Weg deren in offtermeldtem Friedenſchluß beliebter Reviſion, (*impropriè pro ſupplicat.*) von neuem in cognition gezogen/ noch deſſen execution gehindert werden: quid aliud quæſo colligi poteſt? quàm quòd iterari cognitio cauſæ, niſi per viam unicam ſupplicationis, non debeat: item quòd Executio cauſæ deciſæ non impedienda ſit. * Quod tamen ad 3
Supplicationis Remedium, ſi illud intentatum fuerit, (quaſi per illud ſc. als den ordentlichen Weg / ſuſpenſio fieri poſſe debeat,) non pertinet ;] ſed in genere de quolibet

caſu, quò lis deciſa erit, & quidem de impedimento, non tam ob Remedium aliquod juris, quàm eo quod facti foret, accipiendum eſt.

1 §. XVI. Sed hæc * ad Judicia Imperii ſumma pertinent, in quibus æquè ac in cæteris omnibus *Inhibitionem* quoque decernendam eſſe putandum eſt, ſi Attenta-
2 tum irreparabile fuerit. * In *Provincialibus* non æquè ad Jus commune in hoc Articulô reſpicitur. Et in *Saxonicô* Jure à ſummis Judiciis, cùm alia in iisdem Remedia ſuppetant, planè exulat Supplicatio.
3 Carpzov. *P. I. Conſt. xx. def. 25.* * Alibi, cùm Jure communi, poſtquam ſupplicatum eſt, Appellationi locus non ſit, & imò vel propterea ſupplicetur, quia appellare non licet; Tamen etiamſi anteà ſupplicatum fuiſſet, Appellationi adhuc deferri ſolet: ceu de Judicio *Brunſvicenſi Wolfferbytano* tradit Joh. Stuckius, *part.* I. *Conſil.* 23. *n.* 17.

1 §. XVII. Cætera * *Reviſorii Remedii* non attingo, cùm ea non adeò huc pertineant, ejuſque tractationem poſt Benderum alii jam ſuſceperint: (*è quib. vid.* Rumelin. *p.* III. *Diſp. ad Aur. Bull.* II. *th.* 20. *ſeqq.* Gilhauſen *part.* IV. *Arb. Jud. Civ. c.* VIII. Schvvanmann. *Obſ.* CLXXX. *ſeqq.* Roding. *in pand. Cam. p.* 1002.

1002. *ſeqq.* O.W. Zepper *pecul. Diſſert.*)* 2
Tantùm hoc notare liceat, quòd *Reviſionis* nulla ad Cæſarem & Statûs admittatur *Reviſio.* Adeò ut quamvis Roding. eam *d. l.* impetranti ſolùm non dari, ſed tamen impetrato, aſſerat; vel quod eôdem recidit, ſi confirmetur ſententia Cameralis, quòd tunc non detur; ſecus ſi eadem reformetur; (uti quidem Benderus docet. *d. Tr. d. Reviſ. Concl.* XXXII. *n. 31. ſeq.*) Tamen illud indiſtinctè negari, adeoque nullam planè Reviſionis Reviſionem admitti, verius ſit. Heigius *P. I. Qu. X. n. 82. ſeqq.*
* Neque enim Reviſionem indulſit *Ordinatio*, niſi contrà ſententias Camerales; 3
neque ſupplicationis uſpiam legitur ſupplicatio: *Nov.* CXIX. *c. 5.* Et pro *Reviſoribus*, (quos etiam non Jurisdictionem, ſed *Jurisdictionis* ſuorum Principalium *exercitium* habere, Vultejus adſtruit *ad l. 1. C. d. Jurisd. omn. Jud. n. 96.*) ne in infinitum procedatur, omninò præſumendum eſt.
* Interlocutoriam utique ſi retractaverint Reviſores, (*v.* Gail. *d. l. n. 5.*) quòd 4
tunc cauſam principalem ad Cameram remittant, Benderus *Concl.* XIV. *n. 6. 34. 37.* obſervat.

§. XVIII. Differt. (7.) à Supplicatione & 1

 Ap-

Appellatione noſtrâ Extrajudiciali *QVERELA*, quæ etiam à ſententiis, & quidem per modum intentionis, inſtituti ſolet: quibus modis ab Exceptione Sub & obreptionis diſtinguitur.
2 * Tum & fundatur in errore Partium, vel in circumventione Adverſarii, cùm ſupplicatio in errore facti fundetur, qui à *Judice* admiſſus eſt.
3 * Ulteriùs Supplicatio ſolùm ex *iisdem actis* inſtruenda eſt, Querela etiam ex novis & anteà non productis argumentis.
4 *Querela quid evidentius requirit, Supplicatio moràm admittit: & quæ alia adducit Anton. Faber. *in Cod. Sab. Lib. VII. Tit.* XIV. *d. Sent. Præf. Prætor. def. IX. ubi & tot.* Petri Rebuffi *d. Supplicat. ſ. error. propoſ.* citat.
5 * Hinc Querela ejuſmodi *coram Imperatore* ſi evidenter & in continenti ipſum circumventum eſſe, oſtendi queat, admittitur, ut error detegi poſſit. *v.* Hubertum Thom. Leod. *Lib. VII. Annal. Palat. p. 147. & 150.*
6 * Sicuti eandem concedunt Doctores, ſi Cæſar *extrajudicialiter* ad Partis alterius relationem reſcripſiſſet: contrà quàm *in Art.* XLII. Capit. Leopoldin. diſpoſitum eſt; ibi: kein Stand deß Reichs in Sachen / ſo præviam cauſæ cognitionem erfordern / mit Käyſerl. Decreten auß

dem

dem Geheimen Raht übereilt / noch dieſelbe in Judicio angezogen werden ſollen. *vide* Reinking. *Lib. 1. de R. S. & E. cl. V. c. IX. n. 47. ſeqq. item. n. 53. &* Hermes *c.* XI. *Jur. Publ. n. 161.* * Hactenùs enim intrà certas 7
ſpecies ſubſiſtendum, ne aliàs nullus litium finis futurus eſſet, ſi ad Eundem toties eô prætextu recurrere liceret. * Equi- 8
dem Klockius *in vol. 2. Conſ.* LXXXII. *in Reſol. Qu. 2.* tradit, wann der Reichshofraht Ihro Majeſt. zu mild berichtt / und dieſe die Urtheil beliebe / quòd tum ad melius informandum appellari poſſit. * Utcunque 9
verò omnem querelam h. c. denegare nolimus; vox tamen *Informationis* immemor eſt reverentiæ, totque Pataſtatis ſuffultæ ſollicitudinis Imperatoriæ: Et hinc ſi *à Cæſare malè informato ad Eundem*, (vel etiam junctos alios, velut EE.) fiat Appellatio, prout in causâ *Saynenſi*, Præfecturam Haggenburg concernente, à Reverendiſſ. El. Colonienſi coram Notario interpoſita fuerat, à Cæſ. Majeſt. puniri ſolet. *v.* Informat Jur. & Fact. Sayn *contrà* Cölln / Haggeb. betreff. *&* Limn. *Tom.* IV. *add. ad Jus Publ. Lib. 2. c. IX. n. 211.*

§. XIX. Illud autem * oppidò inſulſum eſt, quòd ab Imperatore, ſi contrà *Capitu-* 1

pitulationes agat, ad Imperium appellari poſſit: Wann ein Stand des Reichs von der Röm. Käyß. Majeſt. judicialiter oder extrajudicialiter graviert wird/ daß Er ſich deßwegen bey Churfürſtler. Pfaltz per modum ſimplicis Querelæ zubeklagen oder zu appelliren habe. Donawerth. Relation *P. 2. fol. 112. ap* D.Schütz *d. Vicar. Concl. 23.*) Niſi judicium illud *Palatini* ad cauſas Imper. quoque pertinere, illudque Appellationis eſſe, & ſic à Cæſare tanquam à Parte appel-
2 lari poſſe, dixeris. * Sanè tam in iſtis publicis, quàm etiam aliis cauſis, ratio eſt inſipida, quòd Imperatore Imperium ſit ſuperius: quô *Imperii* nomine, deß Reichs / ubique pernicioſiſſimô exemplô, Statûs intelligunt: cùm tamen id plerumque *ſubjectum* Majeſtatis *quod*, ſeu inanimatum, & adeò *Rempubl. Majeſtaticam* notet, indeque Imperium mortuò Cæſare *vacare* dicatur; nonnunquam etiam *Rempubl. Rom. Germ.* ſimpliciter: ut *in* Cap. Ferd. III. *art.* XXXII. ibi: zu Unterhaltung deß Reichs/ Unſer und unſerer Nachkommen/ der Könige und Käyſſer / behalten/ einziehen und incorporiren.
3 * Sic verò, ſi per Imperium Statûs intelligerentur, aliud inſuper abſurdum enaſcitur, quô Statûs, excluſô Cæſare, hoc Superiores eſſent; vel ſi etiam includas Cæſarem,

rem, tum ab uno ad eundem, & quidem partim ad æqualem, partim ad ſuperiorem Appellatio fieret. Nunquid igitur non juſtiſſimâ ratione rejecta eſt *in c. Haſſiac.* hæc Appellatio? *v.* Limn. *Lib. 2. Jur. Publ. c. IX. n. III.* * Porrò à *Rege Romano*, qui eandem *numerô* Majeſtatem cum Cæſare habet, ad hunc nullô prætextu appellare licet. *v.* Reinking. *Lib. I. d. R. S. & E. cl. 3. c. XIV. n. 67.* * An autem à *Pontifice*, (ſcilicet malè informatô in rebus Fidei,) ad Concilium appellatio admittenda eſt? Bis à magnanimo Luthero, tot belli Imperatoribus fortiori, (*P.R.Dn. P. L.* Hanneken *P. I. Dier. Intercif. XXV.*) illud contigit: *v.* Zinzerling. *tb. 61. d. Appell. & conf.* P. R. Dn. D. Mislerum, *in Specul. Antijeſ. c. XIV. Qu.* III. *Lit. γ.* * Eamque ſententiam, quòd Eccleſia tantùm paſſivè infallibilis ſit, Papa verò ſuprà Concilia & infallibilis: quam inter alias continebat *La deffenſe de l'authorité de N. S. P. le Pape, &c.* Theologica Facultas Pariſienſis peculiari Cenſurâ non adeò pridem rejecit. 4 5 6

§. XX. Cæterùm * hæc Querela, de quâ diximus, in ſpecie tunc intentatur, ubi judex talis eſt, ut ab eo ſimili ratione, velut in Appellatione, provocari non poſſit: Se-

cus atque ſe habet (8.) cum *RECURSU*, & querelâ oppreſſæ Partis, ad Superiorem, de quâ *c. cùm omnes. d. Conſtitut. ubi Dd. l. un. C. quand. Imp. int. pup. & vid. Autb. Habita. C. ne fil. pro Patr. & textus ſimiles* accipi poſſunt.

1 §. XXI. Aliud iterum * QUERELÆ genus eſt, (9.) quod magnum Gravamini Extrajudiciali auxilium confert, dum ſcil. illud, quô vel in actu extrajudiciali aliove quis gravatus eſt, qui rem judicatam ideò non conſequitur, quòd citrà cauſæ cognitionem contigerit, (etiamſi fuerit Interlocutio,) apud Inferiorem Judicem quis e-
2 mendare inſtituit. * Talis Querela interponitur, ſi quando vel intrà decendium non appellatum, vel tamen Appellatio de-
3 ſerta fuiſſet. * Cùm enim ejuſmodi Gravamina in rem judicatam, ſaltim quoad inſtantiam, & ut rem ulterius proſequi non liceret, non tranſeant, ideò poſt decendium quoque ad querelam recurri poteſt. Franch. *in c. bonæ memoriæ. 51. n. 19. x. d. Appell. & in c. 1. n. 10. item c. 5. n. 5. eod. &* Maranta *p. VI. n. 114. in med.*

1 §. XXII. Poſſes * huic Querelæ accenſere alteram *QUERELAM* (10.) quæ tantum per hoc ab iſtâ differt, quòd hæc quidem

dem præſupponat gravamen, vel etiam penitus ſententiam, ſed quæ non ideò *non tranſeat in rem judicatam*, quòd cauſa cognita non fuerit; ſed ob ſingularem cauſæ indolem aut favorem: veluti ſi de cauſis matrimonialibus, item ſententiis ex judicio peritorum, aut ex probatione privilegiatâ, latis, ageretur: *Atque hoc in utraque 2
ſpecie notandum eſt, quòd utraque, ſecùs atque Extrajudicialis Appellatio coram eôdem Judice proponi poſſit, qui gravamen intulit, aut rem definivit. Hiltropff. *part.* IV. *Proceſſ. Tit. XV.* Gozadin. *Conſ.* LXIX. *&* Berous *Qu. fam.* VIII.

§. XXIII. De eâ QUERELA, *quam (II.) 1
Eminent. Elector Moguntinus in cauſis Statuum gravioribus recipit, & exemplo aliorum Regnorum Comitiis defert, *ad Artic.* XLIII. Capit. Leopold. pleniùs agemus, ubi: auch Unſerm lieben Neſen dem Churfürſten von Meintz / eine und andere Sachen der Klagenden Ständen / (wann ſchon dieſelbe Unſere Geheime und Reichs-Hof-Räht betreffen /) in dem Churfürſtl. oder den Geſampten Reichs-Rähten ihrer Art und Eigenſchafft nachzubringen / zu proponiren und zur deliberation zuſtellen / kein Einhalt gethan / ꝛc.

XXIV.

1 §. XXIV. (12.) *RETRACTATIO* * ſequitur, per quam ſententia ob inſtrumenta *falſa* retractari petitur. *l. 21. C. de fide Inſtrum.*
2 Mynſ. IV. *Obſ. LX:* * Imò *Fiſcus* id habet privilegii, ut ſi contrà illum ſententia lata fuerit, eadem ex *quávis juſtâ causâ intrà triennium;* ſed poſt id tempus demum ſi prævaricatio arguatur, vel manifeſta fraus probetur, *l. un C. d. ſent. adv. Fiſc. lat.* aut repertum inſtrumentum, *l. 35. ff. d. re judic.* imò ſi vel teſtes omiſſi fuerint, Gothofr. *ad.*
3 *l. un. Cod.*) retractetur. * Ob *nova* autem *Inſtrumenta* cùm res jud. regulariter retractari non poſſit, idem tamen, quod Fiſco competit privilegium, ad Eccleſiam, Remp. & pupillum porrigunt. Chriſtin. *Vol. V. Deciſ. XIII. n. 9.*

1 §. XXV. Sed & (13.) * RECLAMATIO huc pertinet, quâ in Actu, quem principaliter impugnare non poſſumus, ita tamen, dum aliunde quid ſubſidii non ſperatur, intercedimus, ut ne quid contrà
2 apertam æquitatem fiat. * Quâ ratione licèt Debitor communis Creditori uni vel alteri jus prælationis creditoris alterius controvertere non poſſit; *v. l. 2. ff. qua in fr. cred.*) poteſt tamen reclamare taxationi bonorum & pretio ab ipſo Creditore ob-

oblato, qui juxta illud bona ſibi addicenda contendit: Nunc videlicet Debitoris, ut bona ſufficiant, intereſſe cenſetur. Salgado *Tom. I. Part. II. Labyr. Credit. c. III. n. 59. ſeqq.* * Quòd ſi autem de hujus & cæterorum ſimilium Remediorum *Fatalibus* 3 quæras, illa vel ex Actu principali circà quem interponuntur, ùt in d. exemplo, ex fatalibus ſubhaſtationis, pendent; vel penitùs incerta & arbitraria, aut Statutô vel Conſuetudine, item Compromiſſo aut conventione definita ſunt.

§. XXVI. REDUCTIO * deinde (14.) 1 ad eas ſententias refertur, quæ in rem judicatam ideò, quòd nec à judice ferantur, propriè non tranſeunt, adeoque ab illis provocare directò non licèt: uti *Arbitrorum* lauda ſunt: (v. Dn. Struvium *ad Tit. Digeſt. d. Recept. n. ult.*) * A quibus tamen 2 in nonnullis ſpeciebus appellari poſſe docet Brederodius, *Part. 1. d. Appell. Tit. XV. col. 121. ſeqq.* & alicubi in quibusvis, etiam citrà notoriam læſionem aut iniquitatem; intrà decendium, (Fachin. *VIII. contr. XCV.*) reductio cum effectu *ſuſpenſivo*, (Anton. Faber. *Lib. II. Tit. d. Arbitr. def.* VIII.) & quidem apud Curiam ſupremam petitur: ceu de Galliâ ſuâ perhibet Mornacius *ad l.*

32.

3 32. §. 5. *ff. d. Recept.* * Quæ omnia in Protribunal. noſtris *Penſ. XIV. & ult. Delib. VIII.*
4 pleniùs definita ſunt. * Sanè in Imperio ſi partes in ſecunda Inſtantia compromiſiſſent, ſuccumbenti, ſeu qui veretur, ne cauſam amittat, ad proſecutionem cauſæ Appellationis redire licet, ſi *pœnam Compromiſſo inſertam* ſolvat: etiamſi adhuc dum cauſa ſub cognitione Arbitrorum conſiſteret; imò etiamſi omnibus Remediis aut Regreſſibus, etiam juratô renunciatum eſſet. Papon. *VI. Arreſt. Tit. III. art. 1.* Hahnius *ad π. Weſenb. Tit. d. Recept. n. IX.* * Cuì tamen Regreſſui obicem ponere licet, quando toties committendam fore pœnam promiſſum eſt, quoties contrà compromiſſum
5 quid fieret. * Utique *à judice laudum retractante vel confirmante* appellari, præjudiciô firmat Gylmannus *Symph. Tom. IV. P. 1. vot.*
6 *XIX.* * Quòd ſi verò ab Arbitratore intrà 30. annos provocatur, tum verò ea propriè dicta Appellatio non eſt: *v.* Gail. *1. Obſ. CXLIX. ſeq.* ad quam Græven *in Conſ. 1.* ejusmodi Reductionem ſolùm effectum devolutivum habere docet, *conf. &* Author. Præjud. Cam. *Rubr. Appellatio. Quibus à quibus.* Arum. *Diſp. ult. ad Digeſt. lib. IX. &* Berlich. *I. Concl. LXX. n. 17. ſeqq.*

* In

* Interim propiùs Extrajudiciali Appellationi accedit hæc ipſa *Reductio*, quàm judiciali, & tamen eam ab iſtâ quoque non tantùm quoad fatalia, ſed etiam eum à quo provocatur, item gravamina ipſa, &c. facilè quis ſecreverit. * Quin v. adv. Laudum *Reſtitutio* competat, dubitari nos non patitur præjudicium in c. Hr. C. D. actor. c. Hr. J. A. *& Conſ. reos*, aller Grafen zu S. Citationis ad videndum ſe reſtitui adv. Laudum in quâ *d. 13. Dec. 1664.* in Camera reſtitutio decreta, & Laudum reformatum eſt. 7 8

§. XXVII. Eſt & * (15) REFORMATIO quædam à *Philippo Audace in Flandria* introducta, quæ intrà annum & diem inſtituitur, & inſtar Appellationis habet; * Sed tamen non ſuſpendit Damhoud. *Prax. Civil. c.* CCXXVII. Item (16) REAUDITIO inter *Batavos*, Reviſionis æmula: *ap.* Scotan. *in Proceſſ. art. 50.* Verùm de Exterorum Remediis parciùs! 1

§. XXVIII. (17) De via * SIMPLICIS QVERELÆ nil addimus. Nam ea non tam à gravante, nec unquam in ſecundâ inſtantiâ; quàm ad obtinenda, quæ nobis abſunt, eôque procedendi modô, qui nil cum Appellatione commune habet, inſtituitur: * Ideò tamen huc reponenda fuit, 1 3

quòd

quòd ſæpè etiam rectiùs obtineat, quàm Appellatio: veluti in denegatâ juſtitiâ plerumque, ubi nec à Parte nec à Judice provocatur, ſed tantùm juris & juſtitiæ ſpectatur obtentio; adeoque non quòd iniquè & nulliter proceſſum ſit, ſed quòd planè non judicis Officium impertiat Ordinarius, præſupponitur.

1 §. XXIX. (18.) NULLITATIS * Remedium huc referendum eſt: quod licèt tanquam commentum Dd. faſtidiat Antonius Matthæi *Tract. d. Judic. Diſp. XII. th. 2. ſeqq.* & aliam rationem, quâ læſo conſuli poſſit, (examen ſuſtineri neſciam,) ſubſtituat; ipſum tamen in judiciis omnibus, (præterquam in Camerali, eique ſimilibus, *v.* Anton. Fabr. *in Cod. Sab. ad Tit. d. ſent. Præſ. Prat. def. 1. 2. & 9.*) rectô jure

2 frequentatur. * Videlicet adv. Nullitatem ſententiæ *Cameralis* Reviſio patet, item Syndicatus, aut Reſtitutio in integrum: *v.* Klock. *Relation. Camer.* XXXI. *&c. XIX.*

3 *Tr. d. Contribut. n. 399. ſeqq.* * Et oportet ſanè adv. ſumma quoque Judicia de Nullitate ſupereſſe Remedium. Unde quamvis *in Regno Hiſpaniæ* ſententiâ Senatûs, à qua nec ſupplicari poteſt, irretractabilis ſit, etiam per quamcunque Nullitatem, quantum-

tumvis notoriam & ex Actis apparentem: imò ne quidem per eam, quæ ex incompetentia Judicis provenit, demtâ ſaltim eâ quæ ex defectu Citationis exoritur; (*vide* Amayam *Lib. X. Cod. Tit. IX. l. un. n. 89.*)* 4
Tamen caſus legitimi, qui cauſam & juſtitiam principalem jusque Partium tale tangunt: ob quod de Jure communi vel Regio *res judicata infringi & effectus ejus impediri poteſt*, adhuc recipiuntur: Non obſtante enixâ hâc prohibitione Regiâ: *que en todes y qualesquiera negocios, en que &c. no ha lugar ſuplication, ſe entienda a ſi miſmo, no auer lugar alegarſe ni oponerſe de Nullidad, aunque ſe diga y alege ſer de incompetencia o defecto de Jurisdicion, o que della notoriamente conſta del Proceſo y autos del, o en otra qualquier manera, ni para impedir la execucion de las tales ſentencias, ni para que deſpues de executadas &c. &c.* Caſum quendam Salgado habet *in Tom. II. Labyr. Cred. P. III. c. 1. n. 168.* * Interim Nullitates in 5
Proceſſu ab inferiori Judicio admiſſas non quaslibet ſuprema Curia attendit, veluti ſi Litis omiſſa foret conteſtatio: (*v.* Gail. *I. Obſ.* LXXV. *n. 5. ſeqq. & Obſ.* XLII.) idemque ſervat ſummus *Sabaudiæ* Senatus, ut hoc maximè reſpiciat, ſi condemnatus, quòd

in principali negotio bonam cauſam foveat, probare poſſit. Ant. Faber. *Tit. d. Sent. Præf. Præt.* Cod. Sab. *def. 1. n. 9.*

1 §. XXX. Licèt * verò & Appellatio Extrajudicialis in quâdam Nullitate fundetur, non factæ ſcil. cauſæ cognitionis; tamen per illam non tam nullum, quàm iniquum eſſe, quod judex peregit, prætenditur: & ne judex quidem, ſed Pars tantùm citatur, niſi ſit Tertius interveniens.
2 Vantius *d. Nullitat. c. XII. n. 19.* * Sanè etiam ſententia nulla ſaltem de facto gravat: *l. ſi quis provocatione. C. d. Appell.* & vel Executio quem gravare poteſt; *l. 1. d. appell. re-*
3 *cip.* * Indeque non tantùm exceptionem Nullitatis coram inferiori Judice Executore, item coram quolibet incompetente opponimus, (ceu in omnibus caſibus Exceptio præjudicialis, ſi actioni intentatæ contradicat, incidenter coram incompetente objecta, à judicando ſuperſederi facit; licèt Judex ſuper illâ judicare non poſ-
4 ſit: Diez de Mena *Lib. 1. Qu. 5. n. 76.*) * Verùm etiam *à ſententiâ nullâ*, & actu quolibet nullô, vel ideò *appellamus. l. 41. fam. erc. l. 24. d. l. Patr. c. exhibita. x. d. Judic.* Bald.
5 *in l. f. C. d. Sent. ex. peric. recit.* * Atque illa Provocatio ad ſuperiorem cum cauſa Nullitatis,

tatis, etiam *principalem* devolvit, idque cum privilegio *Attentatorum*, quô executio & omnis innovatio excluditur. * A ſententiâ tamen quæ *ex defectu Jurisdictionis nulla* eſt, appellari non poteſt, ne ita à judice competente cognitio auferretur: Quid quòd etiam confirmari non poſſet per ratihabitionem Superioris illud gravamen, quod ab inferiori judice illatum eſt? * Non adverſantur *c. ſignificantibus. d. Offic. Delegat. & c. cùm cauſam. eod.* Nam his facilè reſpondebitur. * In cæteris metuendum non eſt, ut Parti imputetur, quaſi cùm à ſententiâ nullâ appellat, per hoc effecerit, ut ſententia pro ea, quæ ipsô jure valida eſſet, habenda ſit: *per l. 3. §. falſus ff. rat. rem hab.* cùm quidem Appellatio effectum confirmandi non habeat; *l. ſi expreſſerim. C. quand. provoc. non eſt nec.* & appellando petamus, entweder den actum oder Spruch gantz zu caſſiren / oder dahin zuverwahren / daß derſelbe uns nicht præjudiciren ſolle. *l. à ſententiâ. ff. d. Appell.* Innocent *in c. cùm ſuper controverſiâ x. d. re jud.* * Quid verò ſi quis de Nullitate *intrà decendium* citrà Appellationem conqueſtus fuiſſet, causâ autem cadat: an & eô caſu ad Remedium Appellationis adhuc redire poterit? Veteres

6 7 8 9

communiter affirmant, ùt Baldus, Caſtrenſ. Cynus *in l. contrà majores. C. d. inoff. teſtam. item* Baldus *&* Dd. *ad l. qui teſtamento. pr. d. excuſ. tut*, cùm juſta credulitate ſuper Nullitate eò inductus fuerit. Sicque, Nullitate priùs intentatâ & pendente, fatalia interponendæ Appellationis non currere, Friderus quoque aſſeruit. *Tract. d. Continent. cauſar. c. XI. §. XI.*

1 §. XXXI. Nullitatis verò * Remedium latiùs ſe extendit quàm Appellatio: cùm etiam tum detur, ubi Appellationem non admittit aut Principis Privilegium, aut deſertio vel renunciatio Partis. *v.* Acta Heſſen *contrà* Heſſen *in Replic. & Concluſ. fol. 86. ſeqq. inc. ſucceſſion.* Itemque Quantitas aut Qualitas cauſæ non appellabilis: uti quoad hanc in criminibus & matrimo-
2 niis in Camerâ patet. * Imò ne tum quidem Pars de Nullitate conqueri impedietur, ſi vel maximè, quòd de Nullitate non dictura ſit, juraverit: modò Nullitas fuerit *inſanabilis*, veluti quæ ex defectu Juriſdictionis, ùt ſi ſecularis de Spirituali causâ cognoverit, reſultat; Cravett. *conſ.* CCCLXXXIII. *n. 16.* Vantius *d. Nullit. Rubr. Quis. poſſ. dic. de Nullit. n. 37. ſeqq.* Item ſi Pars in Judicio ſtare non potuerit, ùt Minor: vel ſi ex Jure natu-

naturali Nullitas pendeat, uti eſt omiſſæ Citationis; *cl, ſæpè d. V. ſign.* Fichardus *vol.* II. *Conſ.* CXL. *n.*30. Et ſi vel in Proceſſu quis non auditus aut abſque præviis probationibus condemnatus fuerit: (ceu *anno* 1657. in pleno Senatu Cam. Spir. definitum eſt:) Nec minùs ſi mandatum deficiat, Gail. 1. *Obſ.* CXXXV. *n.*8. aut aliàs dolus interveniſſet. Idem *Obſ.* CL, *n.* 17. & Lancellott. *P.*II. *d. Attent. c.* XII. *Limit.* VIII, *n.* 38. *ſeqq.* * Quod autem de *Privilegio de non appellando* diximus, illud non impedire, quò minùs adhuc Querelam Nullitatis intentare liceat, (*v.* Gail. 1, *O.* CXXXV, *n.* 5. 8.) quandoque fallit, cùm ejuſmodi Privilegium nonnunquam Nullitatem contineat, velut eſt Privilegium quod *Sereniſſimi* HASSORUM PRINCIPES, Electorum, (etiam in ipsô *Electoratu*, diſſentiente quamvis Carpzov. *Tit. LIX. de Confraternit.* quem incautè ſequitur Oldenburger. *L.* II. *Lim. Enucl. c.* XIX.) Confratres, & quorum aliqui Dignitatem *Imperialem*, ùt *Henricus*, obtinuerunt, aliqui etiam, ùt *Ludovicus Mitis*, recuſarunt, (ignorante licèt Lampadio *P.* III. *d. Rep. Rom. Germ. c. V.* §.21.) & tantâ *potentiâ* inſtructi, ut *Philippo Magnanimo* ab *Henrico Duce Brunſvi-*

cenſi, quaſi Dignitatem Imperialem ad ſe
transferre niteretur, imputatum fuerit: (*v. Defenſ. ap.* Hortled. in Reichs-Handl. *L. IV. c. VII. n. 43.*) ab Imperiali Majeſtate *Ferdin. II. gl. mem.* promeriti ſunt, ibi: Nullität Klage oder einige andere Provocations-Mittel / wie die immer bedacht oder genennt werden / es ſey gleich in Unſern Käyſerl. Rechten / und deß Reichs Satzungen ex-
4 primirt oder nicht. * Quale quid de Privilegio *Saxonico* affirmare non auſus eſt *ad L. Regiam* Carpzovius *c.* IX. *Sect. 7. n. 10. ſeqq. & in Iurispr. For. l. XX. n. 24.* quanquam deinde ſententiam immutare annisus ſit. *in*
5 *Quæſtion. ad A. B. Diſp. VI. Qu. II.* * Utique Notator ad Rodingium *Lib. I. Tit.* XIX. *p.* 291. obſervat, Privilegio Saxonico inſertum eſſe, quòd *Appellatio* de Nullitate à Jud. Sax. ad Cæſ. locum non habeat.

1 §. XXXII. Porrò * Nullitas in eô noſtrâ Appellatione Extrajudiciali latior eſt, quòd ad Nullitates intra judicium quoque ratione perſonarum in eo verſantium, aut deficientis in Proceſſu vel ſententiâ ſolennitatis, pertineat; tumque detur, quando contrà jura, & quidem non tantùm Partis, (quam ſententiam ἄδικον dicere poſſumus,) quàm in genere, quæ παράνομος eſt,
(*v.* Franzk.

(*v.* Franzk. *Exerc.* XII. *qu.* X.) pronunciatum fuerit * Indeque ſi inſanabilis ſit Nul- 2
litas, qualis tunc quoque eſt, quando in cauſâ principali non actum & tamen in eâ pronunciatum fuit, (de cæteris, poſt ea quæ antè diximus, *v.* Blum. *Proc.Tit.* LVI.) etiam ad 30. uſque annos intentari poteſt. R.A. 1654. §. 116. * Spretâ *Boceri* 3
ſententiâ, qui in perſona Actoris ex cujuſque actionis naturâ tempus intentandæ Querelæ Nullitatis æſtimandum; ſed in reo perpetuum eſſe, docet. *cl.* VI. *D. xxx. th.53.* * Etiamſi enim Querela Nullitatis 4
cauſam quoque principalem devolvat, adeò ut utraque unâ ſententiâ decidi poſſit; *v. O.C.P.3. Tit. xxxIV.* & R.A. 1654. §. Und hat der Beklagte. Gail. 1. *O. LXVI. n.4.1.Obſ. CXXXV. n. 2.* & *1. Obſ. CXXVII.* ubi exponit, quando Judicem ſolùm de Nullitate pronunciare oporteat; *item* Mynſing. 2. *Obſ. LXXVII.* & IV. *Obſ. LXII.* præjud. præ cæteris eſt *in c. S. contrà* Moſcherosch und den Hn. Grafen von Hanau/ *17. Febr.* 1660. * Tamen 5
per Nullitatem actio vivificatur, nec tam actionem ea, quam Proceſſum de actione nulliter peractum, reſpicit: adeò, ut ne quidem *triginta* illi *anni* à tempore latæ ſententiæ computentur, neque præcisè à

tempore deſertæ Appellationis declaratæ,
6 quod nimis longum foret. * Videlicet mora prioris judicii etiam tricennalis non obſtat, quò minùs Nullitatis actio principaliter, ſed tamen ſinè magnâ cunctatione, & quamprimùm fieri poſſit, inſtituatur: quomodo etiam exponit. *Legem: contrà. C. d. inoff. teſt.* Friderus *Tr. d. Continent. cauſ.* c. XI. §. XI. *Quanquam hoc etiam prætereundum non ſit; quòd primùm *Nullitatis Remedium*, ſi per modum *Actionis & ſimplicis Querelæ* proponeretur, v. c. adv. Tranſactionem, Teſtamentum, Contractum, &c. intrà 30. annos inſtituendum fuerit: *arg. l. 3. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.* Idemque hodienum obtineat; niſi etiam ipſum negotium breviori termino à Jure incluſum ſit: (quouſque admitti poſſet Boceri ſententia, & ipſius Carpzovii traditio, quando hic non minùs *in Part. I. For. Conſt. XXVI. def. 21. n. 10.* Nullitatem, ùt Provocationem conſtituit, cum ea, quæ per ſimplicem Querelam intentatur, confundit:) * Poſtmodùm verò per uſum Forenſem invaluerit, ut *contrà ſententiam* Nullitas etiam intrà 30. annos objiceretur? quæ quidem poſt Tempus tricennale ne authoritate quidem Principis deduci poſſet.

ſet. Anton. Faber *Lib.* VII. *Cod. Sab. Tit.* XX-VII. *def.* 16. & Klock. *Vot.* 3. *Relat. Cam. n.* 17. *ſeq.* & *Vot.* 125. *n.* 20. * Jure *Saxonico* intrà 6. 9
ſeptimanas & tres dies, einer Sächſiſchen Friſt à publicatione ſententiæ Nullitatis actio intentanda eſt: quòd tamen ſolùm ad Electorat. & quidem ad ſententias in Judiciis Curialib. & Appellationum Dreſdenſi latas, non etiam ad eas, quæ in Inferioribus Judiciis latæ ſunt, pertinet: quippe in quibus tempus duplicatum ſervatur. (Carpzov. *Tit.* XIX. *Artic.* III. *ad Proceſſ. n.* 9. *ſeqq.* & *in* 2. *Reſp. Tit.* IX. *R.* 100. *n.* 3. *ſeqq.*) In *Foro autem Saxonico* citrà Electoratum, ſi contrà Decretum alioſque actús judicis Querela Nüllit. moveatur, ad 30. annos annum & diem competit. *n.* 15. & 16. *d. Art.*
* Jure *Würtenb.* intrà decem annos intentatur; ſed *alibi* locorum quandoque à ſententiâ quomodo libet nullâ de neceſſitate juris intrà *decendium* appellandum eſt: ne aliàs de eo poſtmodùm litem inſtitui neceſſe ſit, an ſententia nulla ſit nec ne. Tunc ergò ſi deſerta ſit Appellatio, ſententia etiam nulla in rem judicatam tranſit. 10

§. XXXIII. Poteſt, * ſi Ordinarius fuerit Judex, Querela Nullitatis *coram eôdem* proponi, *l.* 6. *quom.* & *quand. Judex.* Imò debet, niſi vel emendare ille inferior erratum noluit; 1

lit; *arg. l. 6. C. d. Accuſ.* aut per injuriam ſordesve ſententiam nullam dixerit: Van-
2 tius *Tit. coram quo poſſ. Null. propon. n. 10.* * Quamvis nunc quidem indiſtinctè *Superiorem* adeundum velint: Perez. *quand. prov. non eſt nec. §. IX. junct.* Gail. *l. Obſ.* XLII. *n.*
3 *7. & Obſ.* CXXVII. * Quod verum eſt haud dubiè ſi cum Appellatione proponatur: (unde ſi Appellatio ap. Superiorem deſerta fuerit, ne quidem Judex à quo de Nullitate cognoſcere poteſt GuidoPapæ *Conſ.* XL. *n. 1. 2. & Conſ.* CLXXXIV. *n. 2.*) Aliàs citrà Appellationem judicem competentem adhuc eundem eſſe, qui pronunciavit, Rich-
4 terus docet, *P. 3. Deciſ.* CXXXVII. * Quid ſi cùm ad Superiorem provocatum eſt, ille Sententiam nullam confirmat? Ita ex confirmante agi volunt, ut prima ſententia corruat, adeoque confirmatio non ùt ex tunc, ſed ex nunc operetur; Dd. *ad c. 1. d. Confirmat. util. vel inut.* Vantius *Tit. ult. d. Nullit. n. 25. 26. 132.* Alexand. *vol. V. Conſ.* III. Theſſaur. *Dec. 228. &* Cavalcam. *P. I.*
5 *Dec. XXV. n. 21.* * modò Nullitas coram ſecundo Judice allegata fuerit; licèt talis ſit, quam Pars remittere non potuerit. *v. tamen* Dd. *add. c. ap.* Decium *ibid.*

1 §. XXXIV. A *Parte* omninò * aut à Judi-

Judice, qui ùt Pars gravat, nunquam Nullitatis inſtitui poteſt Remedium: & ubique *inſtantiam* illud præſupponit.* *Executionem* 2
quoque regulariter, cùm rem judicatam habeat, non impedit; neque etiam in c. Nullitatis decernitur *Inhibitio*; ſed tunc demum, ubi evidens aut notoria eſt Nullitas. Gail. *1. O.* CXXXV. *O.* CXLIV. *n. 6. 7. & O.* CXXVII. *n. 10.* Gylmann. *T. I. Symph. P. 2. Tit.* XVII. *n. 9.* D. Struvius *Exerc. L. Jur. Civ. th.* 20. Contard. *ad l. un. C. ſi de moment. poſſ. Limit.* VII. *n. 56. ſeqq. v. tamen &* Marpurgenſ. *Vol. 3. Conſ. 12. n. 85. 89.* Super quâ quidem Partis narratis non creditur; (niſi quòd unicum *præjudicium*, ubi cum citatione Inhibitio obtenta eſt, reperiatur *in c.* ℌ. *contrà* ℌ. *d. 11. Febr. anno 1659.*) Eleganter autem quænam *notorietas* & notoria Nullitas ſit, *dictus* Contardus exponit. *d. Tr. Lim.* IX. * Sic & differtur per Nullitatem 3
Executio, ubi incontinenti, velut menſis ſpatio; eadem doceri poteſt. Mynſing. IV. *Obſ.* LXIV. Berlich. *1. Concl.* LXI. *n. 17. ſeqq.* Friderus 2. *d. Mand. c.* XXVII. *n. 5.* Idem eſt, ſi Lex Nullitatem declaret, ùt *in l. ſi alio. C. quand. prov. non eſt neceſſ.* quâ ratione non tam judex Superior quàm Lex inhiberet. Aut licèt notoria non ſit Nullitas, tamen Exe-

Executio foret irretractabilis, *arg.* R. A. 1594. §. 101. atque ſi non Inhibitio fieret, fruſtrà deinde de Nullitate judicaretur. Mynſing. *Dec.*III.*Reſponſ.*XXIII. *n.* 24. uti in Criminalibus, in infligendis pœnis corporis. Guid. Papæ *Deciſ.*DLXXIX. *n.* 3. 4. item in cauſis Religionis & animæ periculum concernentibus: ùt & in reſtitutione ca-
4 ſtri inexpugnabilis. *Nam ita finis reſpiciendus eſt, ut eò trahatur medium, & ubique cavendum, ne dum nimiâ ſubtilitate utimur, ipſa ſubtilitas ad perniciem convertatur. *l.* 7. *C. ad SC. Trebell.* Unde & Stylus Cameræ hîc degenerat, ut in Criminalibus per viam Nullitatis eô delatis inhibe-
5 re ſoleat. *Sanè ſi nihilominùs attentet judex inferior, in mulctam Inhibitioni inſertam condemnabitur, vel de ſanguine etiam innocentis, ſi de innocentiâ conſti-
6 terit, rationem reddet. *Quid quòd ab ipsâ quoque executione poſt ſententiam inſtituatur Nullitatis Querelæ. *c.* 32. *x. d. Appell.* *v.* Salgad. *Tract. d. Protect. Reg. vi oppr. Part,* IV. *c.*III. & Carpzov. 3. *Reſp. Tit.* XII. *n.* 127. quod quidem de Appellatione Extrajudiciali nemo aſſeret. Quæque prætereà extantes ſatis differentiæ ex cauſis integrè collatis demonſtrari poſſunt.

§. XXXV.

§. XXXV. Sed & * (19) RESTITUTIONIS IN INTEGRUM heîc meminiſſe oportebit. * Quam qui inſtituit, ille ſententiam ratam habere, ſive præſupponere quòd *valeat*, exiſtimatur: cùm ea proprii erroris veniæ petitionem contineat, *jx.* Gailium *II. d. Pac. Publ. c. XVIII. n. 22.* * Hinc *novas cauſas*, aliter atque Reviſio, deſiderat. *arg. l. 19. ff. d. Except.* C. G. O. *P. 3. Tit. LII.* Klock. *Relat.* XXX. redliche Urſachen / und die zuvor nicht vorgebracht ſeynd: quas ùt ſinè colore adduci oportet: Berlich. *2. Dec. CLXV.* Ita ab *Arbitrio Judicis* maximè dependent, tantô magis libero, quòd Reſtitutio illa plerumque in Imperio Remedium *Extraordinarium* ſit, & prætereà *Juris Prætorii.* * Pleniùs cauſas deſcribit der Gem. Beſch: *d. die 7. Jul. 1669.* Ubi poſt alia: in denen Fällen / wo gegen ausgeſprochene Urtheil Sie das Remedium Reſtit. in int. Platz zu haben / und die Sachen von Rechtswegen dazu gnugſam qualificirt zuſeyn erachten werden / nicht das jenige / ſo ſchon vorhero in facto & jure vorkommen / wiederholen / weniger einige ihrerſeits conjecturirt und eingebildte Rationes decidendi, und deren refutationes mit einmiſchen; ſondern einzig und allein die in

facto

facto emergierende neue / dienlich und erhebende Umbſtände / oder zur hand gebrachte Urkunden / brieffliche Schein und Documenta; in denen Handlungen / ſo Sie deßhalben überreichen / kurtz / und nervosè einführen / und zugleich mit Special-Gewälten von Ihren Principaln zur Abſtattung des Eids / daß weder Sie oder jetztgedachte Ihre Principaln und deren Advocaten / von ſolchem neuen Einbringen vorhero einige Wiſſenſchafft gehabt / oder ſelbiges zu der Sachen dienlich zuſeyn nicht vermeint /
5 jederzeit gefaſt erſcheinen / ꝛc. * An autem *Libellus Articulatus*, ad proponendum cauſas ejusmodi *poſt* R. A. *d. an. 1654.* adhuc requiratur? ideò dubium eſt, quia *in* O. Cam. *P. 3. T. 52.* in causâ Reſtitutionis il-
6 le ſpecialiter injunctus reperitur. * Equidem hæc neceſſitas *per* Deput. Abſch. *d. ann. 1600.* §. Wann gegen einer. in eâ reſtitutione, quæ contrà *Interlocutoriam* petita eſt, remittitur; nondum v. tale quid de eâ conſtat, quæ contrà *definitivam* inſtituta fuit, ad quam nec *d.* R. A. in genere ſta-
7 tuens, trahi poteſt. * Et tamen cùm Libellus etiam Appellatorius ſummariè concipiatur, ideò in reſtitutione in int. adv. Definitivam idem *cùm* Rodingio *Lib. 3. Tit. LX. p.*

LX.p.968.ſeq. aſſeri poteſt, ut Judici liberum ſit, an Parti articulatam deductionem injungere velit.

§. XXXVI. De *Loco* * ſi quæras, non petitur Reſtitutiò contrà rem judic. in domicilio ejus, adv. quem illa intentatur; ſed reſtituit contrà eam is, *qui pronunciavit. l. 2. C. ſi adv. rem judic. l. 16. §. f. ff. d. Minor.* Gailius *1. Obſ. CXIV. n. 2.* Rebuff. *Tom. 2. ad LL. Gall. Tit. d. Reſtit. præf. n. 16. ſeqq.* etiam adverſus Executionem. *l. ſi ex cauſa. ff. eod.* 1
* Quòd ſi verò Minor condemnatus appellet, (cui aliàs, licèt Procurator ejus appellaſſet tamen adhuc Reſtitutionem petere integrum eſt. Diez de Mena, *Lib. I. Qu. V. n. 11. ſeqq.*) & Judex Superior ſententiam confirmet, Minor adv. hanc apud Inferiorem ut reſtituatur petere non poteſt; *v. 18. pr. & l. 42. ff. d. t.* ſed tantùm ap. Superiorem. Hic autem cauſam ad Inferiorem remittere non prohibetur, cùm & illa Reſtitutionis cognitio mandati queat. *l. fin. §. fin. C. ubi & ap. quem.* * Neque tamen coram Inferiori omninò petenda eſt Reſtitutio, (Sfort. Oddus *Q. XXXII. n. 131.*) ſed communi etiam jure coram Judice Appellationis rectè petitur; tantùm quòd in Camerâ coram ipsâ, non coram Reviſoribus 2 3

ſoribus petatur: quanquam caſus ubi petitio Reſtitutionis contrà definitivam ſententiam Cameral. effectum habuerit, & quis contrà eam reſtitutus ſit, non facilè reperiatur.

1 §. XXXVII. *Tempus*, * intrà quod petenda ſit Reſtitutio, communiter *Quadriennium* eſſe docent, à die ſententiæ contrà majorem latæ; ſed ex die quo quis Major factus eſt, ſi Minor gravatus fuerit; *l. f. C. d. temp. in int. reſt.* Vultej. *Lib. IV. d. Judic. c. VI. n. 4.* modò gravamen reverâ jam extiterit, & imò (jx. plures Dd.) quis ſe læſum eſſe ſciverit. * Adeò enim tempus hoc

2 *ignoranti* non currere aliqui ſtatuunt, (*vid.* Gail. *2. Obſ. XLVIII. n. 5.* & Mynſ. *1. Obſ. LI.*) ut ſi Minor ſe læſum eſſe ignoraverit, per centum annos; (ita enim loquuntur,) tamen adhuc ex cl. generali, (*ſi qua mihi j. c.*) reſti-

3 tui debeat. * Quemadmodum vero hunc errorem diu exploſum eſſe conſtat, ſicuti illud à nobis alibi oſtenſum eſt. Ita ſi per modum *Exceptionis* petatur reſtitutio, in perpetuum illa rectè obvertitur: *arg. l. 46. d. Proc. l. 3. rem rat. hab. l. 5. d. dol. mal. conſ.* Carpzov. *2. Reſp. LXIX.* non attentô, quòd Gomezius *2. Var. Reſol. XIV. n. 8.* diſſentiat: cùm diſtinguendum ſit, an res adhuc ſit integra,

tegra, ut ad implementum illa non devenerit: quô caſu perpetuò excipere licebit; an verò negotio jam impletô alter experiatur, & tu de læſione excipere velis: Nam hoc non niſi intrà tempus reſtitutioni præfinitum fieri, tibique imputari poſſet, quòd viâ petitionis tibi non conſulueris *l. 9. §. 4. ff. d. jurej.* * Civitatum quoque, aliarumque Univerſitatum, & piorum locorum Jus ſingulare eſt, quòd poſt tempus quadriennii ex juſta & notoria cauſa, adverſus damnum magni momenti, reſtituantur. Sf. Oddus *P. I. Qu. XIX. art. V. n. 57. & Art. VII. n. 66.* Carpzov. *d. Reſp.* Berlich. *2. Deciſ. 128. &* Richter. *2. Dec. LXXI. n. 13.* * Quæ quidem omnia ita ſe habent, quousque Reſtitutio in integrum Remedium *extraordinarium* eſt; quale quidem regulariter eſſe cenſetur. Vultej. *d. c. VI.* * Unde etiam eô modô poſt deſertam Appellationem peti poteſt, & quidem etiam in Camerâ: ceu non minùs deſertâ Appellatione Nullitatem ibid. principaliter deducimus. * Ubicunque verò Reſtitutio in int. pro Remediô *Ordinariô* ſuſpenſivô introducta eſt: quale, quid præter loca alia, (Hahn. *d. in int. reſt. n. 10.*) in Ducatu *Pomeraniæ* obtinet: Brunnem. *c.* XXVIII. *Proc. Civ. n. 129.*

4 5 6 7

Ibi niſi aliud conſtitutum ſit, ceu quidem in d. Ducatu *Sex Septimanæ* præfinitæ ſunt, *decendium*, intrà quod etiam ap. Inferiorem Judicem peti poſſit, ſervandum eſt. * Quâ ratione Cravetta *in conſ. CCLXXIII.* rectè docet, quòd non petita adv. ſententiam Reſtitutio malè adv. Executionem, ad ſuſpendendum illam petatur, poſtquam ſententia in rem judicatam tranſierit: ſiquidem in ſententiâ gravamen degat. * Eôdemque modò ſi ſe habeat Reſtitutio, verum eſt, quòd per Appellationem longè meliùs parti, quàm per Reſtitutionem conſulatur. Fr. Marc. *Lib. 2. Deciſ. LV.*

8

9

1 §. XXXVIII. Interim * Reſtitutionem præ Supplicatione eligere præſtat: & ſi Nullitas commiſſa ſit, eand. adv. Sententias inferiores, (nam Camerales Nullitatis Querelam non admittunt: Klock. *Relat. 31.*) nam *Querelâ Nullitatis* alternativè conjungere expedit: Mynſing. *2. Obſ. XXXV.* Carpzov. *Tit. VI. Proc. art. 1. n 93.* & Roding. *Lib. I. π. Camer. Tit. XXXIV. p. 402.* * cùm efficiat, (& quidem ſinè dubio, ubi Remedium Suſp. Ordinarium eſt,) ut nil innovari queat. *l. un. C. in integr. Reſtit. poſtul.* Sfort. Oddus *Part. I. qu. XLIII. n. 69.* etiamſi altio-

2

altiorem indaginem requireret. Trentacinqu. *Lib. II. Reſol. 2.* Quanquam ſi *calumnioſam* illam eſſe, etiam per præſumtiones, (Caſſador. *Dec. 1. de in int. reſt.* Bachovius *1. ad Treutl. Diſp. XI. th. 2. Lit. f.*) appareret, ſuſpenſivus ei effectus non competeret: Meichſner. *Tom. 3. Dec. XIV. n. 189.* ceu quidem reſtringendus eſt Carpzovius, *T. XIX. Proceſſ. Art. 1. §. 2. n. 15.* quando in eo Reſtitutionem ab Appellatione differre docet, quòd reſtitutio in integrum ſententiam non ſuſpendat: * niſi quòd & ipſe in *eodem Tract. d. Tit. Art. 4. §. 4. & 5.* ita ſe explicet, quòd judex quidem executionem decernere poſſit, tunc verò Executio ſuſpendatur, ſi nondum facta fuerit. * Sed & hæc reſtrictio inanis eſt, cùm non poſſit de ſuſpenſione quæri, ſi jam facta ſit executio; idque in quæſtione verſetur, num ùt Appellatione interpoſitâ Executio ſuſpenditur, quæ nondum facta eſt: ita etiam Reſtitutio petita nondum factam executionem differat? non etiam, an judex poſſit exequi ſententiam, quæ per in integrum reſtitutionem poſſit retractari? de quô quidem quòd illud fieri queat, nemo dubitat; inque eô inter Appellationem & Reſtitutionem in integrum eſt differentia, 3 4

quòd hanc non ita, niſi cum ſuſpicione Appellationis, expectemus, ùt quidem per decendium, Appellationis incerti, non exequimur. *Equidem ſecùndùm ea, quæ *in* Protribunalib. *Penſ. IX. Del. VII.* latè diximus, etiam Contardus *ad l. un. C. ſi de mom. poſſ. Lim. VIII. n. 50. ſeqq.* examinandus eſt. Qui & quando *in n. 55. & 63. ibid.* docet, quòd Reſtitutio contrà ſententiam Principis implorata executionem, niſi cautio interponatur, non admittat, tum probandus eſt, ſi ex benignâ interpretatione, eum qui reſtitui ſe petit, *ſupplicâſſe* crediderimus. Aliàs enim quòd diverſum in petitâ Reſtitutione contr. Principis ſententiam ſtatutum ſit, non reperimus.

1 §. XXXIX. Diverſa * longè eſt ratio, ſi reſtitutionem in integrum adverſus *negotium* ſeu *contractum* quis petat: nam e,us quidem executionem petita Reſtitutio non ſufflaminat. Carpzov. *Part. I. Conſt.* XXVI. *def. 22.* Cùm tamen ſi contrà *ſententiam*, imò ſi ad appellandum, vel Appellationis fatalia, petatur, utique ſecùs ſit; dummodò per viam Actionis illud fiat.
2 Diez. de Mena *L. 1. Qu. v. n. 51. 55.* * Hactenus enim *Carpzovio* accedendum eſt, ſi petita jam & cœpta fuerit à parte adverſa

Exe-

Executio, quòd tunc per modum Exceptionis Reſtitutio adhuc objici & Executio impediri poſſit: ceu quidem etiam *in* Deciſſ. Nov. *Elect. Sax. Dec. xc.* diſpoſitum eſt, ut ad petitam Reſtitutionem reſpondere quis aliter non teneatur, niſi adverſarius ſententiæ ſatisfecerit: præterquam ſi Reſtitutio per modum Exceptionis propoſita ſit, atque intrà terminum præfixum is, qui reſtituendum ſe excipit, læſionem probet. * Difficile tamen eſt de Jure communi, ut quis Executionem ſemel intentatam per Exceptionem Reſtit. à ſe amoliri queat, *v. cit,* de Mena. *dict. Qu. V. n. 71 ſeqq. n.* 55. 57. ubi etiam *in n. 59.* de petita reſtit. adv. tres conformes, (de quâ & nos *in* Protrib. *d. l. Delib.* VII. egimus,) item de eâ quæ adv. Principis Sententiam (*in n. 60.*) & adv. ſententiam Reviſionis (*n. 61.*) petitur, aliqua adducit. * Extrà dubium, ſi in *præjudicio irreparabili* petatur Reſtitutio, illa ſuſpendit; adeò, ut tunc, licet expreſsè conceſſa non fuerit, tacitè tamen adjecta Inhibitio eſſe cenſeatur. Sf. Oddus *P. I. Q.* XLIII. *n. 47.* * Solet etiam peti *Inhibitio* vel Mand. Inhibitorium S. Cl. de non exequendo, & ſi quid executioni datum fuerit, reſtituendo, ſi Reſtitutio extrajudicia- 3 4 5

 liter

6 liter aut brevi manu petita fuerit. * Imò ſi Citatio impetrata ſit judicialiter, nihilominus extrajudicialiter adhuc pro Mandato Inhibitorio ſupplicatur: & ſi denegetur Inhibitio, ſupplicari ſolet, ut executio non niſi ad idoneam Cautionem admit-
7 tatur. * A denegatâ autem Reſtitutione Reviſionem impetrari poſſe, Klockius 3. *Conſ.* 140. oſtendit.

1 §. XL. Quoad * Reſtitutionem, quæ *contrà lapſum fatalium* petitur, illud communiter requirunt, ut adv. eum ſe reſtitui deſiderans, oſtendere debeat, quòd per ſententiam à quâ læſus ſit: cùm adeò bonam cauſam foveat, ut ſi Appellatio deſerta non fuiſſet, victoriam litis obtinere potuiſſet: Ita Græveus *l. Concl. XLV. n. 10.* Cacheran. *Dec.* CXLVIII. Carpzov. *Lib. 3.*
2 *Reſp. Tit. I. Reſp. IV. n. 11. ſeqq.* * Minimùm certè, ſi reſtitutionem obtinere velit, in *gravaminibus* ſuis illud deducere tenetur: Super quibus niſi planè irrelevantia ſint, Judex ſuperior, ad hoc ut Reſtitutionis conceſſionem vel denegationem in illis
3 fundet, non cognoſcit; * Aliter, quàm ſi Partes ſuper actis prioribus utrimque *ſubmiſiſſent*. Quò quidem caſu de meritis cauſæ principalis ſecurè judicare, & exinde

de fata Reſtitutionis temperare licebit. * 4
Tandem adv. *non devolutionem* cauſæ Reſtitutio non dabitur; niſi per fraudes Appellati Judex Superior cauſam non devolutam eſſe pronunciâſſet.

§. XLI. Eſt&(20.) Affinis * Appella- 1
tioni Extrajudiciali, atque *Attentata* parit (Gailius 1.*Obſ.*XVI.*n.2.& per tot. Relat.*XL. Klockius:) NOVI OPERIS NUNCIATIO, quæ tamen hodiè ùt plurimùm juſſu vel authoritate Judicis peragitur. *vid.* Carpzov. *Lib. I. Reſp. Tit. I. Reſp.* VI. * Ubi 2
etiam quid in *l.5.§.* 10.*d.N.O.N.* per jactum *lapilli* intelligatur, exponit: quanquam illud ante ipſum fecerit Alex. Raudenſis *in Tr. d. Analog. c.*VII. *n.14.ſeq.* wann die zum Bauen ab und daſelbſt hingelegte Steine auſſer dem Platz gethan und hinweggeräumt werden. * Utimur inter alia Novi 3
Operis Nunciatione contrà eum qui *caſtellum* ædificat, quod nobis magnô præjudiciô futurum eſt; Lud. Hugo d. *d. Stat. Reg. Germ.* §. 13. maximè ſi ædificaturus conſenſu Imperatoriô deſtitutus ſit: * Qui a- 4
liàs ſi vel *tacitus* ſit, nemine alio, cujus prætereà intereſt, contradicente, ſufficit. * Ex 5
ſimplici autem *Superioritate Territor.* jus

erigendi fortalitia petere, incongruum eſt. (*v.* Fritſch. *c.IV.d.I.Fortalit.*)

1 §. XLII. Sequitur * (21.) INHIBITIO, quæ non ſolùm ſuper poſſeſſione turbatâ vel ablatâ etiam decernitur; Frider. *c. 14. d.*
2 *Interdict.* * Sed & in caſibus aliis, quales *in* Ordin. Sereniſſ. Saxon. Elect. Politicâ, *d. an.* 1612. *Tit.* von Juſtitien Sachen *n. 9.* exprimuntur, obtinet; ibi: Allein in denen Fällen / wann wieder geſprochene Urtheil oder klare verſiegelte Verträge gehandelt / oder ſich einer eines gewaltigen Eingriffs / gefänglicher Einziehung ſeiner Perſon / oder eines thätlichen Einfalls und Entſetzung ſeiner Güter / auß glaublichen Anzeigen befahrt / und ſolche Anzeigung vor erheblich
3 angeſehen würde / ꝛc. * Neque verò actum hunc præjudicialem, quippe quò ſaltim de præſenti impetrans pro poſſeſſore declaratur, contrà quàm *l. 13. §. cauſâ cognitâ, ff. d. Minorib.* injungitur, citrà omnem citationem perfici putandum eſt: ut ideò protinùs alteri uſus & poſſeſſio interdicatur,
4 quia alius querelam inſtituit. * Sic enim ab Inhibitione illâ rectè acciperetur à Superiori Provocatio, relictô interim in poſſeſ-
5 ſione eô qui appellavit: * Unde cùm omnis Inhibitio, ſinè cauſæ cognitione, extrà

casûs

caſûs Mandati ſinè clauſulâ, confeſtim revocari debeat, Mandoſius *d. Inhibit. qu. xxv.* providus Magiſtratus vel *Clauſulam* juſtificatoriam Inhibitioni inſerit, vel etiam *Monitorium* præmittit, & per Apparitorem inſinuari curat: Daß er entweder den beſchwerten klaglos machen / oder binnen gewiſſer Zeit berichten ſolle ꝛc. (quod Monitorium *Litispendentiam* inducit:) vel denique alterâ Parte in literis auditâ, num petito Supplicantis deferri debeat? reſolvit. Frider. *de Mandat. P. II. c.* XXVI. *n. 4.* ne aliàs, tanquam nulliter facta, Inhibitio revocanda ſit. *Unde nec Pars, ſi cau- 6
ſas ſuæ poſſeſſionis deducere velit, Inhibitioni parere neceſſe habet; ſed tunc potiùs Inhibitio in Citationem reſolvitur. *vid.* Carpzovium *Lib. I. Reſp. El. Tit. III. Reſp.* XX.
* Sæpiùs quoque judici ſinè præcedente 7
Appellatione inhiberi ſolet; ſed ea Inhibitio, maximè ſi ab eâ appellatum ſit, judicem, quin juſtitiam adminiſtrare pergat, non impedit. Mevius, 3. *Deciſ.* CCCXCV. * 8
Imò in Curiis Provincialibus Saxonicis ab ipsô Inhibitionis Decretô, ſaltim non citrà formam interpoſitô, nulla Appellatio admittitur. Carpzov. *Dec. CCXXXVIII.*

§. XLIII. Ad (22.) Affine * procedamus,

Remedium ex LEGE DIFFAMARI, quod ad Appellationem Extrajudicialem, quæ à Parte fit, propè cuiquam accidere
2 videri poſſet. * Sic enim Scaccia *in Qu.* VII. *n. 53.* falſum eſſe perhibet, quòd Princeps, ſi ut Pars gravet, coram Ordinario ſuo conveniatur, cùm illud coram judice proprio ipſius moleſtati fieri debeat. (*v. tamen* E-
3 und. *n.* 108. *in eâd. quæſt.*) * Verùm hîc quidem plura ſunt, quibus protinùs *differentia* Remediorum oſtendi queat. Nam ita Diffamator tacitè ad judicium provocâſſe cenſetur; non appellatus: indeque Appellatio à Parte non poteſt fieri ab excommunicato; poteſt verò ab eo inſtitui ex L. Diffamari Remedium. Vallenſ. *in Decret. p.* 100. Græven. *Concl.* IX. *ad Gail. conſid.* 2.
4 * Diffamator ex cauſâ Diffamationis invitus agere cogitur: Appellatus ne quidem
5 agit. * Nuda ibi eſt diffamatio, in Appel-
6 latione Gravamen quoque aliud. * In diffamatione requiritar, ut non ipſi prætenſo Reo, ſed coram aliis prætenſio propalata fuerit: (unde *in c.* Jſenburg *contrà* Jſenburg Proceſſûs denegati ſunt, quia tantùm literæ exhibebantur, quibus prætenſio Reis ſignificata erat.) Sed in Appellatione Extrajudiciali perinde eſt, quâc. ratione

tione quis gravetur: * Etiam ob ſolas inju- 7
rias Lex Diffamari, (quanquam ex impe-
ritâ Doctorum extenſione, de quâ poſt
alios præclarè Dav. Mevius *I. Dec.* CXLIV.)
Sed non ità Appellatio valet. * Antequam 8
judex in causâ Diffamationis citationem
decernat, de diffamatione cognoſcere
debet; 𝔈. 𝔊. 𝔒. *P.* II. *Tit.* XXXV. *junct.*
Mynſ. III. *Obſ.* LXXVIII. niſi quòd nudis
copiis & narratis credatur. Richter *Dec. C n.*
53. Imò *per* 𝔛. 𝔄. *1654.* §. 77. nonniſi proba-
bili documentò oſtenſa Diff., & diffamans
in ſpecie deſignatus fuerit, Proceſſus decer-
nuntur. Hîc protinùs Appellatio vim ſuam
exſerit, & loco citationis eſt, atque litem
ſuô modô pendentem efficit. * Diffamatio- 9
nis Remedium ad hoc intenditur, ut diffa-
manti perpetuum ſilentium imponatur:
(adeò ut vix dari poſſit caſus, in quo præ-
ter hanc impoſitionem *pœna* diffamanti
indicta ſit; niſi unà in causâ principali Ca-
meræ Jurisdictio fundata fuiſſet. Not. *ad*
Roding. *Lib.* III. *Tit.* IV. §. 10.) In Appel-
latione Extrajud. plus agitur. * Diffama- 10
tio jam facta & imò perfecta eſſe debet,
indeque Remedium L. Diffam. non da-
tur, quando creditor debitum conditio-
nale prætendit: cùm fundamentum habe-
at,

at, ſpem obligationis; Heigius *II. Qu.* VIII. *n. 19. Carpzov. I. Conſtit. VII. def. ult.* Appellatio Extrajudicialis ad gravamen quoque futurum reſpicit, utcunque etiam poſſit non exiſtere; dummodò cauſam quadant. habeat radicatam. * Diffamatus ad ſuum judicem vocatur, indeque Judex ob diffamationem imploratus malè Partem repellit, quia ad ſe cauſa principalis non pertineat: Mevius *3. Dec. CCXII.* Appellans verò Appellati judicem ſequitur. * Proceſſus ex L. diffamari etiam ob ea, quæ in judicio proponuntur, decernitur: Idem Mevius VI. *Dec.* CCLXXXV Sed extrajudicialis Appellatio non niſi ob gravamen extrajudiciale illatum inſtitui poteſt. * Judex ùt judex nunquam diffamat. Ergò ùt judex diffamans in Camerâ non convenitur; ſed tamen à gravante ùt judice provocatur. * Diffamatio habet Proceſſum primæ inſtantiæ, & quidem Extraordinarium. C. G. O. *P. 3. c. 3.* §. *16. & latè* Gail. *I. Obſ. XII.* Hic, ſaltim ſi ùt judex gravet Magiſtratus, prima inſtantia fingitur, & ordinaria procedendi ſervatur ratio. * Diffamator edere cogitur inſtrumenta diffamato: non, ità provocatus provocanti. * Incola Civitatis privilegiatæ beneficio de non evocando

11 (beat radicatam) · 12 (pellati judicem) · 13 (illatum) · 14 (men à gravante) · 15 (dendi ſervatur) · 16 (provocatus)

ex L.

ex L. Diffam. conventus de privilegio excipere non poteſt; Carpzovius *Deciſ. XXXI.* ſed hactenùs actioni ſimilis eſt Provocatio extrajudicialis, ſicque ſub Privilegio continebitur. * Duo diſtincti in causâ diffama- 17
tionis, ſecùs atque in Appellatione noſtrâ, dantur Proceſſus; indeque à Proceſſu Diffamationis in ſpecie dicto, ad Proceſſum cauſæ principalis cùm tranſitum fuerit, in hoc ex illo Litis pendentiam obvertere non licet. Carpzovius *2. Reſp. Elect. Tit. 2. Reſponſ.* XXXIV. Zanger. *P. 2. d. Except. c.* XIII. *n. 14. ſeqq.* Covarruv. *1. Reſol.* XVIII. *n. 6.* Gail. 1. *O.* XI. *n. 3.* * In Camerâ Conſtitutio 18
ex L. Diffamari non obtinet, niſi in cauſis fractæ pacis, injuriarum & aliis, quibus publicum ſcandalum exoriri & tranquillitas Imperii turbari poteſt: *v.* Gail. 1. *Obſ. X. n. 5.* Quò quidem etiam pertinet, ſi quis per Diffamationem in poſſeſſione ſuâ turbatur: Magenhorſt. *ad P. 2.* C. G. D. *Tit. 25. p. 242.* ceu *in c.* Meintz *contrà* Sachſſen dictô caſu citatio decreta eſt. Sed cum Appellatione ſecùs habet. * Ex quibus affatim 19
de utriusque Remedii differentia apparere poteſt. * Uti verò REMEDIUM EX L. 20
SI CONTENDAT. *ff. d. fidejuſſor.* (quod nonnulli *arg. l. 5. §. f. d. dol. mal. & met. exc.*

item

item ſpecialium Conſtitutionum *in l. 24. C. d. N. N. P.* & *Nov. 100.* in *Jure communi* non fundatum; adeoque extrà ſpecies illas in quibus *praxi forenſi* introductum eſt, extendendum non eſſe volunt,) à noſtrâ Appellatione Extraj. diſtinguatur, collige ulteriùs ex Carpzov. *1. Conſt. VII. defin. XXIX.* & Roding. *in not. Lib. 1. Tit.* XV. *lit. m.*

1 §. XLIV. Sunt * (23.) Remedia POSSESSORIA, veluti de retinendo & *manutenendo* Imploratio, quæ in quibus cauſis & caſibus obtineat, Ludov. Poſthius paſſim exponit, & præcipuè *in Obſ. X. d. Ma-*
2 *nutenend.* Utimur ejusmodi Remediis, ſive ſummariis ſive Ordinariis ſalubriter contrà Partem, & ſæpiùs ad ſententiam *definitivam* Ordinaria proficua ſunt. Sic *Interdictô uti poſſidetis*, quod ratione naturalis poſſeſſionis etiam de recuperando eſt, (ſi *Poſthium* ſequamur *in Deciſ. CCCXXVII. n. 13.*) cum maximo litis emolumento in causâ præcedentiæ utimur ad promerendam definitivam ſententiam: cùm à Poſſeſſorio regulariter non appelletur, & lite pendente manuteneri debeat is, qui tempore litis motæ poſſidere reperitur: Riccius *Part. 1. Dec.* CXXXII. veluti

ſi de

ſi de ſede & loco agatur in Eccleſiâ. Gratian. *Deciſ. CCX. n. 40.* **Recuparandæ* autem Remedia non minùs huc pertinent, & in ſpecie Remedium ex LEGE SI QVIS IN TANTAM. C. Unde Vi. contrà eum qui *vi potiùs, quàm causâ agendum* ſibi duxiſſet: contrà illud Taciti XIII. *Annal.* XXXVII. *n. 6.* 3
* Uſum hujus auxilii plerique nullum hodiè ſupereſſe tradiderunt: ceu *Exteri* cumprimis in abolitionem optimorum Remediorum, inviti nim. Romanis Conſtitutionibus utentes, proni ſunt: quando aliquandiu Lege quâdam vel imperitiâ Partium vel Advocatorum, aut Judicis, nemo uſus eſt; vel ea quid ex veteri Judiciorum formâ ſeu ſtatu præfert, aut paulò rigidior eſt, quàm ut eâ duritie opus eſſe cenſeatur: quò etiam revocari ab iisdem ſolent ea, quæ merè arbitraria ſunt, & ùt ſic dicam civiliſſima: v. c. quantitatis, quam hâc vel illâ actione petimus, multiplicationes & ſimilia. 4
*Verùm uti *Juris Antiqui* ſepulchris haud unquam libenter inſedimus, niſi quoad inde recreatis ad recentiorem Fori quoque Literaturam liceret reſurgere: Ita juriſprudentiæ illam detractionem Juvenibus præcipuè extorquere ſolemus, cùm eâdem ſemel afflata ingenia, veluti peſtilenti 5

lenti quodam ſidere perculſa, ad frugem
6 poſteà pervenire haud ûnquam poſſint: * Hincque adverſus *Novatores* ſubinde unum alterumve caput vindicamus, donec aliquando *Philiberti Bugnyonii*, *Bernh. Autumni*, *Simon. Grœnvvegii*, *I. Iacobi Wieſenbachii*, *Antonii Mornacii*, *Bertrandi Argentræi*, *Cypriani Regneri*, & ſimilium cœco, & quia ad paucitatem Legum facit, ſuavi obſequiô ſeductorum invaſionibus obicem, ne latiùs ſerpant, objeciſſe liceat. * Angu-
7 ſtam potiùs Juſtinianéam eſſe Jurisprudentiam, nondum ſatisfacientia tot Doctorum volumina intuenti, ſatis cônſtat: eaque per ſe Romani Juris eſt conditio, ut repaſtinando ſubigendôque ad novam ſæpè frugem perduci ſe expetat.

1 §. XLV. Cæterùm * modò dictum Remedium *Legis ſi quis in tantam* in Protribunalibus, quantum ob anguſtiam paginarum licuit, vindicavimus: Adde illis *præjudicium ap.* Gylmann. *in Symphoremat. pag. 35.* ubi Ser. Elect. *Brandenburg.* in *anno 1581. juxta d. l.* ſubdito ſuo, quem caſtrô
2 ſpoliaverat, condemnatus eſt: * Eôque recentius aliud, (utut magis in ſpeciali *l. 5. C. d. Legat.* fundatum,) *in c.* Hohenl. Neuenſtein *contrà* Hohenl. Waldenburg *Mandati d. edend.*

d. edend. Invent. &c. in quâ cùm Legatarius propriâ authoritate, contrà voluntatem hæredis, rem legatam ſibi ſumſiſſet, *Camera Spir.* unà *citationem ad vidend. ſe incidiſſe in pœnam privat. Legat.* decrevit. * Confer & Contardum, qui idem Remedium cum pluribus aliis ad res *incorporales* extendit, in Tract. *ad L. un. C. ſi de mom. in Ampliat, n. 144.* item cordatum Jurisprud. noſtræ vindicem Dn. Mevium *l. Dec. xcv. &* iv. *Dec.* ccxvii. *ſeqq.* ubi *Menochii* indulgentiam, quâ tot dictæ Legi exceptiones allinit, reprobavit; unàque oſtendit, quàm etiam per βραχεῖαν διάνοιαν & ſubitaneum animi & impetûs inconſulti calorem quis re ſuâ excidere poſſit. * Anne verò ab ipsâ, juxta Legem illam pronunciatâ ſententiâ, *appellari* queat, non alienæ abhinc quæſtionis eſt? videtur, quia per Remedium illius ad privationem Dominii agitur, indeque illud cauſam proprietatis admixtam habet. * Unde illud affirmat Cæſar Contardus *in Limit.* II. *ad l. un. C. ſi de mom. poſſ* §. *l. n. 8. 9. &* § II. & *in Limit.* XX. rationem alteram præbet, quia ſententia ex *d. l.* pœnam contineat: quippe quòd licèt aliàs à poſſeſſorio non appelletur; tamen in univerſum à pœnâ per iſtud

Hhh illa-

6 illatâ appellare permiſſum ſit. * Sed & *in* §. *3. d. Lim. 2. n. 18.* ad excludendum beneficium Appellationis cautelam quandam ſuggerit: quòd videlicet ad ſolam rei poſſeſſionem agi, & tunc reſtitutâ poſſeſſione excipi in Petitoriò de Dominio debeat. Ita enim in poſſeſſione ſecurum futurum eſſe, cùm à ſimplici poſſeſſorio non appel-
7 letur: * Exceptionem verò Dominii ſibi conſtare, quia pœna quidem Legis non ipsô jure ſequatur, interim tamen per Ex-
8 ceptionem urgeri poſſit. * Imò etiam hoc aſſererem, quòd *ipsô jure* Dominium rei h. c. quis amittat, dummodò rem vi ablatam eſſe, citrà probationem ulteriorem, conſtare queat, juxta temperamentum Antonii Matthæi *in Comment. d. Criminibus. p. 509.* & illa, quæ nos *in* Comment. MSC. ad Inſtit. *Tit. d. Vi Bon. Rapt.* §. *1. voc. Rei ſuæ Dominio cadere* exaravimus.

1 §. XLVI. Reliqua Remedia * ob *ſpolium* introducta non minùs adversùs eum *Magiſtratum* competunt, qui judicii ordine prætermiſsô, beneficiò vel aliis rebus quem carere coëgit: *c. conquerente. x. d. Reſtit. ſpoliat.* veluti ſi non citatô eô cujus intereſt, alium rectà, etiamſi ad Reſcriptum Principis, immiſit, Ferdinand. Vaſquius

Lib. IV.

Lib. IV. Controv. c. XI. n. 13. * Aut qui, licèt 2
ordine juris ſervatô, tamen ſpoliati & de
facto damnati judex incompetens fuerat,
aut competens etiam nulliter circà priva-
tionem pronunciavit, vel quâcunque ra-
tione extrajudicialiter quem poſſeſſione
deſtituit. * Quidni enim adverſus ejusmo- 3
di Magiſtratum ad reſtituendum ſpolium,
(*c. cauſam matrimonii. x. d. Offic. deleg. d. c. conquerente. & c. referente. x. d. præbend. c. ex inſinuatione. d. Procurator.* Bertrand. *Lib. IV. Conſ. CXIV. n. 4. & Lib. VI. Conſ. CXXX. n. 4.*) itemque ad damna & intereſſe agi poſ-
ſet: Menoch. *Rem. VIII. Recup. n. 10. 11. 12.* * 4
cùm ſe officiò ſuo per ejusmodi Proceſſum
indignum reddat, adeoque pro privato
conveniatur. Cravett. *Conſ. CXXIV. n. 4.*
Klock. *c. XVIII. d. Contrib. n. 109.* * Id quod 5
tantò magis obtinet, ſi quem ùt Pars gra-
vaverit, nachdem er das Stück vor ſein Ey-
genthum außgegeben. *v.* Carpzov. *3. Reſp. Tit. XII. Reſp. CVIII.* * Ita enim ne quidem 6
differentia illa, quam Menoch. *d. l. n. 27.* in-
ſinuat, attenditur, quâ ſpoliatus *à Judice*,
non niſi causâ cognitâ; ſed *à privato* ante
omnia reſtitui debet. *v.* Gail. *2. Obſ.* LXXVI.
& Schvanm. *Differ. LI. Jur. Civ. & Cam. n. 11. ſeqq.*

1 §. XLVII. (24.) Via * MANDATORUM huc ſpectat, quæ ſæpiùs pro Remedio Appellationis aſſumitur: veluti *ſubditi* contrà Dominos, contributionem ſævè exigentes, Mandatis cum & ſinè cl. ſibi proſpiciunt. v. Klock. *c. XIX. d. Contribut.*
2 *n. 320.* * Neque ideò pro *rebellibus* unquam habendi ſunt, ſi eos juſtè conqueſtos eſſe appareat: Decius *Tr. Crimin. LVII. c. XXXII. n. 2.* Cravett. *Conſ. VI. n. 8.* cùm quidem ſub umbrâ Superioris vivere non deſinant.
3 Roſenthal. *c. VIII. d. Feudis. Qu. X. n. 5.* * Idque maximè in *criminalibus* obtinet, aliisque ſimilibus, ubi de ſubditorum irreparabili præjudicio agitur. Felinus *c. de cætero. n. 5. d. re jud.* Marſil. *Singul.* CCCXLIX. Gu.
4 Papæ *q.* CCCCXL. *add. c. 10. d. Sponſalib.* * Imò Imperator etiam Viſitatorem deputare vel Coadjutorem adjungere ſævienti poteſt. Jaſon. *vol. 2. Conſ.* CCXXXIII. *n. 2.* Sed hoc exemplum particulare & ſuprà jam
5 excuſſum eſt. *Sanè via Mandatorum etiam quoad alias cauſas, quas per Appellationem Extrajudicialem deducere licet, *directò* & in genere huc pertinet, quia contrà *Proceſſum injuſtum*, ex quo non auditi damnantur, aut pœnis ſubjiciuntur, Mandata ſinè cl. regulariter decerni author eſt

Fri-

Friderus *L.* II. *d. Mandat. c.* XI. * Et tamen 6
Mandati & Appellationis *differentias* quàm plurimas recenſere licet: quanquam Provocatio ad judicem Mandatis cum cl. propior eſſe, quoad ſubſequentem Proceſſum, videatur, quàm ſinè clauſulâ.

§. XLVIII. Enimverò * Mandati via 1
ab *Interdictis* facilè ſecernitur, quòd Mandata pœnæ comminationem inſertam habeant, & ad plura negotia pertineant, ſiquidem de ſolvendo, reſtituendo depoſitum &c. decernuntur. * A *Proceſſibus* 2
Executivis in eo etiam Mandata differunt, quòd iſti abſque Citatione & cognitione cauſæ ſummariâ non peragantur, nec ſtatim injungatur paritio. * Sic & *Monitoriis* 3
cum Mandatis, & maximè c. cl., ſimpliciter non convenit: quoniam iſta ex abrupto ſinè ullâ cognitione, ùt Citationes, & non cum tanto præjudicio, emanant: de quibus ut nunc pleniùs experiamur, & reliquas, quæ reperiuntur, harum ſpecierum differentias recenſeamus, non opus eſt. * 4
Differentias *Mandatorum* & *Appellationis noſtræ* luſtremus. Sic enim Mandata obtinent in caſu *aperto*: ſecùs in Appellatione.
* Mandata, ſi neceſſitas jubeat, etiam *ex Of-* 5
ficio decernuntur, Magerus *d. Advoc. arm. c.*

XVII. n. 517. Quale quid in Appellationem
6 competere non poteſt. * Mandati *Proceſſus brevis* eſt, & in cauſis Mandatorum S. C. non licet procedere ultrà replicas (Gem. Beſch. vom 13. *Dec. 1659.* §. 4. in Mandatis v. cum Cl. duplicare licet. (Gem. Beſch. vom 9. *Jan.* 1660. §. 4.) non ità Appellatio-
7 nis. * Ubi *Auſtregis* quandoq; non eſt locus ratione cauſarum, ibi Mandata licet impetrare; ùt inter plures alias eſt cauſa, quæ ad pœnam *Banni* tendit, puta Pac. Publ & Religioſæ, & quæ in violat. Inſtr. Pacis incidit, modò etiam ad pœnam Banni agatur:) Imò in cauſis, quæ ad Auſtregas non pertinent, nonnunquam appellare per-
8 miſſum eſt. * Auſtregæ ceſſant quoties *Mandata ſinè clauſ.* obtinentur: ità enim Mandata v. g. ſinè cl. de non offendendo ad conſervandam *Pac. Publ.*, non obſtantibus Auſtregis, emanent: (Præjud. *apud* Gylm. *pag. 193. & 211.* Et quoties *in IV. Caſibus* Imploratio fundatur: quò pertinet *Paritor. Cæſar. d. 15. Jan. 1665. in cauſ.* Holſt. Plân ꝛc. Ubi: Nunmehr aber und nachdem deß Impetranten Liebde und Unterthanen unter ſolchen Beſchwerden je länger je mehr ins verderben geſetzt werden / und ſolchen falls ſo wenig denen Rechten und Reichs-Conſtitutionen gemäß / den Nohtlei-

leidenden zu denen Außträgen zu verweiſen. Als Uns hingegen Krafft Käyſerl. Ambts in allewege obliegen thut / deß Impetranten L.L. wieder unbilliche Beſchwerden / bey denen Jhm von Uns verliehenen Landen zuſchützen / ꝛc.) *Sed non ceſſant toties Au- 9
ſtregæ, quoties *appellare* ad Cameram licet: Quid enim ſi ipſæ Auſtregæ gravarent extrajudicialiter, vel ſaltim litedurante: ſic verò ab illis utique ad Cameram
procederetur. * Multi ſunt caſus apud Ca- 10
merales, in quibus ad Cameram *non appellatur*, & tamen *Mandata* impetrantur: vel quòd appellari non poſſit, veluti ſi vel formâ judicio ſimili quid peractum non ſit, aut ob Privilegium: vel quòd ſaltim non
expediat. * Multi ſunt etiam caſus, in qui- 11
bus *Mandata non impetrantur*, & tamen *appellamus*, ùt qui non ſunt contrà jus utilitatemve publicam, & in quibus à præcepto
inchoare non licet. * Appellationes fiunt 12
plus *juris experiundi* cauſâ; ſed Mandata magis ad excludenda facta, (Thätlichkeiten/)
vel redarguenda. * Appellatio requirit *ſen-* 13
tentiam, aut quid ſimile, ſaltim ſi à judice
fit; ſed non Mandatum. * Poteſt quoque *ad* 14
Mediatum quemcunque fieri *Appellatio*, ſed Mandata solùm à *ſummô judiciô* vel eò, ſaltim emanant, quod in caufis Mandato-

15 rum peculiariter fundatum eſt. * Mandatum ſinè cl. in *caſibus* certis obtinet, denen
16 vier Fällen/ Appellatio ubique. * Hæc penes *Partem* maximè ſita eſt, illud totum
17 à judice pendet. * Mandata præcipiunt ſimpliciter; Citationes ad inſtitutam Appellationem non item *ab executione* incipiunt.
18 * Mandata *iterantur*, & ſemper cum pœ-
19 nâ. Non ità Appellatio. * In Mandatis ſinè cl. tantùm licet *de Facto excipere*; in Appellationibus etiam de Jure agitur. Imò nec contrà Mandatum ipſum, ſed ſolùm contrà declarationem pœnæ opponere in Mandatis conceſſum eſt.

1 §. XLIX. Ulteriùs, * Mandata regulariter Jure *prohibita* ſunt: Appellationes per-
2 miſſæ. * *Citatio* Mandato ejusque effectu, ſaltim naturâ, *poſterior* eſt. Sed citatio fit in Appellatione ad hoc, ut juſtificetur Ap-
3 pellatio. * Mandata *cum cl.* non decernuntur, niſi cauſa & Pars rea ad Cameram per-
4 tineat: in Appellatione ſecùs. * Mandata *ſinè cl.* in reo *Immediato* obtinent; indeque Mediato, cui S. Cl. mandatum fuerit, Exceptio incompetentiæ competit, *per* R. Deput. *d. ann.* 1600. §. Es wird nicht wénigers. 29. ibi: daß dißfalls denen Magiſtratibus proximè immediatis in deme nicht fürzugreiffen/ *junct.* Conc. der C. G. O.

P. 2.

P. 2. Tit. xxv. §.4. * Quam ſententiam cùm 5
ſuô tempôre Gailius *in l. Obſ. xix.* adeò re-
ciperet, ut contrà mediatum Mandata ſinè
Cl. ſolùm *acceſſoriè*, nunquam ſola & prin-
cipaliter, impetrari poſſe aſſereret. Eum,
& qui illum ſequuntur, aberrâſſe; atque il-
lis dictos Txx. ne nunc quidem ſuccurre-
re, ex ſequentibus eluceſcet. * Nam ita (1.) 6
contrà Mediatos Mandata S. Cl. decer-
nuntur in *cauſis Fiſcalibus*. (2.) in c. *violati*
Privilegii Cæſarei. (3.) in c. *fractæ Pacis* pro-
fanæ: rationem habet Roding. *Lib.* LVII. §.
44. & Blumius *Tit.* xxix. *Proc. Cam. n. 200.*
* (4.) in c. *Pacis Religioſæ*, ob quam etiam 7
Clerici in Cam. conveniri poſſunt; Sprin-
ger. *c.* xiv. *d. Pac. Rel.* Inſtr. Pac. *Art.* xvii. §.
Qui verò. Ipſos etiam implorantes imme-
diatos eſſe, non eſt neceſſarium. Dn. Schütz
Vol. II. Diſp. Jur. Publ. IV. poſit. xvii. *lit. c.* &
Suev. *Diſp.* xii. *de Pac. Rel. th. 7.* * (5.) circà 8
poſſeſſionem litigioſam in *caſu* O. Cam. *P. II.*
Tit. XXI. §. Wo auch. (6.) in *Leg. Diffamari*
jx. præjudic. Haßfeld *contrà* Meinartsha-
gen / Cives Colonienſes, *in anno.* 1661. &
per arg. à contrar. *ex* Ord. Cam. *P. II. Tit.*
xxv. *in fin.* (7.) in causâ *protractæ* aut *dene-*
gatæ juſtitiæ. * (8.) quando *Princeps* Civi- 9
tatem vel *ſubditos* convenit; niſi eos co-

ram ſuo Concilio ſ. Curia convenire poſſit. (9.) quandò *contrà Sententiam* in *Camera* latam quis turbatur, etiamſi à proprio ejus Magiſtratu id fiat, (Gylmann. *præjud. voc. Mand. Sin. cl. p. 195.*) & quidem à Mediato quoque: ſiquidem Camera Sententias ſuas contrà quemcunque defendere poteſt & debet; quamvis turbantem coram ſuo etiam Magiſtratu conveniri
10 poſſe certum ſit. *(10.) contrà *Tertium* Mediatum, qui tempore executionis *bona Banniti* poſſidet: Gailius II. *d. Pac. Publ. c. XVII. n. 10. ſeqq.* Idque ob cauſæ *Continentiam*, quæ quidem ſemper efficere poteſt, ut adverſus Mediatum Mand. S. Cl. decernatur. (11.) Contrà eum, qui *Judæos* fovet, nec tamen Privilegium eos in ſuo fovendi habet; *v.* Gylmann. *d. l.* Quanquam
11 caſus ille non facilè ſit dabilis. *(12.) Ratione *Bonorum immediatorum*: ob quæ aliàs Jurisdictio Cam. non niſi in actionibus *realibus* fundatur; ſecùs atque in perſonalibus, niſi hæc ratione & intuitu bonorum ortæ fuiſſent.) Unde *in c.* Epiſcopi Merſeburg. *contrà* Joh. à Dieſſkau *d. 19. Aug.* 1550. Mandatum S. Cl. adverſus Mediatum emanavit, qui bona Feudalia imme-
12 diatè ab Imperio recognoſcebat. *Si jam unum

unum *Gailii* caſum generalem addideris, quandocunque cum aliis Proceſſibus Cameræ Forum per ſe fundantibus, Mandata S. Cl. *acceſſoriè* contrà Mediatos impetrantur, (*v. etiam* Schvvanmann. *Obſ. xxv.*) ſatis apparebit, *in alleg.* Rec. Deput. & Conc. Ord. Cam. *Regulam unicè* propoſitam eſſe.

§. L. Sed nunc * ad alias Mandatorum & Appell. noſtræ differentias progrediamur. Et quidem in Mandatis ſinè cl. aliqualis *probatio* requiritur, ut Proceſſus impetrentur. R. A. 1654. §. 79. In Appellatione tantùm expreſſionem gravaminum exigunt. * Non temerè Mandata decernuntur cum Cl. ſed potiùs *Citationes*, maximè ſi cauſa altiorem indaginem præ ſe ferat. Itaque vel in ipsâ Camerâ Citationis *Proceſſus à Proceſſu Mandatorum*, & ab hoc iterum Provocationis Extrajudicialis ſecernitur: * Quoad Proceſſum verò Citationis notandum eſt, quòd *ſimplex Querela* ideò dicatur, quia eſt cauſa *Citationis primæ*, hoc eſt, quæ annexum Mandatum non habet; indeque à reliquis Citationum cauſis diſtinguenda ſit: ùt inter has Citationi v. gr. in causâ fr. Pac. Mandatum de non offend. annectitur. * Interim in debitis liquidis & confeſſatis ho-

1
2
3
4

hodiè parum intereſt, an Mandatum, an
verò nudam Citationem impetrem: quia
etiam ſententiis omnibus Executoriales
ſtatim annectuntur; R. A. *d. ann. 1654.* §.
153. & in primo termino reo, (etiam illi,
qui Auſtregis gaudet, & clauſulam Auſtre-
garum renunciatoriam obligationi inſe-
ruit,) per contradictionem extemporane-
5 am obviam iri & ſubmitti poteſt. * Aliàs
autem *à parte Judicis* Mandata C. C. adhuc
à Citatione diſtincta manent, iſque pro
arbitrio, & ex qualitate circumſtantiarum,
vel *Paritoriam*, ùt in Mandatis S. C. (cùm
per Mandata quid injungi, interdici, veli-
mus,) vel *Definitivam ſententiam*, (cùm
per Querelam ſimplicem quid nobis adju-
dicari, & reum condemnari petamus, (fer-
6 re poſſit. *Quæ vero *à Parte Rei* comparen-
tis inter Proceſſum Citationis & Manda-
tor. ſit convenientia, *vide ap.* Rodingium
7 *p. 211. ſeq. Ed. nov. L. I. T. 12.* * Porrò in Man-
datis S. C. ſuper quatuor caſibus obtentis
cauſa principalis in Camera non tractatur,
ſed ad Ordinarium judicem ſpectat, C. der
C. G. O. *P. 2. Tit.* XXV. §. 1. In Appellatio-
8 ne autem & ipſa cognoſcitur. * Si veneficii
ſuſpectus, non legitimis exiſtentibus indi-
ciis, torqueri, aut quis ab officio dimoveri
velit,

veiit, tum quidem *Mandatum ſinè Cl.* decerni, & imò non minùs *appellari* poteſt: ſed hoc, ſi cauſa ſit maximè dubia; illud tantùm, ſi apertè iniqua * *Mandata* S. C. ſu- 9
per caſibus *futuris*, veluti de non offendendo, non turbando &c. impetrari poſſunt, etiamſi radicatus non ſit metus; dummodò impetrans ſuper aliquâ Conſtitutione intentionem ſuam fundet. In Appellatione futuri Gravaminis certior requiritur conditio. * Mandata cum cl. ſuper *fa-* 10
cto tantùm emanant, Sed etiam Appellatio Extraj. fit ſuper *faciendo*. * Denique *Banni* 11
& privationis exceptio Appellationi objici non poteſt; poteſt autem, ùt & excommunicationis, & quæc. officium judicis implorare impedit, Mandatum ſinè cl. impetranti obverti. Gylmann. *P.3.Symph.Tom. II.p.31.n.17.*

§. LI. Equidem * *Mandatorum* via ubi- 1
que *Compendioſa* magis eſt, & Notarius v.c. qui Mandatum judiciale inſinuaturus, carceri mancipatur, malè ab hoc actu, qui nec juſtitiæ ſpeciem habet, appellaret. * Imò 2
in genere, ubicunque de Mandato vel Decreto judicis, quòd *planè* illud *injuſtum* ſit, ſtatim apparet, potiùs quàm appelletur, caſſatio ejus in ſuperiori judicio per Man-
datum

3 datum contrarium impetratur: * ut tamen *in cauſis Mandatorum* judicium immediatum *fundatum* ſit, & narrata talem contineant ſpeciem, in quâ mandari poſſit. Exemplum quoddam Gylmannus habet, *Supplic.*
4 *Tom. II. P. 3. T. VIII. ſuppl. VII.* * Imò ſi in causâ qualificata, velut ubi jure communi à præcepto inchoare licet, *O. C. P. 2. T. XXIII.* Mandatum *cum cl. petitum* fuerit, tamen
5 etiam *ſinè Cl. decerni* poteſt. * Sed & *Mediati* implorantes in ſummô judiciô Mandatâ ſinè clauſulâ impetrant, h. e. in tali, à quô provocari non poteſt; ſi modò ratione cauſæ vel perſonarum jurisdictio ejus fundata ſit, aut inferior Magiſtratus cum juſtâ efficaciâ mandare nequeat.
6 * Omnium verò minimè cum cl. Camera mandare poteſt, ſi jurisdictio ejus immediatè fundata non ſit: quanquam & ſic *exacerbare Supplicas* ſoleamus, ut caſum ad Mandata ſinè cl. deducere, & imò, ſi inter eos, qui Auſtregas habet, agatur, ipſas quoque Au-
7 ſtregas evitare valeamus. *v.* Notator. ad Roding. *L. 1. T. XII. p. 169. vet. edit.* * *Mediatorum* tamen in eo diverſiſſima eſt ratio, quòd contrà eos, ne quidem in caſibus, ubi *factum exorbitans* à causâ principali benè diſtingui poteſt, Mandata ſinè cl. in Camera

mera impetrare liceat; Friderus *c. XII. d. Mandat.* §. 3. *ſeqq.* niſi ex capite denegatæ juſtitiæ, ſi periculum in morâ ſit, & damnum irreparabile. * Sit enim caſus talis, ut 8
Parte etiam non petente judex â præcepto incipere poſſet; hic autem moras nectat, conniveat, longum Proceſſum trahat, &c. Ita verò non aliàs, Mediatus etiam Debitor ad Cameram evocari, vel tamen ei, ut ſolveret, mandari poſſet. * Igitur 9
cùm nunquam argutiæ deſint, easque in tantum Partes comminiſcantur, ut Magiſtratûs acumen & diligentiam ſæpè eludant: ideò *Pignorationibus* hodiè veroſimilis narratorum *Probatio;* imò etiam probatio juris, ſuper quo Pignoratio facta eſt, requiritur. v. §. Demnach ſich auch. R. A. *d. an. 1654.*

§. LII. Num verò * *Inferior* etiam ſeu 1
ſubalternus *Magiſtratus* contrà Mediatos, ſi rei qualitas id ferat, vel ſubditorum Privilegia non obſtent, (Friderus *d. Mandat. c. VIII.* §. 1.) Mandata decernet? omninò, & vel in causâ *fractæ Pacis*. Græven *ad Gailium Concl. 3. conſid. 1.* * Imò niſi *cauſa* Forum ſu- 2
premum fundet, inferior, ſi aliàs mandare queat, debet: R. Deput. *d. ann. 1600.* §. Es wird nicht weniger. *29.* * Et tunc eadem 3
norma

norma attendenda eſt, quam ſervat *Camera*, per §. 131. R. A. 1654. ibi: Daß Churfürſten und Stände deß Reichs bey Ihren Gerichten die Verordnung thun ſollen / damit ſo viel möglich bey denenſelben die Norma der Cammergerichtlichen Proceſſen obſervirt werde. *junge* §. Dieweil aber. *d. Receſſ. Deput.*

1 §. LIII. Quid ſi * obligatio *contrà Mediatum* habeat *Clauſulam*, ohne Recht? Ne quidem ob illam cl. Mandata ſinè cl. in Camerâ decernuntur, ohne in denen Perſonen und Sachen / ſo ohne Mittel an das K. Cammergericht gehörig. R. Deputat. §. Gleicher geſtalt. * Nam in illis clauſula iſta ohne Recht *M. S.* Cl. cauſatur: uti quidem viam executivam cauſari non poteſt, ſondern den ordentlichen weg Rechtens / *Clauſula* mit Recht; idemque de *juratâ* obligatione dicendum eſt. *eôd.* Deput. Abſch.

2 §. 32. 33. * Quin tamen *Mediati* etiam impetrare Mandata, v. c. de relaxando Arreſtum *contrà Immediatos*, aut quicunque Cameræ ſubjiciuntur, poſſint, dubitare nos non patitur *præjudicium in causâ* Pr. *contrà* Civit. Francof. *in Iul.* 1658. Licèt enim vi Conſtitutionis *de Arreſtis* (*de anno* 1570.) hoc fieri non debeat, quippe quæ ab utraq;

Par-

Parte, velut etiam Conſtitutio *de Pignorationibus*, immediatos requirit; tamen ex *l. Communi & Ord. Cam. P. 2. T. XXII.* Mandata ejusmodi denegari implorantibus non poſſunt.

§. LIV. Dixi, * quòd vi *Conſtitutionis de Arreſtis* illud fieri nequeat. Unde ſi Princeps Comitis bona mediata, in Principali Territorio ſita, arreſtat, quòd Comes & Status Imperii homagium tantùm reale, non autem perſonale, præſtare velit: tum verò Mandatum deſuper in Camerâ per Comitem impetratum pro obreptitio habendum non eſſe, multi ſtatuunt. * Et ex hinc quidem, quòd qui Status Imperii eſt, etiam ratione bonorum Mediatorum pro Immediato cenſeatur: ne Perſonæ deterioris conditionis, quàm bona forent, quæ nunquam ex perſonæ conditione qualitatem Immedietatis amittunt; ſed potiùs perſonæ Mediatæ, als Einhaber des Reichs Güter / tanquam Immediatæ, conveniuntur. Gailius *c. VI. d. Arreſt. n. 9.* * Neque verò (ſic enim volunt,) perſona eadem mediata ſimul & immediata eſſe poteſt, diverſis reſpectibus: & in præjudicium Imperatoris & Imperii tenderet, ſi quis voluntariâ deliberatione, (niſi etiam præſcriptio 1 2 3

 acceſ-

acceſſiſſet,) alteri Immediato ſe tanquam
4 Landſaſſium, ſubjicere valeret: *Uti nec Statuum ſubditi alterius Jurisdictioni ſe quoad perſonam ſubmittere poſſunt:) Licèt illud Status in ſuum tantùm præjudicium, h. e. ratione bonorum, facere non prohibeatur; modò potiorem bonorum partem non alienet, quò bona Dignitati adhuc correſpondentia retineat.

1 §. LV. Quæ tamen * quia rigida cuiquam, nec uſui Imperii per omnia convenientia, videri poſſunt; ideò quoad ipſum Landſaſſiatum vel ita rem definire licebit:
2 * Dari videlicet *Subditos reales* & *perſonales*. *Hos* demum propriè dictos eſſe, & homagium perſonale ſ. territoriale præſtare, quibus idcircò in omnibus & per omnia, vi Superioritatis Territorialis, & non tan-
3 tùm vi quaſi Regalium imperari poſſit. * Eſſe autem tales iterum vel *omnimodò*, vel cum *reſpectu* ad certas terras & Regiones.
4 * Ad *hos* pertinere (1.) Eos, qui *ſub diverſis Majeſtatibus* degunt, ùt ſi quis Comes ſub Regno Sueciæ & Imperio Romano bona habeat, & utrique Majeſtati Homagium
5 præſtet. (* Ceu quidem *Vaſallus* duobus etiam Dominis, aliquando diſſidentibus, Vaſallagio, ad rem feudalem maximè reſpicien-

ciente; ſed tamen ex una Vaſalli perſona animas quaſi duas aut corpora duo, ſicque in individua perſona duas quoque obligationes conſtituent, obſtringitur. * (2.) Eos, 6
qui in ſuis terris ipſi *Majeſtatem* vel Superioritatem Majeſtaticam habent (*la Souveraineté;*) Interim alii etiam Majeſtati, ùt verè ſubditi, obtemperant: ùt ſunt Rex Hiſpaniæ, qui ùt Dux Burgundiæ, Mediolani, &c. Rex Sueciæ, qui ùt Dux Bremenſis, Verdenſ. Pomeraniæ: Rex Daniæ, qui ùt Dux Holſatiæ: Dux Pruſſiæ, qui ùt Elector Brandenburgicus, omnes Imperatori & Imperio Romano ſubſunt: * Quâ ratione unam 7
& eandem perſonam Majeſtate inſtructam, & alteri, qui Majeſtatem quoque habet, certô reſpectu ſubditam eſſe, non repugnat: Utut ſubditam eand. eſſe Principi cuidam aut Statui Imperii, qui Majeſtatem non habet, nullibi contingere reperiamus: & ne quidem in Imperio Statum aliquem deprehendi velint, qui ſimul Status maneat & alterius Statûs ſubditus ſimpliciter talis ſit.

§. LVI. *Reales* ſubditi, * vel Homagium 1
præſtant, *reale* ſcilicet, (aut ſaltim ad illud requiruntur,) vel non præſtant. * Priores 2
dicere poſſes *Landſaſſios*, maximè ſi, ùt

plerumque fit, *domicilium* in illo Territorio fixerint: quos aliàs non *de* Territorio eſſe dicunt: Poſteriores *Mediatos* aut *Forenſes*, (ob Fori competentiam, in re fundatam,) *ſimpliciter:*
3 * Cùm ergò in Imperio receptum non ſit, ut *Principes* Dominis eorum Territoriorum, in quibus ipſi, ob patrimonii ferè amplitudinem, bona Mediata habent, (ab illis Dominis eorum Territoriorum, aliter etiam quàm feudali nexu, recognoſcenda,) Homagium præſtent; ſecùs atque in *Comitibus* plurimis ac
4 *Dominis* uſu venit. * Hinc neminem in Imperio Principem actu Landſaſſium eſſe diceres; Utut quin talis ex Conventione, Provinciæ Statuto, Jure ſucceſſionis univerſalis aut particularis, fieri poſſit, non repugnet. Gailius *c. VI. d. Arreſt. n. 22. ſeqq.*
5 *junct.* Beſold. *IV. conſ. CXCV. q. 5.* * Atque in Capitulatione Cæſ. ipsôque Concepto Capitul. perpetuæ habeatur: Und die Jhm untergebene Güter / einen als den andern Weg / unter voriger Landsfürſtl. Obrigkeit bleiben. Item *in praced.* dergleichen höhern Stands-Ertheilung / etiam Principalis,) dem Juri Territoriali nicht nachtheilig ſeyn.
6 * Quid enim, ſi quis in terras incideret, in quibus *Landſaſſiatum* ab antiquo receptum

eſſe

eſſe dicunt: (*v.* Deput. A. zu Wormbs, *d. ann.* 1586. §. In fällen aber.) ùt ſunt Auſtria, Bavaria, Saxonia, Marchia Brandenburgica, Palatinatus, Haſſia, (Mager. *c.* VI. *d. Advoc. Arm. n.* 677. Duc. Brunſvic. & Pomeraniæ; (non etiam Suevia, Franconia, Meichſn. *Tom. I. P. I. Dec.* 8. *fol.* 799. (niſi quatenus in eâ Seren. Domus Saxon. imperat,) Wetteravia, Becker *Lib.* III. *c.* 4. *n.* 17.) * Quarum Ditionum Territoriis qui 7
continentur, in eos fundatam Domini intentionem habere putantur; atque illi æquè ac Provinciales, ſaltim ratione Bonorum, ad onera & munera patrimonialia adſtringuntur: R. A. *d. an.* 1548. §. Wiewol auch in der Ring. Handl. item Fürſtliche Sächß. Ableinung deß Hatzfeldiſchen Contrà Memorials *d. ann.* 1655. *art.* XVI. * Utut 8
non tantùm nomen *Landſaſſiorum*, plerumque adeò extenſum, ut inter illos & ſubditos, ſeu Superioritati Territoriali, & Univerſali ſubjectos, nulla ferè differentia ſupereſſe videatur, (*v. Dn.* Seckendorff im II. Theil deß T. Fürſten St. *c.* IV. §. 2.) inter alios Epiſcopi Auſtriaci, (*v.* Limn. *Add. prior. ad Lib.* V. *Juris Publ. c.* 2 *p.* 688.) & quam plurimi Imperii Comites, ideò Proteſtationibus ſibi caventes, (*v.* Auth. der Do-

nawerth. Inform. *Part. I. fol. 165.* & Schvvanmann, *Dec. Cam. X. n. 87. p. 162.* ubi Proteſtationem *Ortenburgicam* refert:) indignè ferant; & imò ipſi Indigenæ illarum terrarum ſeveras Quorundam traditiones non admittant: (*v.* D. Leyſer. *in*
7 *Diſſ. de Landſaſſ.* §. 21. ubi plures taxat.) * Propè omninò à conditione *Vaſallorum* hi tales abſunt, & perſonam quidem ſuam mentemque Juramento, quod *Homagium*
8 reale dicere non attinet, obſtringunt; * Intereà non niſi ratione *rei*; nec tamen aliter, quàm ad præſtationes patrimoniales, ſub quâdam obedientiæ lege, arctiùs quàm ſimpliciter Mediati, tenentur. * Proinde nec, ùt tales, ſubditi ſimpliciter eſſe voluerint; (unde aliud eſt, eſſe alicujus Landſaſſium, aliud einen Landſaſſen und Unterthan/) nec etiam pari ratione ad Landſtände referri cupient: quia hi ſunt ſubditi perſonales, Votum & Seſſionem in Conventibus Provincialibus habentes.

1 §. LVII. Qui autem * ſimpliciter, h. e. absque ullo Homagio, *Mediati* ſunt: ceu quidem illud malè Juris Communis nonnulli dicunt: quòd is, qui bona ſub aliquo habet, Homagium, minimum reale, præſtare debeat. (Roſenthal. *d. Feudis c. VI. Concl. LXXXV. n. 8. ſeqq.*)

8. ſeqq.) Eorum perſona penitùs non obligatur, niſi ad Communia vitæ & humanitatis Officia:* Quales ſunt plurimi *Princi-* 2
pes in Imperio; (qui aliàs quoque, ſi bona quædam ab Epiſcopis, vel à ſe invicem, ſimplici *Feudi* Lege tenent, Feuda non niſi *Civiliter*, nec fortaſſis juratô, recognoſcunt; (*vide* die Stollberg. Deduct. wegen Königſtein / in denen Beylagen *n. 33. & 34.* ubi Dominus Vaſallum ſuum vocat, ſeinen gnädigen Herrn: & cùm Legatus Elect. Saxon. *anno* 1623. Feudum *Bambergenſe* reciperet, hâc formulâ uſus eſt: Er zweifle nicht / Ihre Churfürſtl. Durchl. werden umb deß Herrn Biſchoffs Fürſtl. Gnad: es mit Freundſchafft erkennen / und dem gantzen Capitul und Stifft / gnädigen Willen zu erzeigen geneigt ſein. *conf. &* Vultej. *c. IV. d. Feud. n. 9. 10.*) ceu nec eadem Feuda in perſonâ deſerviunt: *v.* Roſenth. *c. VIII. concl.* IV. *n.*
14. * Sunt deinde Mediati tales, etiam 3
Nobiles aliqui Immediati in Franconia, Alſatia, Suevia, partibusque Rheni ſub ditione Electorum & Principum, concluſa Territoria non habentium: ùt plerumque ſunt ditiones *Eccleſiaſticorum*: Goldaſt. in Polit. Reichs H. *Tit. V. fol. 998. ſeqq.* * De 4
quibus locum Machiavelli, *nel Liur. del*

Prencipe c. XI. huc quadantenus facientem, inſeramus, quando: *Coſtoro ſoli*, ait, *(i Prencipi Eccleſiaſtici,) hanno Stato, & non lo difendono, hanno ſudditi & non gli governano: Et gli Stati, per eſſer indifeſi, non ſono loro tolti, & li ſudditi per non eſſere governati, non ſe ne curano ne penſano ne poſſono alienarſi da loro.* Utut hæc magis Epiſcopis
5 exteris congruant. * Opponuntur ejuſmodi Nobilibus Immediatis *in* Inſtr. Pac. *Art. V.* §. 27. illi, *qui ratione bonorum & reſpectu Territorii vel domicilii aliis Statibus ſubjecti*
6 *reperiuntur.* * Verùm ea quidem nunc omnia in medio relinquimus, cùm non tantùm hæc Diſceptatio, da ſich nie ein eximirter Stand bey der Exemtion wohlbefunden / (Auth. Comit. Ratisbon. *Diſſ. 8. Cauſ. 3. n. 69.*) delicata & Definitio Landſaſſior. periculi plena ſit; verùm etiam ex tenore inveſtiturarum, ex pactis, (quæ quidem ſtrictè capienda ſunt; Knichen *d. l. Territ. c. 4. n. 33.*) ex conſuetudine item cujuſque loci, & aliis circumſtantiis res maximam partem dijudicanda veniat.
1 §. LVIII. Jam * quantum, ad ipſam Conſtitutionem de Arreſtis attinet, in quam præcipuè inquirimus, planè ad hoc, ut quis ſuper eâ Proceſſus impetret, non intereſſe videtur, an quis Landſaſſius an ſim-

ſimpliciter Forenſis ſeu Mediatus ſit; modò Immediatum illum eſſe conſtet. * Nam 2
Conſtitutio illa generalis eſt, nec diſtinguit unter der Stände Güter und Unterthanen / ja auch nicht unter derſelben Unterthanen Güter / ob Sie in des beklagten Fürſtenthumb gelegen oder nicht? * Ita vi- 3
delicet oportebat in Conſtitutione, quâ das Fauſtrecht penitùs extirpari debebat. * 4
Facit huc generalitas Ordin. Cam. *P.* II. *Tit.* XXII. ibi: *Sepoſitis quibuscunque exceptionibus:* & imò ipſa verba R.A. 1570. §. Wann auch. ibi: Da einer dem Reich ohne Mittel unterworffen / durch ſich ſelbſt oder die Seine / einem andern dem Reich gleicher geſtalt ohne Mittel unterworffen / deſſen Güter und Unterthanen / oder deren Güter arreſtiren würde. * Ut adeò ſi uterque 5
immediatus ſit, Conſtitutio, nullâ bonorum diſtinctione habitâ, obtineat: illudque in Pignorationibus quoque obſervandum ſit. * Eſt nim. planè *perſonalis* illa Conſti- 6
tutio, cùm de facto perſonarum Arreſtantium, Pignoratiumve agatur, utcunque illud circà bona ſe exſerat. * Et nonne quàm 7
plurimi Immediatorum, veluti cumprimis ſunt Eccleſiaſtici & Nobiles immediati, ſalute earum Conſtitutionum privaren-

rentur, quippe quòd hi tales maximam proventuum ſuorum & bonorum partem ſub aliorum territoriis habeant.

1 §. LIX. Quanquam verò * Reviſores, cùm *Comes Ortenburgicus* contrà Bayern Mandatum *ad Conſtit. d. Arreſt.* impetrâſſet, illud caſſandum eſſe pronunciaverint; v. Gail *c. VI. d. Arreſt.* (qui unus quoque
2 ex Reviſoribus iſtis tum fuerat.) * Tamen ab eô Reviſorum Pronunciato iterum Reviſio petita, eique ab Aſſeſſoribus Came-
3 ralibus ſtrenuè contradictum eſt. * Neque enim conſiſtere ſibi poſſe videbatur, quòd Domini Reviſores, Arreſtantem ideò licitè proceſſiſſe, aſſererent: quia, ut quis ſuâ Jurisdictione uteretur, nemo prohibe-
4 ri queat; * aut verò, appellare debuiſſe Comitem à Decretis ejuſmodi Executivis, tanquam iniquis, & quibus in propriâ cauſâ judicatum erat, prætenderent: quòdque nunc ſibi imputare debeat, qui in rem
5 jud. ea tranſire paſſus fuiſſet. * Præterquam enim, quòd nemo in propriâ causâ, eâque tantoperè controversâ, quicquam rectè audeat: non debuiſſe appellare videbatur Ortenburgicus à Decreto, quod non à Magiſtratu ſuô emanâſſe ajebat: quomodo enim exequi Magiſtratus in me quid po-

poteſt, quem pro Magiſtratu non agnoſco? * Quid quòd cauſa principalis in viâ celeri 6
Arreſtorum, Pignorationum, tractari non debeat; ſed potiùs *factum* contrà Conſtitt. Imperii eſſe ſatis ſit, adeòque caſſari, & dehinc an jure vel injuriâ factum fuerit? diſceptari conveniat.

§. LX, Equidem * in Conventu De- 1
putatorum *Wormatienſi anno* 1586. in *Gailii* (*v. &* Petr. Weſ *conſ.* XLIX.) Sententiam itum eſt §. In fällen aber. Rec. Dep. Worm. *ibi*: Da eine Perſon dem Reich ohne Mittel unterworffen / und unter eines andern Herrn hergebrachter Landſaſſerey oder Jurisdiction, Zwang und Bann/Güter liegen hätte/ ſollen hinfort/quoad illa bona, keine Mandata erkennt werden. * Sed 2
Receſſus ille, ob contradictionem nonnullorum Statuum, in hoc noſtro & aliis quibusdam Capp, publicatus non fuit, uti nec is inter Receſſus Imperii reperitur; ſed tantùm Capita ejus, contradictione non impugnata, Receſſui *d. ann.* 1594. §. Weiter und als wir. 49. *ſeqq.* inſerta ſunt. *Neque etiam in Conventu Deputatorum 3
ad 13. Jul. ejusd. anni Spiræ inſtituto, quò tunc remiſſa erat, nec in Deputatione *d. anno* 1600. (*v.* Rec. Dep. §. 153.) *Landſaſſiatus*

ſtatus illa definitio ad liquidum deduci potuit.
4 * Nonnulli in eâ fuêre ſententia, ut illis, quos ſimpliciter *Mediatos* appellavimus, Mandata decerni voluerint; ſed non item *Landſaſſiis*: maximè ſi eos tales eſſe conſtaret, nec illi conditionem & præſtationes Landſaſſiorum diffiterentur.
5 * Nam ita tunc demum Cameræ Jurisdictio fundata eſſe videbatur, ſi quando Arreſtum vel Pignoratio jus quoddam aliud, quàm Landſaſſiatum concerneret; etiam ſi bona, in quibus jus illud prætenderet pignorans, Landſaſſen Güter eſſent.
6 * Adeò ut ſi in hujusmodi bonis pignorans Jus venandi prætenderet, Proceſsûs decerni deberent.
7 * Alii verò ne prioribus quidem, ſeu *Mediatis*, ratione bonorum Mediatorum, ſubveniendum eſſe putârunt; cumprimis in illo caſu, ſi quando jus Arreſtandi vel Pignorandi ex poſſeſſione diutinâ, ex uſu, aliâve ratione, adverſus unum vel alterum introductum eſſet: de quo minùs dubii, quàm de Regula, moveri poterat.
8 * Quæ dum hactenùs in ſuſpenſo ſunt, *Camera Spirenſis* indiſtinctè ſive Landſaſſii ſive Mediati ſint, *Perſonarum Immedietatem* attendit; (*v.* Gylmann. *Præjud. Voc. Exceptiones.* §. *Exceptio ſubjectionis, & Voc. Pignor.* §. *Sciendum.*

dum Meichſner. *Tom. I. Deciſ. 32.* & Frider. Mindan. *Lib. 1. d. Proc. c. XXXIV. n. 12.* * Adeò 8
ut ne quidem diſcrimen attendat, an bona mediata an immediata cauſam contentioni præbuerint. Nam ea diſtinctio per præjudicium illud, quod Notator *ad* Roding. *Lib. 1. Tit. XI.* §. *33. lit. k.* habet, non firmatur. * Atque hæc *Obſervantia* illis, quæ 9
antè diximus, aptè congruit: ſiquidem, dum Perſona Immediata, (ſive Punctum Paritionis, ſive Citationis conſideres,) Judicem Ordinarium reſpicere non voluerit, Pax Publica aliâ ratione conſervari non poſſit: ipſique Judici Cameræ, ut ſubinde bonorum Qualitatem in quôvis Mandato indaget, perquam difficile; atque ſimul, ob perpetuam vim adhibentium contradictionem, Mandata ejuſmodi inania futura ſint. * Ex quibus tandem patet, ſuum 10
Conſtitutionibus de *Arreſtis* & *Pignorationibus* vigorem inconcuſſum fore, licèt odioſa illa de Landſaſſiatu disquiſitio, finem ſuum nunquam ſortiatur. * Sed ad reliqua Appellationis Extrajud. Affinia procedamus.

§. LXI. Nam eò * quoque (25) alia Remedia, *ex Conſtitt. Publicis* petita pertinent: veluti ſi quis mihi, licèt inferiori, juris- 1
dictio-

dictionem violet. Ita enim is ex Conſtit. quoque PACIS PUBLICÆ conveniri, & ſic gravamen extrajudiciale reparari
2 poteſt. * Pari ratione ex Conſtit. *DE POSSESSIONE LITIGIOSA* ſupplicatur, & communiter quidem pro ſolâ Citatione: quia Sequeſtratio, inhibitio & ſimilia Mandata pœnalia, niſi graves cauſæ concurrant, aut ſtatim documenta pro ſuâ poſſeſſione ſupplicantes afferant, vel armorum metus adſit, (Dn. Juſtus Sinolt d. Schütz, *Vol. II. Diſp. V. th. XII. lit. g.* & Dn. Mevius, *Part. I. Deciſ. CXXXIX.* absque ſummariâ cauſæ co-
3 gnitione non decernuntur. * Imò *Inhibitoriales* ejusmodi non ſemper attendendæ ſunt, cùm & ab ipſis turbantibus impetrari ſoleant; Poſthius *Obſ. 1. n. 14.* maximè ſi pu-
4 blici motus inde non timeantur: * Potiùs Invaſoribus auxiliô amicorum obviam procedi poteſt, idque poſt plures etiam annos: cùm & ſic ille, qui priùs non potuit, *in continenti* ſe defendere dicatur. Gailius *l. d. Pac. Publ. c. XVI. n. 11. ſeqq.* Gylman. *Tom. IV. Symphor. Part. I. vot. XIV.* Atque nemo dubitet, quin *continuata* violentiæ, ſi judicis auxilio frui non liceat, *quandocunque*, armis etiam, juſtè reſiſti poſſit.

1 §. LXIII. Nam hæc * quoque RESISTEN-

STENTIA (26.) peculiare conficit Remedium, quod velut per ſe, cumprimis ubi *Magiſtratui* obluctamur, periculoſum, & facilè damnandum; ita tamen nonnunquam *unicè ſalutare & neceſſarium* eſt. *Id 2
quod in *poſſeſſione* rerum noſtrarum tuendâ præ cæteris conſpicitur: Siquidem is, qui poſſeſſionem ſuam ab alio occupatam ſcit, & in continenti illam non recuperat, eandem amittit; Gylmann. *I.Dec.13. n. 46.*
*Adeò ut ne quidem referat, quâcunque 3
ratione alter nos dejecerit, vel etiam à jure quodam actuve nos prohibuerit: cùm & extrajudicialis prohibitio poſſeſſionem nobis intervertat, atque ad inchoandam præſcriptionem faciat. Balbus *d.Præſcript. Part.pr. Qu.V. n.3.* Rol.à Vall. *Vol.*II.*Conſ.*
XXII. *n. 23.* *Sicuti per ſimplicem *contra-* 4
dictionem extrajudicialem, ſi quis, nobis excluſis, in poſſeſſione rei vel juris verſetur, nil efficimus; ſed vel pro defenſione poſſeſſionis noſtræ per vim *reſiſtendum*, vel, quod ferè magis præjudicat, intrà legitimum tempus, coram Magiſtratu ea de re agendum, & ſi tantùm præſcriptionem interrumpere velimus, *ſolenniter* coram eôdem *contradicendum* eſt. *v.* Dan. Moller.
II. *Semeſtr. XI.* * *Magiſtratui* intermedio 5

qui-

quibus caſibus privati *reſiſtere* jure poſſint,
6 ſuperiùs expoſuimus: * An autem, & quibus caſibus, item in quem modum & quousque *Regibus* & *Supremis Poteſtatibus* fas ſit reſiſtere? plures diversò geniò diſceptarunt: vide *inter alios* H. Grot. *Lib. 1. c. IV.* §. 8. Jo. Frid. Hornium *in Polit. Archit. int. Cap. d. Offic. Subd.* Arniſ. *d. Authorit. Princip. ſemper inviolab.* Pufendorff. *in Lib. II. Elem. Jurispr. c. ult.* §. 21. *& quæ nos in* Comment. Jur. Publ. MSC. *ad Art. d. Depoſit. Imperat.*
7 *docuimus.* * Conf. etiam Sleidan. *d. Statu Relig. p. 542.* ubi Proteſtantium Reſponſ. quoad *Bellum Smalcald.* exhibet; *item in Hiſtor. p. 735.* ubi Literas Elector. Sax. Maurit. & Alberti Brandenb. habet, *junct.* Hortleд. *Lib. II. p. 805. ſeqq.*

1 §. LXIII. Spectant etiam * (27) ad Remedia Extrajudicialia ſuô modô REPRESSALIÆ, de quibus poſt vett. Laudenſ. J. J. à Canibus, &c. inter alios *Peſch-*
2 *witz* adeundus eſt. * Tantùm hoc notamus, quòd *arg.* Inſtr. Pac. *Art. XVII.* §. *Pax verò, &* §. *Et nulli.* Imperator regulariter contrà Statùs Imperii Repreſſalias conce-
3 dere non poſſit; * Contrà Extraneos verò ritè decernantur, quando juſtitia cauſæ pro impetrante militat; de quo conceſſu-
rus

rus ſummariê cognoſcit. * Sic enim ſi ju- 4
ſtitiam Exteri Magiſtratûs quis fruſtrà ſe
implorâſſe oſtendat, publicâ ſui Magiſtra-
tûs authoritate ſubnixus juſtè eô Reme-
diô utitur. * Imò etiam *in Saxon. Infe-* 5
rioris Oppidis plerisque Repreſſalias invi-
cem receptas eſſe, notat Rennem. *Diſp.*
LXII. *th. 23. part. ult. Jurispr. Rom. Germ.* * 6
Accedit ad eas propè (28.) RETORSIO,
quæ non tantùm adverſus injurias, ſed &
tunc locum habet, quando civem alterius
loci eôdem jure ap. nos (in Succeſſionibus
v. gr.) uti volumus, quô & Noſtrates co-
ërcentur, ſi in iſtô locô cuidam ſucceſſuri
ſint. * *V.* de priori ſpecie, pro juſtitiâ ejus, 7
Dn. Struv. *d. Vindict. Privat. th. 44. ſeqq.*
(*adv.* tradita Rennemanni, *int. Tract. &*
tot. Diſp. XLVI. *Part.* III. *&* Ummii *in Co-*
roll. 4. Diſp. IV. *ad Proceſſ.*) poſt multos alios,
quos ipſe adducit Rennemann. *item* Rich-
ter. *Deciſ.* XCII. Carpz. *P.* II. *Prax. Crim.*
Qu. XCVII. Dn. Tabor. *Armament. Art. d.*
legit. arm. uſu. cap. II. *th. 7. p. 174.* ubi *Artic.*
CIV. P. H. O. exponit: *addit. Art. d. Adme-*
nat. c. 2. th. 2. ſeqq. p. 216. item Dn. Mevium
V. Deciſ. CCCXXXIX. ubi Officium Judicis
inſtruit, circâ Retorſiones injur. ad Judi-
cium delatum. * De *poſteriori* Retorſionis 8

ſpecie quam legitimam eſſe omnes agnoſcunt; (ſolùm quòd non admittant nonnulli, jus commune à Magiſtratu loci, ubi Jus Statutarium peculiare viget, contrà eos reſtringi, qui ibi degunt, ubi Jus commune ſervatur: ùt ſunt H. Piſtor. *Obſ. XLII.* Pingitzer. *Qu. XXXIII.*) Conſule Dn. Struv. *d. Tract. th. 75. ſeqq.* Carpz. *VI. Reſp. Tit. IV. Reſp. XXXVII. & P. 3. Conſt. Ult. ac ibid.* Berlichium, Coler. *Dec. LV.* & Thoming. *Dec.* XXVI;

1 §. LXIV. Eſt * & (29) APPELLATIO AB ABUSU: de quâ P. Gregor.
2 Tholoſ. *Lib. IV. c. 6.* * Hæc à judicio certis cauſis dicatô, ſi illud jurisdictione abutatur, inſtitui poteſt; veluti ſi Magiſtratus Militaris Clericorum cauſas attrectaverit: & viciſſim Conſiſtorium ad ſeculares cau-
3 ſas manum extenderit: * Etiamſi unum alterumve judicium taliter poteſtate ſuâ abutens, *inappellabile* fuerit: uti illa plerumque
4 eſſe ſolent, quæ certis cauſis dicata ſunt: * Quanquam in cauſis v. gr. matrimonialibus, quæ in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis tractantur, ad Principem appellare inter nos
5 omninò liceat. Carpzov. *3. Dec.* CCXL. * Solet etiam in Camerâ Mandatum ſinè cl. decerni, ſi in cauſis Civilibus *Officiales* Archi-

chi-Epiſcopi vel Epiſcopi præter morem receptum ſe competentem pronunciet.* 6
Nam aliàs nonnulli Officiales *ab Antiquo* in cauſis ſecularibus ſe intromiſerunt; quâ ratione ſi in illis pronuncient, ad Cameram, non verò ad Pontificem, appellatur; 7
Gylmann. *Præjud. pag. 32.* * Etiamſi Princeps v. c. Archi-Epiſcopus Privilegium de non appellando haberet, cauſa autem non excederet ſummam appellabilem, & Privilegium loqueretur von Weltlichen wolbeſetzten Hofgerichten. * Sic ab Officiali 8
Monaſterienſi ad Officialem *Colonienſem*, in Weltlichen Sachen appellari poteſt. Da aber ſolche Appellationen à Monaſterienſi zuvor oder à Colonienſi hernacher ad Curiam Rom. aut Nuncios Apoſtolicos von denen Partheyen gezogen würden/ tunc illud quibuscunque Remediis per Cameram annullari & revocari ſolet. * Eſt 9
autem liberum quoque Parti an immediatè ab Officiali Monaſterienſi ad Cameram ſimpliciter, vel etiam ſub electione alternativâ appellare velit. ix. Gem. C. Beſcheid. *d. ann. 1603.* * In *Galliâ* ſanè Provi- 10
ſiones, Diſpenſationes, & alia Papæ Privilegia, adverſus Jura Eccleſiæ Gallicanæ tributa, (quò & *Concordata* inter Franciſ-

ſcum I. & Leonem X. inita pertinent: Limnæus *Lib. 3. Notit. R. Franc. c. 3. Lit. L.*) & adverſus Sanctiones ejus Pragmaticas, per viam Appellationum tanquam *ab Abuſu* ad jus commune reducuntur. *v.* Guid. Papæ *qu.* XVII. *ſeqq.* Papon. *Lib.* XIX. *Tit. 2. art. 3.* & Hoornbekium *ad Bullam Innocentii X. pag. 220. atque præ cæteris* Carolum Fevretum *au Traité de l'Abus & du vray ſubject des appellations qualifiées de ce nom*
10 *d'Abus. in fol. 2. Voll. Lugduni. edito.* * Eſt quoque tum perutilis hæc ab Abuſu Appellatio, quando *Officialis* (ein Beambter/) poteſtatem ſuam, etiamſi eâdem abutendi animum non habuerit, egredi videatur: v. c. mit Verbott anlegen/ hoher Geldſtraf anzuſetzen/ einen oder andern Niederbeamb=
11 ten zubeſtraffen / ꝛc. * Interim cùm per Appellationem hanc ab Abuſu, juriſdictionis authoritas in dubium & mutuam contentionem vocetur; hinc prorſus odioſa eſt, & ſi fruſtranea fuerit, meritò coërcetur.

1 §. LXV. (30.) * AVOCATIO Cauſarum, de quâ ſuperiùs (*c. 3. P. 3. §. 2. p. 280.*) aliqua dixi, non immeritò locum ſibi inter Affinia vindicat: nam & illa adverſus Iniquitatem, & illicitos Judicum auſus compara-

parata éſt. * Eam unus quoque Litigantium, Parte adversâ inſciâ, per ſupplicam impetrare poteſt: utut ad vim *Attentatorum* utriuſque ſcientia, factam avocationem eſſe, non ſufficiat; verùm exhibitio Avocationis prætoria deſideretur. * Quomodo autem *Camera* ſe ergà *Cæſarem* gerat, quando is ſtatum cauſæ inibi pendentis ſcire deſiderat: & quomodo ſi cauſam planè avocet, *v. ap.* Roding. *Lib. I. Tit. 3. p. 14. ſeq.* * Ubi tamen quando *pag. 16. ex arg.* Art. *XXXIV.* Capit. Leopold. colligitur, quòd Cæſari avocatio non niſi cum Statibus permiſſa ſit: neſcio, an illud exinde colligi poſſit: cùm inibi potiùs Imperatori in cauſis *Telôniorum* abſoluta avocandi poteſtas tribuatur. In reliquis autem cauſis, ſi avocatio facienda eſſet, ſolus omninò Cæſar, cujus eſt quoque Cameralis Juriſdictio, eam faceret: Interim Avocatione ſe abſtenturum eſſe. Ipſe *in* Artic. XLII. *d.* Capit. pollicitus eſt.

2
3
4

§. LXVI. Denique (31.) eſt Remedium SYNDICATUS: quod, etiamſi non eſſet appellatum, adverſus judicem, intendi poteſt: quippe quòd ſi eò modò de iniquitate ſententiæ non quoad Partem, quæratur; tamen *quoad judicem* de eâ agere liceat. * Sed hoc Syndicatûs Remedium

1
2

nunquam ſuſpendit ſententiam: quia in eo non de ſententiâ reſcindendâ; ſed de coërcendâ malitiâ judicis agitur. * Et mendoſus ergò eſt Benderus *Concl. xx. de Reviſ. n.33.* cùm ex *arg.* Tit. LIII O. Cam. *P.* III. §. *ult.* quem citat, plus non colligatur, quàm paritas Proceſsûs in Syndicatu cum Proceſſu Reviſoriô. (*vid.* Matth. Stephan. *d. Juriſd. Lib. 2. P. 1. c. 3. Membr. 1. n. 26. & ſeqq.*) * Ut adeò non fortior textus ille, aut in *C.* der C. G. O. *P. 3. Tit.* LIII. §. *fin.* apparere debuerit Notatori *ad* Rodingium *Lib. 3. Tit.* LXII. *d. Syndicatu pag. 1018.* quàm ratio antedicta, & altera illa, quam ipſe, licèt (cùm non ſententiam, ſed perſonam reſpiciat,) non æquè concludentem, adducit: quòd in Syndicatu de dolô; in Reviſione tantùm de culpâ Referentis agatur: ad hoc, ut Syndicatum Reviſioni, in ſuſpenſione Executionis, planè æquiparârit: maximè quòd tantùm & unicè Reviſionis in R. A. *d. an.* 1654. mentio fiat: * A quâ tamen aliàs quoque Syndicatus differt, quòd ad hunc tum adhuc confugere poſſimus, quando fatalia Reviſionis jam elapſa, vel in ſolennibus ejus quid neglectum fuerit: Neque enim in Remedio Syndicatûs ſimiles, ac in Reviſorio, Solennitates requi-

quiruntur ; illudque intrà 30. etiam Annos inſtitùi poteſt. * Quamvis autem Syndicatûs Remedium poſt vulneratam cauſam *difficile* ſit, (*v.* Dn. Strauch. *in Diſſert. Exot. d. Recuſ. Judic. Cam. th.* 15 *in fin. & th.* 17.) atque in *Italiâ* judices, niſi de dolô & *Barattaria*, (h. e. ſi non niſi pro pecuniâ juſtitiam fecerint: Speidelius *in Notabilibus, de Xeniis v.* Dn. Taborem *d. Crim. Repetund. th.* 52. 53. & *d. Suffragio p.* 188. 190.) non ſyndicentur, *v.* Clarum *V. recept. ſentent. qu.* LXXIII. Neque etiam in *Galliâ* Rebuff. *d. Appellat. præfat. n.* 24. *Tom.* 3. Autumn. *ad l.* 15. *d. Judic.* aut *Belgio:* Chriſtinæus IV. *Deciſ.* XCV. *n.* 4. *conf. præprimis* Paridem de Puteo *in Tr. d. Syndic.* * Prout quidem, etiamſi conſuetudo obtineret, ut judices Syndicatui non ſubſint; tamen ob dolum latamve culpam conveniri poſſe deberent. Bald. Angel. & Dd. *in l. ſi ſervus. d. Legat.* 1. Felinus *in c. ſi diligent. n.* 25. *d. foro compet.* * Tamen quòd in Germaniâ, ſi modò potentia judicis non officiat, ipsô jure adhuc dum, & vel in *Aulici judicii* Aſſeſſoribus, ubi Reviſio non obtinet, (*conf.* vernewerte Reichs H. Ordn. *Ferd.* III. *Tit. V.* §. Dafern ſich nun. *junct. artic.* XLII. Capitulat. *modern. invictiſſ. Imperat.* DN. Leo-

6

7

8

poldi, & *Artic.* XLI. ubi ideò, quòd pauperes faciliùs corrumpantur, nec ità de *Syndicatu* conveniri poſſint, ùt *in* Commentat. *ibid.* notavimus, die Reichsbegüterung der Reichs Hof Rähte / hactenus tamen minùs obſervata, requiritur:) etiam quoad imperitiam, *culpamve* aliam, inſtitui poſſit,
9 dubium non eſt. * Potiùs *Jure Communi*, juxta quòd Magiſtratus de Syndicatu convictus, à Superiori *puniri* queat; *vide* Marquard. Freher. *L. 3. d. Fama. c XIV.* (veluti Camerales à Majeſtate Cæſareâ; quamvis ſolùm ex *dolô*, cùm de culpâ in *Reviſorio* experiri liceat, & in Aſſeſſoribus culpa ſive *imperitia* non adeo præſumatur, vi *Reſervati* Cæſarei: C. G. O. *P. 3. Tit. 53.* §. Ob ſich aber, & §. Und ob ſich ſolche Nichtigkeit. Paurmeiſter. *Lib. 2. d. Jurisd. c. 4. n. 121. pag. 590.*) ad *totum Intereſſe* Parti tenetur, atque hoc, quoties factum illius jus Partis abſorbet. *l. 19. C. d. Teſtibus.* Paris *d.* Puteo *Verb. Negligentia. Verſ. contrà Magiſtratum. n. 5.* Rumelin. *P. 2. ad Aur. Bull. Diſp. 2. th. 32. junct.* Amodeo Juſtino & Auguſtino Dulceto, *item* Cataldino de Boncompagnis de Viſſo, Joſepho Cumia *Tr. Tr. d. Syndicatu.*
10 * Quid enim v. c. ſi petenti, cùm ejus tantoperè intereſſe poterat, *Arreſtum* judex

malè

malè denegâſſet? *v.* Carpz. *Part. I. Conſt.* XXIX. *def. XXIV.* Eum profectô juvare non poterit, ſi injuriarum ſe actionem metuiſſe prætendat. * Nonne enim cautionem, 11
de indemni ſervando Tribunali, exigere, aut priùs verificari debitum & inopiam debitoris, curare poterat? Colerus *P. 1. d. Proc. Execut. c. 2. n. 116.* * Præſtabit autem 12
mulctam Judex non ex judicii emolumentis, ſed *ex ſuo*, cùm ùt privatus teneatur. *arg. l. un. §. 2. ſi quis jus dic. non obt. l. 4. & 6. ff. de Magiſtrat. conven. l. 3. C. eod.* Schurff. *Cent. 1. Conſ. XL.*

§. LXVII. Quid tamen ſi * *juſtum* fuerit 1
Decretum judicis, aſt *ſordibus* evocatum? Etiam hoc ipsô jure nullum eſſe tradit Vaſquius *Lib. V. Controv. c.* XXXVII. *n. 4.* *junge* Montaltium *in Lit. Provincial.* VIII. * 2
Interim ob *dolum*, quia ejus imputatio periculi plena eſt; (utcunque, quomodo dolus ille judicis probari poſſit, eleganter oſtendat Contardus *ad l. un. C. ſi de moment. poſſ. app. Limit. X. n. 8. ſeqq. & Limit. XI.*) ut quis in Camerâ condemnatus fuerit, exemplum contigiſſe non legitur: adeoque ut *Reviſio* petatur, conſultius eſt. *v. O. C. P. 3. Tit. 53.* ut ex illâ, an Aſſeſſores in dolô fuerint, nec ne, pateſcere; & tunc adhuc de Syndicatu

3 ſecuriùs agi poſſit. * Quòd ſi verò pars vel expreſsè vel tacitè *Appellationi renunciaverit*, puta non appellando vel appellationem deſerendô: an & tum de Syndicatu adhuc experiri poſſit? quæritur. Affirmat Contardus *Limit.* XI. *d. l. un. n.2.* & Recentiorum aliqui tunc de Syndicatu agi poſſe tradunt, ſi Pars læſa vel appellare noluerit, vel ob paupertatem non potuerit. *arg. l. 8. §. 8. ff. d. Mandat. & l. 2. §. 1. ff. d. Cuſtod. &*
4 *Exhib. reor.* * Ex quo ſequeretur, ſi Appellatio inſtituta fuiſſet, Syndicatui locum non fore: idemque de Reviſione inſtitutâ
5 non diſſimili ratione aſſerendum eſſe. * Utcunque tamen de Reviſione, ſaltim ex O. Cam., ſe res habeat, *d. Tit.* LIII. § 10. ubi Concurſus electivus eſſe videtur: (& imò ſi per Reviſionem de facto judicis diſquiſitum non ſit, ſucceſſivus etiam eſt; ut poſt inſtitutam Reviſionem, quæ tantùm culpam attingere poteſt, ſi in eâ de dolô fortaſſis appareret, commodiùs; aut ſi non appareret, nihilominùs adhuc per Syndicatum de dolo; cùm ille in Cam. Imp. ad culpam non porrigatur, *d. T. 53. §.* Wo aber
6 einige Parthey. conqueri liceat.) * Tamen neque *communi* etiam *Jure* Appellatio aut Reviſio Syndicatum excludit: cùm quidem

dem ad diverſa tendant. * *Legis* autem 8. §. 7
8. *ff. Mandati*, quippe in quâ fidejuſſores ad
appellandum tenentur, non etiam princi-
palis, (cui, quòd de Syndicatu etiam judi-
cem convenire queat, ſufficit,) peculiaris
eſt ratio: imò neque ex illa; neque multò
minùs *ex l. 2. §. 1. d. cuſtod. & exhib. reor.*
quicquam pro adversâ ſententiâ ſequitur.

§. LXVIII. Interim * faciliùs Remedi- 1
um illud contrà *inferiora judicia* inſtitui-
tur: ipſaque *Camera*, ſi *dolum* Judicis infe-
rioris deprehendat, eum ex Syndicatu;
ſi *culpam* vel *imperitiam*, ad pœnam arbi-
trariam, etiam *ex officio*, condemnare ſolet.
R. A. *d. ann. 1654.* §. Wann ſich auch. 109.
* Ceu quidem 28. *Aug. 1656. in c. D. contrà* 2
P. Senatus Civitatis cujusdam Imperialis
Appellanti in ſubſidium condemnatus
fuit: * Et *in c.* H. *contr.* H. 7. *Jun.* 1659. cùm 3
Judicium quoddam Aulicum Elect. Prin-
cipis, *Mennoniſtæ* gratificatum, loco Jura-
menti calumn. ipſi delati, eum ad enun-
ciationem veritatis ſimplicem admiſiſſet,
Eadem Camera Spirenſis, causâ eò delatâ
h. cl. Decreto addidit: Und ſollen die Acta
dem Käyſerl. Fiſcal, ſich ſeines Ambts zu-
gebrauchen/ zugeſtellt werden. * Utique *Pars*, 4
ſi expreſsâ pactione, vel pecuniâ interve-
nien-

niente, Judicem *corrupiſſet*, actionem, licèt per ſe juſtam, amitteret. *l. 1. C. d. pœna judic. Vide tamen Nov. CXXIV. c. 1. ubi d. Pœ-*
5 *nitent. Partis diſponitur.* * Quòd ſi non de dolô Judicis Pars conqueratur; ſed de *dolo Teſtis* vel *alterius*, per quem factum ſit, ut iniquè proceſſum fuerit: ità verò pro caſuum diverſitate Sententia, vel per viam *Nullitatis, arg. l. 2. & t. t. C. ſi ex falſ. Inſtr.* vel Reſtitutionis in integrum, *per l. 33. ff. d. Re jud.* retractanda foret.

1 §. LXIX. Tremendus * & maximè horribilis eſt Syndicatus, quem Judices coram *Tribunali Divino* ſubeunt, ſi quando AD VALLEM JOSAPHAT evocantur:
2 * cujus Provocationis plurima Exempla,
3 memorabili eventu notata, paſſim extant. * Velut autem, quos graphicè Eccleſiaſt. *in C. IV. verſ. 1.* deſcribit, iniquè oppreſſorum, in eâ Valle Joſaphat, (Joël. 3.) oder deß Herrn Gericht / (ſic enim vocem *Joſaphat* appellativè, ſecùs atque Adrichomius, *Dn. D.* Dannhauer im Evangeliſchen Denckmahl *Dominic. 26. poſt Trinit. ad Matth. c. 25. p. 879. ſeq.* expoſuit:) unicum idemque fortiſſimum eſt ſolatium; & vel tacitis eò
3 ſuſpiriis provocâſſe Tutela eſt. * Ita Provocationem ad Tribunal DEI *in externô*

Forô

Foro, ut indiſtinctè admittamus; non ſufficit, quòd ad DEUM, tanquam Judicem ſupremum, ex juſtâ fortaſſis ſeu opinabili causâ, & in emendationem vel cohibitionem peccantis illa fieri prætendatur: (*v.* Hermes. *c. xi. Iur. Publ. n.162. &* Rumelin. *Part.* II. *ad Aur. Bull. Diſp.2. Cor.2.*) * Niſi ve- 5
rò nullum aliud in his terris ſuperſit Remedium, atque in ſummo vitæ vel rei inæſtimabilis periculo, per ſententiam Capitalem. v. gr. conſtitutus, de innocentiâ ſuâ quis certus ſit. * Secus enim, & ſi hæc ita 6
junctim non reperiantur, provocans ejuſmodi tanquam temerarius acerbè puniendus eſt. *D.* Richter. *in Regul. Iur. c. 2. n. 20. p.21. ſeq.* * Velut autem *hoc ſolium reos inno-* 7
centes vel dubios (ſi reverà inſontes ſunt,) *exaudit; ita Iudices, ſi juſtè judicaverint, idem non minùs tuetur:* ùt rectè Cornelius à Lapide *in Ierem. c.* XVII. *verſ. 12. p.* 673. *a.*

§. LXX. Sed * ad Terrena deſcenda- 1
mus, & unicum adhuc Syndicatui noſtræque Appellationi affine præbeamus Remedium, (32.) ACTIONEM INJURIARUM, ſi quam in Partem judex injuriam admiſerit. Gailius *2. Obſ. cx. n. 40.* * A 2
quâ tamen injuriarum actione tunc ſecurus eſt Magiſtratus, quando *ex Conſilio Iuris-*

jurisperitorum agit; modò in poſtulatione Informatorii nil omiſerit; quod injuſtitiæ cauſam dediſſe queat. Dn. Mevius *P. 2.*
3 *Deciſ. CIV.* * Item ſi *ad juſſum* & Mandatum *Principis* quid egerit. Unde ſi Reſcriptum aut Mandatum Principis exhibeat, vel aliunde ſibi quid commiſſum probet, litem conteſtari non adſtringitur: cùm nec animum lædendi eum habuiſſe exinde cognoſci queat: & aliàs quoque Mandatum Principis inter *caſus* cenſeatur *fortuitos*. Sebaſt. Medices *Tr. d. Caſ. fortuit.*
4 *Q. XIII. n. 6. v. l. 11. ff. d. Evictíon.* * Similiter injuriarum actione Magiſtratus non tenebitur, nec pari ratione privatus, ad cujus inſtantiam quis *carceri* incluſus eſt, (qui aliàs h. c., & non Magiſtratus, conveniri deberet, quando *indiciis validis* præcedentibus facta eſſet incarceratio: Carpz.
5 *P. 3. Qu. Crim. CXI. n. 76. 77.* * Cùm tamen aliàs in caſu incarcerationis injuriarum Remedium, *non obſtante l. Injuriarum. §. is qui jure. & §. quæ jure. ff. d. injur. l. quoad Reipubl. ff. eod.* (ad quas *v.* Farinac. *Pr. Crimin. Lib. 1. Tit. 4. qu. 27. n. 137.*) comparatum ſit. Damhouder. *Prax. rer. Crim. c. 15. n. 8.* Dn. Mevius *Lib. IV. ad Jus Lübec. Tit. XI.*
6 *art. 1. n. 57.* * Et Saxonicô jure peculialiter

30. ſoli-

30. ſolidi ſive 40. Groſſi Miſnenſ. pro injuſtâ carceratione in ſingulos dies exigi poſſint. * Tenetur autem Magiſtratus in- 7
juriarum ei, quem indignè *Arreſto* affecit, quæ quidem actio non in Camera, ſed coràm *Judice* aliô immediatè *competente* inſtituitur; nec per hoc quòd Arreſtatus cautionem jud. ſiſti & judicatum ſolvi præſtiterit, *remiſſa* cenſetur: uti nec remiſſá etiam injuriâ, ratione *impenſarum* & *damnorum*, eidem Parti competens actio, extincta eſt Gailius *c.* XIV. *d. Arreſt.* *Denique 8
injuriarum quoque, item *Legis Aquiliæ* Actio competit *ſubditis*, in quos nimium Domini ſæviunt. Carpzov. *Lib. 1. reſp. Elect. Tit. VI. Reſp. 53. n. 15.* * Et hactenùs ergò 9
affine Appellationis Extrajudicialis Remedium illa conſtituit.

PERORATIO.

PLus ſatis de Affinibus. Uberiori commentatione ea non indigent: cùm & ſuprà per univerſam Tractationem illud ſtudiosè egerimus, ne extrà limites propoſiti Themati, quod multis accidere ſolet, abriperemur; aut etiam, ne repetitis vicibus, vel περιθυσέρως collatum quid occurreret; Quanquam omnia effingi & recenſeri

cenſeri ab homine occupato non poſſint: quandoquidem *diſtrictus animus nihil altiùs recipit, ſed omnia velut inculcata reſpuit.* Seneca *de Brevitat. vitæ, c.VI.* Unde ſicubi aberraverim, *doceant me benignè, qui doctiores;* (ex Antonini *dicto, in vitâ Ejus, Lib.X.n.4.*) quidque non animadverterim, tantâ mihi ſuppeditent benevolentiâ, quantô candore, & in rem Literariam ſtudiô, hæc perſcripta ſunt!

Divinæ Majeſtati Laus & Benedictio in Secula.

INDEX
RERUM ET VERBORUM.
A.

A*Bbatum* poteſtas. p.454. n. 10.
Abſolutio ab Excommunic. p. 264. n. 2. p. 265. 6.
an ab ea pars altera appellare poſſit. p. 264. n. 2. 3. & an ipſe petens abſol. â denegatione illius. n. 3.
ab *Abuſu* an appellare poſſint Laici, quibus ab Epiſcopo viſitante quid injungitur. p. 237. n. 13. 14.
ſub *Acad.* viventes, ùt pugiles non gaudent ſtudioſ. p. 475. n. 1. 2.
in *Academ.* quomodo appellandum ad Epiſc. ſive Principem. p. 472. n. 23.
Academ. cc. cauſæ piæ. p. 266. n. 10.
Academ. cc. quomodo ad Eccleſ. redactæ. p. 472. n. 4.
Academica Dignit. Ad eas qui admitti non vult, appellat. p. 222. §. 4. n. 1. pro eis quibusnam honorarium remittatur. p. 222. §. 4. n. 2. 3.
Acceptatio contractûs cum proteſtatione, quit non valeat. p. 784. n. 9.
Acceptatio decreti conditionalis & ipſa conditionalis eſſe cenſetur. p. 764. n. 11.

a *Acci-*

Accifias poſſunt imponere Civit. Imper. p. 520. num. 5.
Acta non præſumuntur, etiamſi id exprimatur in ſententia. p. 649. n. 9.
Acta etiam dari poſſunt in gravam. extrajud. p. 648. n. 4.
Acta Judiciar. p. 175. n. 6. Extrajudiciaria. p. 652. n. 3.
Acta licet coram Notario producta, non inducunt notorium, autem partis citationem ſupplent. p. 175. n. 4. 5.
Acta appellatus Jure Communi producit. p. 659. n. 1. præterquam in grav. extraj. n. 2.
Acta manca ſi Judex edidiſſe arguatur. p. 651. n. 5.
Acta ad coll. Jurid. ſi transmittat Judex, & de Parte, quid ratione injuriarum in ſe mereatur? quærat, non appellari poteſt. p. 290. n. 7.
Acta deperdita quomodo reſarciantur. pag. 650. §. 26.
de *Actis* quidnam eſſe dicatur, p. 648. n. 6.
Actorum Inquiſition. copia reo non eſt deneg. p. 536. n. 7.
Actorum editio quomodo impetretur & fiat. p. 645. §. 24.
ab *Actione* quomodo differat Appell. extrajud. à Parte. 284. §. 6.
Actionis impetratio vetus quomodo diſt. fuerit ab extractione Proceſſuum moderna. p. 287. n. 5
Actionum cumulatio non poteſt fieri in ſec. inſtantia. p. 423. n. 8.
Realis *Actio* coram Auſtregis non neceſſariò inſtituitur. p. 394. n. 10.
Acto-

Actoria interlocutoria. p.38. n. 3.
Actus extraj. nulli etiam poſt decend. corriguntur. p. 508. n. 9.
Nullitatem *Actûs* declarans ſententia appellabilis. p. 186.n. 8.
ab *Actu* ante citat. geſto appellatur. pag. 96. §. 8. num. 1.
ab *Actu* Jurisd. volt. an poſſit appellari. p. 181, n. 3. p. 183. n. 14.
ab *Actibus* præjudicial. appell. p. 72. n. 1.
ab *Actu* etiam tertius appellat. p. 340. n. 6.
Adheſio Appellationis quô usque valeat. p. 316. num. 4.
Adhærendum appellationi intra decendium. p. 595. n. 2.
Admenatio. p. 276. n. 7.
Adminiſtrator loci pii â rationibus injunctis an appellet. p. 503. n. 1.
Advenarium immunitas. p. 295. n. 7.
Rapaces *Advocati*. p. 15. n. 1.
Advocati Eccleſiæ quinam & quibus cauſis præfuerint. p. 248. n. 7. ſeqq.
Ædificium ad æmulationem. p. 500. n. 4.
C. *ædificiorũ* quatenus inappellabilis. p. 500. n. 3.
Ægidiana Conſtitutio. p. 47. n. 8.
Ærariа ſegniter curare Principes. p. 330. n. 7.
Æſtimia quotannis revidenda p. 520. n. 6.
ad *Æſtimationem* citandi quorum intereſt. p. 151. n. 2. quomodo illa fieri debeat. ibid.
Agricultura interdictio. d. 193. n. 4. 5.
Agrimenſura citatâ parte facienda eſt. p. 229. n. 7. ſeq.

Albergaria cuin. in loco communi competat. p. 223. n. 4.
Pactum de non *alienando* etiam poſſeſſionem inficit. p. 72. n. 2 ſeq.
Alienationis prohibitio. p. 298. n. 12.
ab *Alienatione* bonorum provocatur. p. 72. n. 1. ſeqq.
Alienandi facultatem impetraturus quænam judici narrare teneatur. p. 793. 4.
Alimenta act. vel officio Jud. debentur, & quando hæc diſtinctio attendatur. p. 496. n. 5.
in c. *Alimentorum* an appelletur. p. 495. n. 1. 2. & quomodo ab eorum denegatione. pag. 70. §. 5. n 3.
Alimentorum cauſa Appell. non ſuſpendit. pag. 665. n. 2.
Alimentorum præſtatio quando non ſuſpendatur. p. 496. n. 3.
in cc. *Alimentorum* non inhibetur. p. 682. n. 4.
Alimenta pend. lit. adjudicata. p. 496. n 4.
Alimenta futura quænam dicantur. p. 495. n. 2.
Allodialia bona multa in Imperio. p. 436. n. 13.
Allodialia præſumuntur etiam bona, quæ quis cum dignit. regali habet. p. 437. n. 14.
Alluvio Eccleſiaſtica. p. 262. n. 2.
Alternativè ſi quis appellaverit, quando ad electionem unius judicis tenetur. p. 480. n. 3. ſeqq.
Ambitioſum ſtatutum quod ſit. p. 197. n. 11. ſeqq.
Ambtsverhören. Si quid per illas cognoſcatur, nil videtur de jure actum. p. 76. n. 1. p. 77. n. 4.
Ambtsbeſcheide quando non tranſeant in rem jud. p. 77. n. 2. ſeqq. p. 78.

Ana-

Analogia quænam vere ſit. p. 29.n.2. ſeqq.p. 30.
in *Annonariis* ec. an appellatur.p.496.n.7. ſeqq.
Ab *annotat. bonorum* alii permiſſa appelletur. p. 106. n.1. 2.5.
Fürſtl. Anſchlag/ ſ. indictio Principis quænam. 390. 8.
Anſchlag: contra illam remedia.p.522.
Antiqua Juris & Hiſt.ad Forum aptari quatenus debeant. p. 518. n. 9.
Apanagiatus an primogenito ſubſit.p.389. n. 4.
Apocha ſi erronea pronuncietur, appellatur. p. 42. § 5.n.2,
Apoſtoli ubi non frequententur. p.619. n. 5.
Apoſtoli an petendi in App. extraj.pag.618.n.2. ſeqq.
Apoſtoli inſtanter petendi, & cur. p.620.n.8.
Apoſtolos petendi fatale continuum eſt.pag.618. num. 2.
Apoſtolos non petens quibus caſibus extra periculum ſit. p.620.n.6.ſeq.
Apoſtolos quos det Notarius.p.570.n.10.
Apoſtoli etiam dari poſſunt ſimpliciter ad quemcunque Judicem. p.483. n. 14.
Apoſtoli reſtitutorii.p. 623. n. 6.
Apoſtolos etiam & acta à Judice à quo petere poteſt is, qui coram Not.appellavit.p.575.n.7
Apoſtoli Refut. quæ cauſas non habent expreſſas, non attenduntur.p.612.n.5.
Apoſtoli refutatorii in Appellatione ad Papam decerni non ſolent.p.484.n.17.
Apoſtolos refut.ſi decrevit Judex non poteſt procedere.pag.621.n.9.

Apoſtoli refut. quando decernantur. p.620. n. 9. & tum adhuc ſuperior poteſt Appell. recipere,& inhibere.
Apoſtoli Teſtimoniales.p. 618.n.4.

Apparitorri in quibus fides habeatur.p.304 n.7.8
Apparitori injuria illata quomodo coerceatur. 6. 150.n.6.
ab *Apparitoribus* non appellatur.p. 149.1.ſeqq.
Appellatio an juris naturalis.p.15.n. 11 p.17. n. 8. item §. 2. ibid.
Appellatio defenſio civllis.p. 17. §.2. Jus Canon. in *Appellati* valet, ùt quid ſupplet.p.35. n.3.
Appellationum jura conſuetudine creverunt. p. 30. n. 10.ſeqq.
Appellatio in gen. definitur. p. 10.n.5. & §. 51.2. p 11. 4. ſeqq. p.12.n. 10. 11. ſtrictè judicialem notat. p 10. n. 6.
Appellatio quomodo odioſa.p. 765.n. 5. Eſt.Remedium extraord. p.76.n.1. imò Ord.& favorabile.n. 3. pro eâ pronunciandum.p.644.n.2.

Appellatio non eſt actus judiciarius.p. 5.n.4.
Appellatio ante & poſt judicialis.p. 5. n.3.
Appellatio Extrajudic. ſalubre Remed. | Intr. p. 2 n. 6.
Appellatio Extrajudic. variè dicitur.c. 1. S. 1. §. 1. p.5. ſignificatus præcipuus.p.6.n.5. ſeqq.
Appellatio Extrajudic. eſt diſtincta â Jud.ſpecies pag. 10.n.3.
Juſtin.Jure *AppellatioExtrajudic.* quomodo fundetur,

detur, non tantùm in caſibus expreſſis. pag. 31. n. 13. ſeqq. & 32. p. 34.

Appellatio Extrajud. doctrinam variè torquent Canoniſtæ. p. 724. n. 2. 3.

Appellatio Extraj. Defin. p 8 §. 2. & 3. Ejus favor. Introit. p. 1. n. 3. ſeqq.

Appellatio quæ à parte fit, eſt favorabilior eâ, quæ fit à Judice. p. 284. n. 7.

Appellatio Extraj. ad cauſam judic. redacta, p. 14. n. 4. ſeq. an. ſecundæ inſtantiæ ſit. p. 14. n. 5. ſeqq.

Appellatio à Parte eſt Appellatio. p. 9. n. 2. ſeqq. illa accedit ad querelam ſimplicem, & habet locum, ubi judex implorari poteſt. p. 64. n. 1. ſeq. Quomodo differat à Provoc. ſimpl. ſive ab actione. p. 64. n. 1. ſeqq. p. 14. n. 2. ſeq. p. 75. n. 2. p. 284. §. 6.

Appellatio Extrajud. non eſt tam anguſta J. Civ. ut aliqui docent. p. 12. n. 10. 11.

Appellatio Extraj. inſtantia aliquando proceſſu Mandati finienda. p. 150. n 10.

Appellatio ab Interlocut. affinis app. ab extraj. gravam. p. 37. n. 5.

Appellatio Extrajud. cur ſit favorabilior, quàm illa quæ eſt ab Interloc. p. 582. n. 5. ſeqq.

Alicubi omni *Appellat.* defertur. p. 36. n. 8. 9. 10. uti Jur. Sax. à quolibet gravam. appellat. p. 35. n. 5. & quomodo ibid. ab extraj. appellетur; v. p. 36. n. 6. 7.

Appellatio ſæpè in incidentibus admittitur, cùm in principali non obtineat. p. 551. §. 29.

non *Appellabiles* cauſæ arbitrio judicis ferè relinquuntur. p. 292. n. 4.

Appellandum non eſt in c. quæ ne quidem juſtitiæ ſpeciem habet. p. 861. n 8. & n. 1. 2. ſeq. §. 51.

Appellatio ſæpè adhibetur, quia ſuperior tanquam judex gravavit, licèt nulliter. p. 109. n. 17. 18.

Appellatio extrajudicialis non protinus eſt neceſſaria, ubi gravam. eſt extraj. pag. 348. n. 2. p. 504. §. 12.

Appellatio neceſſaria eſt, quando judex legaliter judicavit. p. 158. n. 3. 4.

Appellatio quando tanquam ſuperflua rejiciatur. p. 765. ſeq.

Appellatio Extrajud. non eſt neceſſitatis, ſi quis in eôd. foro gravamen emendari velit. p. 596. n. 4. --- p. 598.

Appellatio non recipitur quando grav. reſcripto emendari poteſt. p. 645. n. 3.

Appellans non contemnit judicem. Intr. pag. 2. num. 1.

Appellans Judicem deſignare non habet neceſſe p. 480. n. 3.

Pœna frivolè *appellantium* ab Interlocut. Romæ. p. 62. n. 7.

Appellantis major in reſtit. quàm ſpoliati eſſe debet favor. p. 699. n. 8.

Appellantem poſſeſſionis ſuæ Tit. non temere oſtendere. p. 726. n. 3.

Appellati quomodo dicantur. p. 355. §. 15.

Appellatus præveniendo, Proceſsûs Appellatorios

rios

rios difficiliores reddit. p 689. n. 9. ſeqq.
Appellatus adhæret appellationi, quod pleniſſimè ſit, ſi intrà decendium adhæreat. p. 316. pag. 317.
Appellatus moram nectentem Appellantem quomodo urgeat. p. 642. n. 9.
Appellatus ſi appellanti minetur, quomodo huic conſulatur. p. 717. n. 7.
Appellatus attentans quando appellationem deſeruiſſe videatur. p. 716. §. 33. n. 3. ſeqq.
Appellatio quando Appellato non communis ſit. p. 773. n. 4.
in *Appellati* gratiam quatenus judex non reformet ſententiam. p. 316. n. 4. & quid ſi generalis fuiſſet appellantis appellatio. 317. n. 6.
Appellatus renunciare puncto Appellationis poteſt. p. 644. n. 15.
ab eôd. ad eund. an *appelletur*, & an *à pari* ad parem? p. 455 n. 25. p. 8. n. 3.
Appellari poteſt ad eund. qui locum & ſtationem mutavit. p. 454. n. 11.
Appellatio ad ſupremum, omiſsô mediô, quando recipiatur. p. 485. n. 1. 2. 3.
Appellatio à pari ad parem remittitur. p. 486. n. 5.
Appellatio remitti debet à Cam. omiſsô mediô facta. p. 486. n. 4.
Appellatio ad Minorem jure nulla eſt. p. 486. n. 5.
Appellari an ab Abbate poſſit ad ſecularem, in caſu correctionis. p. 235. n. 2.
in *Appellatione* â parte ſi ſuperior nolit recipere appell. tranſitur ad proximum p. 446. n. 2. 3.

Appellari etiam ob unam ſententiam ad diverſos Judices poteſt. p. 486. n. 6.

Appellatio generalis p. 356. §. 16.

Appellatio generalis Judicialis nullius eſt momenti; ſecus in extraj. p. 697. n. 3. ſeq.

Appellatio Extrajud. à parte & gravam. futuro quatenus ſit conditionalis. p. 617. §. 12. n. 2.

Appellatio à gravam. futuro, quando reſolvatur. p. 625. n. 4.

Appellatio eventualis an valeat. p. 616. 7.

Appellatio à parte præſentiam partis quomodo requirat. p. 578. n. 11.

Appellatio à parte in præſentia ejus. p. 743. n. 4.

Appellatio inſinuatur extrajudicialiter. p. 6. n. 4. etiam Actuario.

Appellatio quæ facto fit non excluſa cenſetur, appellatione prohibita. pag. 373. n. 3. nec quæ expreſsè à Jure inducta eſt.

Appellationi per factum introd. quatenus Judex terminum præſtituat. p. 627.

Appellatio taci[illegible] quomodo fiat. p. 592. §. 7.

Appellationi quando detuliſſe cenſeatur Judex, etiam tacitè, 571. n. 12. ſeqq.

Appellationi qui defert, in quantum de Jure, an ſimpliciter detuliſſe cenſeatur. p. 571. n. 13. ſeq.

Judex deferens *Appellationi* quantum de jure, videtur ſimpliciter ei detuliſſe. p. 622. n. 4.

Appellatio extraj. etiam ante introductionem viget. p 694. n. 5.

una proſecutio *Appellationis* duplicis quando ſufficiat. p. 221. n. 23.

Appellatio Extrajud. per Proceſs. ſummar. quando terminetur. pag 722. n. 1.
Appellatio efficit, ut correctâ ſententiâ nunquam inferior judicaſſe videatur. p. 757, n. 7.
Appellatio in parte totam cauſam devolvit. p. 764. n. 14.
Appellatio an gravamen poſt eam exortum devolvit. p. 283. n. 7. 8.
Appellationis Extrajudicialis contra factum poſſeſſoris utilitas in quo conſiſtat. p. 726. n. 5.
Appellatio Nullitatem aliquando tollit. pag. 115. n. 2. 3.
Appellatio vi ſuâ ſuſpendit p. 660. n. 1.
Appellatio extraj. ſuſpendit citrà inhibitionem. p. 668. n. 1.
Appellatio ab extraj. gr. à Jud. ùt tali ſuſpendit. p. 678. n. 6. ſeqq.
Appellatio extraj. præterita an ſuſpendat & quatenus. p 662. §. 2.
Appellatio Extraj. quatenus non ſuſpendat præterita. p. 704. n. 3. 5.
Appellatio quæ facto fit, quatenus ſuſpendato. pag. 591.
Appell. generalis ratione gravam. non ſuſpendit. p. 667. n. 3.
Appell. Judic. quando non ſuſpendat. p. 664 §. 3.
Appellatio à futuro grav. ſententiam pòſt ferendam nullam reddit. p. 698. n. 6.
in *Appellat.* à parte an Inhibitio decernatur. p. 687. §. 16.
Appellatio Extraj. quomodo habeat vim Citationis. p. 742. §. 49.

Appellatio extraj. an habeat effectum citationis. 480.n.4.

Appellatio aliquando habetur pro Libello. pag. 749.n.1.ſeqq.

Appellatio Extraj. tertium poſſeſſorem in m. f. conſtituit. p.726.] n. 6.

Cl. *Appell. rem.* non infert abſolutum ſtatuendi arbitrium.p.374. n.5.

eum cl. *Appell. rem* illi non poſſunt committere, qui habent Privileg. de non appell. p. 374. num. 5.

Appellatio Statutô inhiberi non poteſt. p.377.n.3. ſed tantum limitari.

Appell. non admittitur, quando per eam res non eſt in tuto.p. 121. n.7.p. 535. n. 4.

Appellationem rejicere Superior non debet, niſi citat. partibus. p.152. §. 33.n.1.

Appell. rejiciens Decretum appellab.p.54. n. 4. p. 573. n.8. à rejecta, etiamſi cum c.cogn.

Appell. ab Interloc. appellatur p.45.n.17. ſeqq.

ab *Appell.* ab Interlocut. rejectione appellatur. p.622.n.1.2.

ab *Appellationis* rejectione à definit. non neceſſariô appellandum eſt.p.584.n.10. p. 54. n.5. ſeq.

Appellatio Judicialis quænam frivola dicatur. p. 292. 2.

Appellatio frivola non punitur, ſi eam non proſequamur.p. 624.§.16. n. 1. 2.

Appellat. deſertam Judex ad quem pœna coercere poteſt. p.740.n.4.

qui

qui *Appellationem* deſeruit, non poteſt eam ſuſtentare, ſi Nullitatem probare velit. p. 605. num. 4.
Privilegium de non *appellando* non excludit Nullit. p. 820. n. 1. & n. 3. p. 821.
Appell. extraj. neglectâ vel deſerta adhuc querela detur. p. 810. §. 21.
Appellatione extraj. deſerta non ceſſant cætera remedia. p. 595. ſeq.
Appellat. ab abuſu. p. 262. n. 4. p. 882. §. 64.
Approbatio actûs excludit Appellat. pag. 762. n. 2. ſeqq.
coram *Arbitro* actum non probat in Judicio. p. 653. n. 7.
Arbitri relationi quando credatur. p 653. 7.
Arbitrorum Laudum intrà decend. per ſimplicem conteſt. evertimus. p. 411. 2.
ab *Arbitrio* boni viri provocatur. p. 5. n. 1.
ab *Arbitror.* Laudo alicubi provocatur. p. 713. §. 26. n. 182.
ab *Arbitris* ex ſtatuto familiæ appellare licet. p. 411. n. 5.
ab *Arbitratore* provocatio non eſt appellatio. p. 814. n. 6.
Arbitri arbitramentum dicere an poſſint coram Magiſtratu, non citatis Partibus. p. 304. n. 10. 11. 12.
adv. *Arbitros* extrà modum compromiſſi quem gravantes læſis ſuccurritur. p. 486. n. 8. 9.
ab his, quæ in *arbitrio* Magiſtratus conſiſtunt, non poteſt appellari. p. 504. n. 6.

Arbi-

Arbitrio Judicis ſi cætera committantur, qui, nam effectus ſit. p. 375. n. 8.

Archierosyna. p. 248. n. 5.

Arreſtum quando non decernendum. pag. 166. num. 2. quomodo concedatur. p. 889. n. 11.

Arreſtum ſi deneget Judex, de Syndicatu convenitur. n. 10. ſeq.

Arreſtum petere poſſum in pecuniam debitoris mei debitoris. p. 310. n. 2.

Arreſtum qui violavit, an poſſit citatus except. loci non tuti objicere. p. 98. n. 22.

Arreſtatus Cautionem offerens ſi audiri nolit, poteſt diſcedere. p. 710. n. 6.

quæ ad *Arreſti* modum ſpectant, absque Citat. Partis peraguntur. pag. 168. n. 11.

Arreſto iniquo impunè non paretur. p. 709. n. 5.

Arreſtum pro executione absque citatione imponitur. pag. 168. n. 9. 10.

ab *Arreſto* ſine Citatione appellatur. pag. 166. n. 1. & quando aliàs etiam. pag. 167. n. 6. ſeq. pag. 709. §. 28. n. 1.

ab *Arreſto* poſt relaxationem non recipitur appellatio. pag. 292. §. 2. n. 2.

Arreſtato qui appellavit, non licet diſcedere. p. 709. §. 28. n. 2.

ab *Arreſti* injuſti relaxatione non appellatur. pag. 311. n. 9.

ratione *Arreſti* injuriarum actio datur. pag. 166. n. 1. pag. 895. n. 7. ubinam inſtituenda, & ex quibus remiſſa eſſe colligatur.

adv. *Arreſtum* etiam in Crim. Mand. S. Cl. p. 166. n. 3.

n. 3. & quando aliàs etiam Mand. impetretur. n. 4.
Ex *Arreſto* forum ſubſidiarum. p. 780. n. 12.
Arreſtum quando litisp. inducit. p. 751. n. 2.
Arreſta quo usque extendenda, ut ob illa fundetur Cæſaris immed. Jurisd. p. 393. n. 6.
ſuper *Arreſtis* ut Proc. impetremus, non ad Bona ſed perſon. immed. reſpicitur. p. 872. §. 58. ſeqq.
Arreſtatis mediatis etiam non ſubditis quomodo conſulatur. p. 167. n. 6. 7. 8.
Ex *Arreſti* c. Mediatus quando contra Immed. poſſit impetrare in Cam. Mand. p. 864. n. 2.
cauſa *Arreſti* principalis ad Ordin. à Cam. remittitur. p. 167. n. 5.
Decretum, quò *Articuli* ad probandum admittuntur, non eſt appell. p. 55. n. 10. niſi definita ſit admiſſio.
Artifice unô ut utantur ſubditi, an Dominus præcipere queat. p. 297. n. 1.
ab *Aſſeſſore* Judicii non appellatur. p. 149. n. 2.
Attentans judex inferior quandoque per ſupremum coercetur. p. 717. n. 10.
Attentare etiam pars dicitur, quando judex ad implorationem ejus attentat. p. 706. n. 2.
Attentatum non eſt, actus continuativus. p. 707. §. 26.
Attentata quando ſunt actus conſecutivi gravaminis. p. 709. n. 3. 4. §. 27.
Attentatum eſt etiam, quod fit ad tollenda ſcandala. p. 706. n. 4.

item

item *Attentatum* eſt, quod ad cauſæ faciliorem exitum ſuſcipitur.p.706.n.3.

Attentantis vis & contumacia.p.716. §.33.

Si uterque *attentet*.p.717.n.9.

Attentat quando Tertius? & quomodo Att. revocentur.p.716.§.33.n.2.

Attentata contrà Appellationem Domini pro ſubditis an his proſint.p.347. n. 11.

Attentatum eſt in App.Jud. etiam quod fit intrà decendium.p.703.§.24.n.1.

Attentatum quomodo non ſit illud, quod poſt Appellationem ignoratam fit.p.707.n.6.7.

Attentata non parit nuda Appell. ſcientia Iudicis à quo. p. 574.n.6.9. 10.

Attentata non factâ intim. Appell.à Magiſtratu, quando nihilominus ſtatim revocentur. pag. 712.n.5.

Attentata non fiunt niſi inhibitum ſit.p.660.n.2.

Attentata ante inhibit. ex uſu non ſunt nulla & quando tamen poſſint revocari viâ attentatorum? p 699.n.3.4.

Attentata ante Inhib. poſt intimatam App. quomodo revocentur.p.720.n.8. ſeqq.

Attentata in App. ab interloc. quænam & quando revocentur.p.672.§.8.n.3. ſeqq.

Attentata ante Inhib. an revocentur.p.720.n. 6.

Attentata quomodo revocentur, ſi Judex datus fuiſſet cum cl. App. remot.p.374. n.7.

Attentata poſt Nullit. quomodo revocentur. p. 605.n.5.

Attentata etiam non contrà ſed poſt Appell. Judic.

Judic. revocantur. p. 700. §. 22. frivola Appellatio non parit *Attentata*.p.710.§. 29.
Attentator. revocationem non impedit frivolæ appell. exceptio.p.710.n.1.§. 29.
Attentata parit Extraj. Appellatio.p.663.
Attentata à quò tempore pariat Appellatio quæ fit factô. p. 591.
Attentata in App. Extraj. à die provocat. conſiderantur. p. 625. n. 12.
Provocatio extraj. etiam de futuro gravam.
Attentata parit. p.751. n.6.
Attentata in appell. extraj. à Judice haud dubiè nulla.699. n. 1. & æſtimantur,ùt in App. à defin. p.676..n7.
Attentata in Appell. extraj. annon revocentur niſi. c. cogn. p.695.§.19.
Attentata quoad App.Extraj.non protinùs nulla ſunt.p.696. §. 20.
Attentata in App. extraj. quando ab initio nulla ſint,& protinus revocentur.p.713.n. 2. §. 31.
Attentata poſt vel contra Appell. geſta. p. 692. §. 18.
Attentata poſt ſed non contrà App.Extraj. quomodo revocentur. p. 704.
Attentata contrà Appell. extrajud. via Attentatorum revocantur. p. 694. n. 5.6.9. ſeq. pag. 696. n.5.
Attentata poſt generalem Appell. an revocanda. pag. 576. n. 12.
Attentata App. à grav. futuro quomodo revocentur. p. 725. §. 38.

Attentata in cc. Elect. Cathed. protinus nulla ſunt. p. 697. n. 2. & quando in aliis beneficiis. 3. ut *Attenta* fiant in Benefic. Parti minimum intimanda eſt. App. p. 743. n. 3.
Attentata quomodo revocentur. p. 661. n 3. ſeqq.
Duæ viæ *Attentata* revocandi quando obtineant p. 719. n. 4. ſeqq.
Attentator. Rem. datur, ubi appellatio conceditur Jure Can. p. 703. n. 2.
Attentata per viam *attentatorum* revocare quid ſit. p 668. n. 3.
Attentata revoc. via Ordin. ne quidem Mandatum requirit. p. 719. n. 3.
Attentata adv. App. & adv. Inhibitionem diverſimodè revocantur. p. 719.
Attentata ſub Commiſſione cauſſæ Principalis etiam continentur. p. 309. n. 37.
in puncto *Attentatorum* ſummariè proceditur. p. 719. n. 1.
Attentata quando per querelam revocentur. p. 715. n. 6.
Attentat. ex off. coercentur. p. 718. n. 3.
Attent. non revocantur confirmata ſententia Jud. à quo. p. 718. n. 5.
Attentat. abolitio quomodo & in quonam fiat. p. 717 §. 34. r. acceſſionum & pœnæ.
Attentat. renunciatur, dum in c. Principali proceditur. p. 718. n. 4.
Attent. poſt deſertam cauſſam non tolluntur. p. 718. n. 3.
Attentat. quatenus deſerta lite concidant. pag. 775. n. 2. ſeqq.

ſuper

ſuper *Attentatis* Judicem à quo implorans non videtur Appell. renunciâſſe.p.772. n.4.
Attentata deſerta lite an ſaltim ap. inferiorem, & quando retractari poſſint.p. 775. n. 3.
adv. revocationem *Attentat.* non admittitur appellatio. p. 718. n. 6.
Attentat. non parit Proteſtatio.p. 752. n.9.
Attentata etiam in cc. ſimpl. quer. p.705.n. 8. Et in prima inſtantia.p. 751. n. 3.
Audientia extraj.p.77.ſeqq.ab ea differt cognitio ſummaria.p.79. n.11.
Audientia deneg. gravamen appellab.p.86.. n. 2.
Aulicum Judicium Imp.à quo tempore obtinuerit.p. 379.n.3.& p.380. ſeqq.
Aulic. Imp. Jurisd. non eſt delegata. p.384. n. 15. ſeqq.
Aulic. Jud. Imp. quatenus conſtet ex paribus utriusque Relig. Aſſeſſ.p.549. n.7. ſeqq.
in *Aulic.* Imp. Jud. beneficiô Paritatis Aſſeſſo. r. Rel. non fruuntur Nobiles immediati. p.550. n. 10.
Aulici Imper. Judicialis Aſſeſſores Bonis in Imp. inſtructi eſſe debent.p. 888.n. 8.
Aulicum Jud. in cauſis Relig. Status agnoſcere noluerunt.p. 548. n. 2. 5.
Aulicum Imperiale Judicium ſolennia Cam.non adeò attendit.p. 636. ſeq.
Aulicam Judicii Ordinat. non agnoſcunt Status Evangelici.p.549. n. 5.
Aulicum Imp. Jud. ſententias ſuas quomodo exequatur.p.759.n.8.

Aula Imperial. abſolvere à Banno Cam. poteſt. non Cam. â Banno Aulico.p. 759. n. 10.
Aulica Jud. Princip. de Camaral. Matrim. & Crim. non cognoſcunt.p.539.5.
Avocatio cauſæ. p. 92.n.7. protractæ, non fit ſi Partis interſit ibi litigari. p.93.§. 4.n. 3.
Avocatio cauſæ quando fiat.pag. 280.p. 28.illam etiam una Pars impetrat. pag.885. n. 2.
Avocatio quæ fit lite nondum pendente. p. 28.
Avocatio poſt ſententiam.p. 281.n.29. (n.281.
Avocatio in Criminal. p. 533. 12.
Avocatio cauſæ parit Attentata.p.280.n.28. quomodo. p. 845 n.2. ſeqq.
per *Avocationem* quando Appellationi fiat præjudicium. pag.281. num. 30.
Avocare an poſſit Cæſar à Cam. p.281. n.31.
Avocat ille abinde cc. Teloniorum. p. 885.
Auſtregarum origo.pag.397. n. 19.
Auſtregas introducendi ratio an fuerit, ut duas inſtantias immediati haberent.p.397.n. 18.
Auſtregæ ante Maxim. jam dum neceſſarii fuere judices. p.397.n.20.
Auſtregæ quâ ratione dicantur Immediatorum Inſtantiam conſtituere,quoad ſubordinationem Judiciorum. p.409.§.19.
Auſtregarum Juriſdictio magis Ordinaria. pag. 410.num.5.
Auſtregarum Juriſdictio anguſta eſt.p.398. n.1.
In *Auſtregis* diſcrepantibus Dignitatem Perſonalem reſpexit Legislator. p.391. n. 11.
Auſtregæ non competunt ſolis Statibus,p.387. 4.
in-

in *Auſtregis* etiam ad Actorem reſpiciendum eſt. pag. 388. §. 12.
Auſtregas an attendere debeat exterus. p. 388. 1. 2.
Auſtregar. Commiſſarii quando à Cæſ. impetretur. p. 439. n. 3.
Auſtregæ privilegium electionis Fori non admittunt. p. 484. §. 19. n. 1.
Auſtregarum Inſt. fatale non obſervatur, pag. 640. num. 2.
Auſtregis ſpretis Camera Judex immediatorum eſt. pag. 417. num. 12.
ſi in cauſis *Auſtregarum* Juſtitia denegatur, liberum eſt an Cameram adire velimus: & quid Commiſſarii cauſam recipere detrectent aut protrahant. p. 89. n. 10. ſeq.
Qui *Auſtregis* gaudent Cameræ ſubſunt ùt Magiſtratus. p. 597. n. 7. ſeq.
Auſtregæ ubi ceſſant, ad Cam. vel Aulam Cæſ. appellatur. p. 376. n. 4.
Auſtregis ceſſantibus à Gravamine Camera non per ſimpl. Querelam, ſed provocationem aditur. p. 402 n. 7.
Auſtregas qui habet, ab eo, ſi ùt Magiſtratus gravet, ad Cameram itur, quæ ſententia in dubium vocata, defenditur. p. 402. ſeqq.
Auſtregis ſi quis gaudeat & me gravet, quandon. ad Cam. appellare poſſim. p. 378. & 384. §. 10.
Auſtregæ obtinent, ſi immediatus gravet tanquā pars. p. 385. n. 2. 3. 4.
Auſtregis non ceſſantibus quando appelletur ad Cam. pag. 855. n. 9.

Auſtregis excluduntur, ſi gravantes duo, unus ùt Judex, alter ut pars, reperiantur. pag. 425. §. 23.
Mandata S.Cl. *Auſtregas* prætereunt. pag. 854. num. 8.
ad *Auſtregas* ne quidem in cc. Mand. S.Cl. exceptiones remittuntur p.398.n.2.ſeqq.
Auſtregæ etiam Judicium Aul. Imp. reſtringunt. pag.378.n.2.
Auſtregæ in quibus cauſis non obtineant. pag. 392. n. 2. ſeqq.
Auſtregæ non obtinent in cc. in quibus ad Cam. ob qualitatem earum appellari non poteſt.p. 396. n,15. ob quantitatem ſecùs eſt.p.16.
Auſtregæ an in cc. Religion. cognoſcant. pag. 548. n. 3.
Auſtregæ Crimina immediatorum non puniunt. p.537.n.2.p. 538. n. 7.
in Banni cc. non obtinent *Auſtregæ*. p. 854. n.7.
ad *Auſtregas* cur non referantur cc. Matrimonial. p.542.n.4.& p.545.n.11.
Auſtregæ in cc. quæ ad Cam.non pertinent,ceſſanr.p.544.n.7.& 545. n.11.
Anſtregis obtinentibus Mand. cum cl.an poſſint in Cam. decerni.p.394.Camera etiam aditur in actibus, circà cauſam coràm *Auſtrègis* diſceptandam, ùt in exam. teſt. ad perpet. memor.p.122.n.10.
Auſtregis Executio competit.p.760.§.57. n.2.
ab *Auſtregi* Appell. introd.fatale. p.628. n. 7.
Auſtregis quatenus & quô tempore renunciare liceat.p.410.n.5. Au-

Auſtregæ quomodo evitari poſſint. p.398. n. 1.
Auſtregas evitamus, ſupplicas ad M.S. C. exacerbando. p.862. n. 6.
Auſtregæ eliduntur per Commiſſ. cum voto & Deciſiones Aulicas. p.378. n.2.
Auſtregæ Legales poſſunt recuſari. p. 410. n. 5.
Auſtregæ non attenduntur in Provincialibus Imperii Judiciis. p. 396. n. 17.
Auſtregæ Conventionales. p. 400. n. 1. 5.
Auſtregæ privilegiatæ non ita favorabiles ſunt, atque ſunt Ordinationis. p.395. n.11.

B.

B*Aldus*. p. 172. num. 18.
Banni cc. ad Auſtregas non pertinent. pag. 854 n. 7.
in *Bannum*. an Cam. qvem declarare poſſit. pag. 336. §. 7.
& an Statum Imp. *Bannum* Jud. Aul. etiam ſinè conſil. EE. Statibus infligere hodiè in aliquibus cc. poteſt. p.538 n.6.
à *Banno* an & quomodo relaxare poſſit Camera. p 759. n. 10. in c.
Banni, quoad crimen Majeſt. an Executionis ordo obſervandus. p. 519. n. 5.
Bannus ùt inferatur Eccleſiaſticis in Imperio. p. 265. num. 1.
Bannito defenſio voluntaria non competit. pag. 337. num. 7.
Bannitus an poſſit appellare. pag.337. n. 4. à Judice; & an à Parte. pag.337. n 8.

Bannitus an cœptam ante Bannum Appellationem proſequi poſſit.p.337.n.5.6.
aut adverſus eum alius. *Bannitus* edicto publ. gravatus non appellat.p.337.n.7.
Banniti bona à tertio poſſeſſa.p.146.
Banno Eccleſ.quomodo hodiè Jud. ſecularis utatur adverſus refractarios.pag.244.n.15.
Barattaria. pag.887. n.6.
Barboſa pag.242.num.5.
Bedancken an inferat ſimpliciter acceptationẽ ſententiæ. p.764 n.15.
Beneficia regularia & curata ſunt benef. Reſidentiæ,pag.233.n.4.
Beneficia quænam quibus conferre poſſint.pag. 505.n.2. ſeqq. an uni duo rectè conferantur.p. 233. num.6.
in *Beneficialibus* nemo ſolvendo eſt.p.608.n.10.
Benef Eccleſ. collatio appellabilis.pag.230.n.5. ſeqq.
Beneficiorum collatio ſi nulla eſt, non opus eſt appellatione. pag.505.n.2.
ad *Beneficium* admitti nolens de quo & ipſe participat.pag. 227. n. 10. ſeqq.
Sic & *Beneficio* privatus,pag. 506.n.6.
Beneficialibus ab inſtitutione præſentati ad effectum Attentatorum datur appellatio. pag. 705. num. 11.
in *Beneficialibus* etiam intrà Judicium à futuro gravamine provocari poteſt.pag.273.n.5.
in *Beneficialibus* Appellatio habet vim Citationis ad comparendum. pag. 744. §.50.n.2.ſeq.

per

per Appellationem beneficium afficitur. pag. 742. num. 2.
in *Beneficium* an appellans ob contumaciam poſſeſſoris mittatur. p. 722. n. 3.
Beneficia alii collata, ob quæ appellatum erat, an appellatus recuperet. pag. 700. n. 7.
Beneficia conferendi poteſtas per Appell. etiam juſtam non tranſit ad ſuperiorem. pag. 760. §. 57. num. 1.
Beneficialium inſtantia non perit morte. pag. 643. num. 13.
in *Beneficial.* cc. quando Attentata protinùs nulla ſint. p. 698. num. 3.
in *Beneficialibus* Attentata etiam revocari petit Appellans, de cujus jure non conſtat. p. 727.
à *Beneficior.* executoribus quomodo appelletur. pag. 547. n. 19.
Privatio *beneficii* quomodo Cenſuram Eccl. inſequatur. p. 266. n. 7.
Beneficii juris denegatio, Appellationem parit. pag. 86. n. 4.
Non ſi *Beneficium* voluntar. negetur. p. 74. n. 7.
Quod ex *Beneplacito* pendet, quatenus cenſeatur eſſe perpetuum. p. 216. n. 5.
ex *Beneplacito* qui judicare poteſt, an ſit appellabilis. p. 374. n. 8.
Bericht in Criminalibus per Judicem à quo, p. 685. n. 14. ſeqq.
Berichtſchreiben ſive relationes clauſæ. p. 324. n. 12. etiam requiruntur, ſi pro ulteriori Mandato ſupplicatur. pag. 324. n. 12. p. 656. n. 8. 9. & quando

quando omitti adhuc poſſint. d. p. 324. n. 13. 14. qt. attendatur. p. 653. §. 28. malè conſulunt impetrantibus. p. 656. n. 10. an inducant Præventionem. p. 656. n. 4. continent tacitam Inhibitionem. p. 678. n. 5.

Beſcheid. pag. 80. num. 15.

Bona diſmembrata reunciendi facta poteſtas quousque ſe extendat. p. 95. n. 14.

Bona Immediata Imp. manent talia etiam ap. Mediatum. p. 865. n. 2.

Bona immediata fundant Cam. in action. realibus. p. 858. n. 11.

Bona vacantia ſi Fiſcus vindicet, quando ab eo appelletur. p. 527. n. 6.

Brachium ſeculare Eccleſiæ ſuccurrit. p. 244. n. 15. illius imploratio, p. 150. n. 9. fundat Cam. in Spiritual. p. 541. n. 15.

Brandenb. Vaſalli in El. & Marchia ſimul ſubditi. pag. 408. n. 11.

Braxandi interdictum. p. 300. n. 14.

Braxandi Jus quatenus Nobil. competere poſſi 1. p. 225. n. 3. ſeq.

Brederodius. pag. 558.

Brocardica. pag. 38. n. 7. ſeqq.

Brunſuicenſ. habent privil. Fori electionis. pag. 484. num. 2.

Butrio. pag. 258. num. 19.

C.

CAdaveris arreſtatio. pag. 502. n. 5.

Cæſaris cognitionem in Spiritualibus Status

tus A. C. quomodo evitet. t.p.544.n. 8.
Cæſaris Jurisdictio Eccleſiaſt. non eſt in Imp. ſuſpenſa. 542. n.3.8.
à *Cæſare* malè inform. non appellatur. p.807. nec ab eô ad Imperium.p 807. §. 19.
Calumniari non cenſetur,quem officii neceſſitas excuſat.p.418. n. 14.
de *Calumnia* quinam jurare non teneantur.pag. 418. n.14.
in *Cambiis* proteſtatione nobis perſpicimus. pag. 499. n.11.p.782.n.3. usque n.8. An appell. admittant.p.498,n.6. ſeqq.
Cameræ nomen antehac etiam Judicio Aulico competiit.p.381,n.7.ſeq.
Camera in Criminal. appellationem nec à def. nec interloc. recipit. p.57.n.4. ſeq. In cc. relig. olim. ſuſpecta.p 547. §. 28. cur non recipiat Spiritualia. p. 541. §. 27. Ejus Jurisdictio r. cauſarum non fundata, quando per indirectum fundetur : ùt in matrimon.p.540.
adv. *Cam.* ſentent. remedia p.816. §. 29. 2.
Cameralia Senatus C. quousque attendantur. p. 800,num. 2.3.
Cameralis Proceſſus veſtigia ſequatur Judex inferior. p.863.n. 2. Nec tamen adeò ſtrictè ab illo attenduntur,in p.636. n.4.
Cancellarius unde nomen acceperit. p. 466. n. 2. usque num, 11.
Cancellariorum nomine an Syndici Civitt. uti queant ? p. 213. n. 12.
Cancellarii Acad. alicubi Epiſcopi.p. 472.2.

Can-

Cancellarius quat. robur addat Reſcr.p.466.§. 12
Cancellariatus ſolſtitium honorum, quos Literati tenent.p.468.n.10.
Cancellaria an habeant Jurisdict. delegatam. p. 366.num.4.
Cancellarius Haſſiacis quinam immediatè ſubſint. p. 368.
Canonici Juris uſus & authoritas in terris Proteſtantium. p. 21. ſeqq.
Nemo JC. niſi *Canoniſta*.p.24.n. 17.
Canonico regulari beneficium curatum an rectè conferatur.p.230.n.5.
Capitulum an ſede vacante poſſit conferre beneficia. p. 505.n. 3. ſeqq. (n 4.
Capitulum quà ratione pro ſtatu habeatur. p.387.
Capitulum in c. Pignorationis ubi forum ſortiatur. p. 388.
Capitulum ſi gravet, quònã appelletur.p.386.§.11.
à *Capitulis* nonnullis ad Cam. vel Aul. appellatur.p.388. n. 5.
Captura juſſus eſt ſententia interloc. mera. pag. 38.n.4.
à *Captura* in Crim.inchoare licet. p.514.21.
Capucc.& Jeſuitæ de humiliori loco contendunt, p.491.n. 7.
Carcer in c. civili quando obtineat.p.609. n. 2. ſeqq.
è *Carcere* quando inſugere liceat. pag. 710. n. 5. *carceris* inſpectio non deſiderat citationem Partis adv. p. 129. n.6. p. 307. n. 28.
Ex *carceratione* actio injuriarum.p. 894.n.4.5.

in

in c. *Carceres* Mandata impetrantur.p. 610.n. 8. ſi ob crimen fiat, non provocatur ad Cam.p. 529. n. 1.
Carceratus appellans an ad Judicem ad quem mitti debeat.p.610. n. 8.
Carcerationis grav. quando habeatur pro perpetuo.p.609. §.8.n.1.6. ſeq.
Cardinalium congregatio.p.449. n. 7.
Cardinales regulis Cancell. Rom.non ligantur. pag. 63. n. 8.
Caſſatio quomodo poſſit fieri extrajudicialiter. p. 178 n. 6.
à *Caſſatione* actus provocatur. pag. 177. num. 2. pag. 178.n.5.
Caſtellum ædificanti nunciamus N.O.p. 839. n. 3.
Cataſtra ut edantur, Compulſorial. decernuntur.p. 657.n.2.3.
à *Cataſtro*, ſi quis ei inſcribatur, appellare debet. p.349 n.5.
Cataſtratio ignorantibus non præjudicat. pag. 349.num. 5.
